Digitized by Google

ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN

Digitized by Google

DJ
151
.K66

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA CRITICA
COMITATVS
HOLLANDIAE ET ZEELANDIAE

AB ANTIQVISSIMIS INDE DEDVCTA

TEMPORIBVS

TOM. II. PARS I.

SISTENS

CODICEM DIPLOMATICVM

ET

PROBATIONES

AD

CHRONICON HOLLANDIAE

ET EIVS EXCVRSVS.

AVCTORE

ADRIANO KLVIT

ANTIQVITATVM ET HISTORIAE IMPRIMIS

DIPLOMATICAE FEDERATI BELGII IN

ALMA VNIVERSITATE LEIDENSI

PROFESSORE ORDINARIO

VARIISQVE SOCIETATIBVS LITERARIIS ADSCRIPTO

*

MEDIOBVRGI

APVD PETRVM GILLISSEN ET FIL. ET ISAAC DE WINTER

ANNO CIƆIƆCCLXXX.

1780

Digitized by Google

Digitized by Google

M O N I T V M.

Prodit haec Pars prior Tomi ſecundi ſine iis, quas promiſeram (*), ſed per Chalcographorum tarditatem ſimul exhibere prohibeor, Chartarum ac Sigillorum in aes inciſorum repraeſentationibus. Has igitur una cum brevi praefatione et ſubſcribentium catalogo alteri huius Tomi Parti comites adiungam.

(*) Pag. 127, 129, 193-195, 198, 223-225, 237, 248, 258, 285, 288, 289, 304, 313, 363, 365, 441, 443, 446, 476, cett.

Digitized by Google

CODEX DIPLOMATICVS
CHARTARVM ET DOCVMENTORVM,
SISTENS
PROBATIONES
AD
CHRONICI HOLLANDIAE
EGMONDANI OBSERVATIONES ET EXCVRSVS.

N. I.

LVDOVICVS PIVS Imp. donat fideli ſuo GERVLFO poſ- ſeſſiones in DVCATV FRISIAE in Pago WESTRA- CHA in villis *Camminga*, *Hunderi*, etc. (1). A. 839. d. 8. Iul.

Ad Chronicon p. 13. *not.* (38).

(Ex Originali apud I. FR. FALKEN *Cod. Tradit. Corbeiens.* p. 290. Habet etiam SCHATEN. *Annal. Paterborn.* Ed. 1693. p. 119. et ECCARD. *Rer. Francic. Oriental.* T. II. p. 317.)

In nomine Domini Dei et ſalvatoris noſtri Jeſu Christi, HLVDOVVICVS divina propitiante clementia Imperator Augustus. Notum ſit igitur omnibus fidelibus Sanctae Dei Eccle-ſiae,

(1) Inſignis haec Charta hactenus noſtris in terris incognita multa nos docet, quae ad Statum Friſiae Politicum ſive civile regimen illuſtrandum admodum faciunt: multa quoque, quae praeiudicatis opinionibus, quas de noſtrae Patriae Hiſtoria foverunt ii, qui FVRMERIO obtrectare ſolent, valide obverſantur. Docemur enim ex authentica hac Charta, quae teste FALKIO in Abbatia Corbeienſi etiamnunc integra ſervatur:

a) *Friſiam*, cuius Pars est *Westracha* ſeu hodie *Westergo*, tunc temporis fuiſſe revera DVCATVM, a Ducibus, Francorum Regi obnoxiis, adminiſtratum.

b) Reges Francorum tunc temporis his

A. 839. d. 8. Iul. ſuae et noſtris, praeſentibus ſcilicet et futuris: quia ante annos aliquod

his in terris *Dominos* fuiſſe ſupremos, vel, ut ita dicam, *immediatos*. *Ante annos aliquot*, inquit, CONCESSIMVS. Quod praeterea ſatis patet ex alia eiusdem Ludovici Regis eodem anno d. 18. Maii Charta, qua Eccleſiam S. Martini Traiecti omni ſeculari poteſtate immunem declarat, apud HED. *Episc. Trai.* p. 55.

c) Eos illic ſua quoque habuiſſe Dominia ſeu Alodia (*Domania*); ex iisque nonnulla aliis eſſe clargitos. *Quaſdam*, inquit, *res* PROPRIETATIS NOSTRAE *fiſco regio ſociatas*.

d) Eosdem hoc in *Ducatu*, in *Pago Weſtergo*, ſuos habuiſſe *Vaſallos fideleſque*. *Cuidam*, ait, FIDELI *noſtro* i. e. *beneficiario* ſive Vaſallo.

e) In hos *Fideles* non mandatam, ſed immediatam, ut vocant, iurisdictionem exercuiſſe; eorumque vel contumaciam vel perfidiam ultos fuiſſe. *Quia*, inquit, —— *ab eius poteſtate eaedem res abſtractae* FISCO REGIO *ſociatae ſunt*.

f) Ibidemque loci inveniri Bona Alodialia ac Dominialia ſive Avitas Poſſeſſiones noſtrorum primorum Comitum Hollandiae, multo ante, quam horum Comitatus Feudum hereditarium factum eſt. *Res in Pago Weſtracha, in villa Camminga, Hunderi et aliis villis*. Quae Terrae poſſeſſiones (eſt enim ſermo de bonis immobilibus ac fundis) paullatim ſeſe extendentes, in ſqq. Chartis a. 889. 922. 985. in Probb. ulterius procucurrerunt ad *Himeloſara* — *Medemelacha* — *Texaliam* — *Kinheim*: ſiquidem *Weſtergo* nondum eo tempore diſtinctus a *Medenblico ac Texalia* Pagus, ſive Terrae tractus videtur fuiſſe.

g) Paullo ante a. 840. turbas nonnullas atque motus civiles exſtitiſſe in Friſia, quibus adhaeſiſſe hunc *Gerulfum*, ac proinde *fiſco Regio* addicta eius bona, quae a Rege in beneficium tenebat. Sic enim Charta: *quibusdam turbinibus intervenientibus, per ipſius Gerulfi negligentiam*.

h) Denique haec Charta nobis viam munit, qua adiunctis obſervationibus D. Viri FALCKEN originem ortumque primorum Hollandiae Comitum ex prima domo maiori fiducia poſthac inveſtigemus; quoniam admodum vero accedit, hunc *Gerulfum* fuiſſe parentem iſtius Comitis *Gerulfi*, cui Rex Francorum *Arnulfus* a. 889. permulta bona fundoſque in eius *Comitatu* inter *Rhenum* et *Suithardeshage* in proprium conceſſit. Vid. chart. N. II. atque adeo avum illius *Theoderici* I. quem *Carolus Simplex* a. 922. tam benigne habuit, ei Egmondanam tradens Eccleſiam cum omnibus, quae illa inter *Suithardeshage* et *Kinheim* poſſederat. Vid. ad a. 922. Sed haec fuſius alibi.

Digitized by Google

quod [a] conceſſimus cuidam fideli noſtro vocabulo GERVLFO quaſdam res proprietatis noſtrae, quae ſunt *in Ducatu Friſiae* in *Pago Weſtracha*, in villa *Camminge* [b], *Hunderi* (2), et in aliis villis circumquaque ſe poſitis: ſed quia intervenientibus quibusdam turbinibus per ipſius GERVLFI negligentiam (3) ab A. 839. d. 8. Iul.

a *Aliquot* SCHATEN. rectius. b *Camminge* male SCHAT.

(2) *Hunderi*] Per *Hunderi* intelligebam primo *Centenam* ſive quamdam Pagi partem; quemadmodum *Pagi* t. t. in *centenas* diſpeſcebantur. Sed meliora doctus ſum ex SARACHONIS *Regiſtro Bonorum et Proventuum Abbatiae Corbeienſis*, addito ad calcem *Codic. Tradit. Corbei.* FALCKEN; ubi p. 43. haec ſqq. invenias:

N°. 743. *In Camminge in Pago VVeſtracha et in FRISIE Ducatu Brio et Diggo habent* CXX. *iugera, et quilibet quotannis perſolvere debet* XXX. *modios ſiliginis*, XXX. *modios avene et* II. *lineos pannos.*

N°. 744. *In* HVNDERI *in eodem Pago VVeſtracha Vader habet Bivangum* [i. e. ſilvam ſive foreſtum], *et quotannis perſolvere debet* II. *boves et* XX. *modios ſiliginis.*

N°. 745. *In eadem regione* cett.

Quum autem hae Corbeienſis Abbatiae poſſeſſiones bonorum *in Weſtergo* originem ſuam habere videantur ex ea donatione, per quam *Gerulfus*, qui poſtea *Monachus* factus eſt *Corbeienſis*, ex ſuis bonis Abbatiam ditavit: hinc idem hoc Regiſtrum nos docere poterit, quae *bona* quasque *villas* hic *Gerulfus* poſſederit. Enimvero Abbatiam Corbeiae in Germania ſitam *Leovardiae* et in Vicinia multa poſſediſſe bona, etiam duobus poſtea ſeculis, fidem faciunt Chartae, apud *Edmunde* et *Martene*, alibique proditae, de quibus ſeorſum dicam. Hinc interim colligamus vetuſtam originem proſapiamque nobil. familiae *Camminga.*

(3) *Negligentiam*] Qualis illa negligentia fuerit. optime docuiſſe videtur V. D. VAN LOON ad KOLIN. bl. 187. 1) ad a. 837. et *Aloud. Hiſtor.* T. II. bl. 63. Huius *Gerulfi*, in gratiam poſtea reſtituti, mentio etiam videtur occurrere in Diplom. Ludov. Pii a. 840. ab Perill. D. VAL. FERDIN. DE GVDEN. *Syllog.* I. *Var. Diplom.* p. 446. prolato, quod integrum exhibet SCHEID. Praef. ad *Origg. Guelfic.* T. II. not. p. 13. in quo teſtes adfuere: *Meginhardus Comes. Erchangarius Comes. Brunicho Comes. Richerus Comes. GEROLDVS. Ogrolfus. Lutherus* cett.

Digitized by Google


A. 839. d. 8. Iul. ab eius poteſtate et dominatione eaedem res abſtractae fiſco regio ſociatae ſunt[a], tandem divinae miſericordiae intuitu placuit nobis easdem res illi reſtituere (4), et quemadmodum pridem fuerat, in eius poteſtatem et dominationem transfundere. Quas ut certius firmiusque noſtris futurisque temporibus posſidere valeret, has auctoritatis noſtrae litteras ei fieri iusſimus, per quas memoratas res cum his, quae ad eas iure et legaliter pertinent, deinceps iure proprietario valeat posſidere, et quidquid de eis agere voluerit, liberam habeat poteſtatem; neque aliquam ob memoratam occaſionem de eisdem rebus ullo unquam tempore calumniam patiatur, ſed quidquid, ſicut diximus, de eis ordinare atque disponere voluerit, liberrimo in omnibus potiatur arbitrio. Et ut haec noſtrae reſtitutionis auctoritas et noſtris

a *Fuerunt* SCHAT.

(4) *Reſtituere*] Hoc anno Ludovicum Pium etiam aliis, qui filii *Lotharii* partes fuerant ſecuti, bona ablata reſtituisſe, ſatis notum eſt. Sic Richardo, postquam *Lotharius* Patri reconciliatus est, ut docet Charta a. 839. not. ſeq. ex Vir. D. MARTENE excitata. Et optime huc quadrant ANNAL. BERTIN. h. a. in BOVCQVET *Corp. Hist. Franc.* T. VI. p. 203. *Sed et ipſo petente necesſit* (l. necesſe fuit), *quibusdam propter motus illius nuper in ſe ſeparatis, rerum proprietate* [i. e. bonis] *multatis, ut ſua cuique reſtituerentur eo duntaxat pacto, ſi fidem inviolabiliter Imperatori ſervare ſtuderent, et nullam penitus regni fideliumque ſollicitationem quoquomodo aut tergiverſationem machinarentur.* Obſervat autem ECCARD. *Rer. Franc.* T. II. p. 317. eodem tempore *Ericum* Daniae Regem miſisſe ad Imper. propter incommoda *a Friſionibus* accepta, ad quae componenda Rex *Duces* miſerit; creditque, his Ducibus ad Friſones misſis, hunc interfuisſe *Gerulfum.* Quae amplio.

A. 839. d. 8. Iul.

tris et futuris temporibus inviolabilem valeat obtinere firmitatem, de anulo noſtro ſubter eam iuſſimus ſigillari.



Glorius notarius ad vicem Hugonis recognovi et SSSS.

Data VIII. Id. Iul. anno Chriſto propitio XXVI., Imperii Domni HLVDOVVICI Sereniſſimi Imperatoris, indictione ſecunda (5).

Actum

(5) *Indictione ſecunda*] Vel ſola haec adiectio, docet, hanc Chartam referri oportere ad d. 8. Iul. a. 839. adeoque quid humanitus paſſum eſſe p. 290. D. FALCKEN, quando ex hac Charta ANNALES FVLDENSES corrigendos voluit, referentes *Ludovicum Pium* mortuum eſſe *d.* 20. *Iun.* 840. *Annus* enim Ludovici XXVI. incidit in a. 839. et *Indictio* II. itidem. Eaedem etiam notae Chronicae h. a. 839. proſtant in Charta paullo ante, VI. *Cal. Iul. Wormatiae* data A. R. XXVI. Indict. II. in MARTENE *Collect. Ampl.* T. I. p. 97. Ex *Autographo* autem produxit *Falken*; nec tamen primus edidit. Proſtat enim iam apud SCHATEN. *Annal. Paderb.* Ed. 1693. h. a. p. 119. et hinc etiam memoratur ECCARDO *Rer. Francic. Orient.* T. II. p. 317.

Actum Cruciniaco palacio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.



N. II.

A. 889. d. 4. Aug. Rex ARNVLFVS Comiti GERVLFO THEODERICI I. Com. Hollandiae Patri multa concedit Alodia in ipſius Comitatu inter *Rhenum* et *Suithardeshage* (1).

Ad Chronic. p. 23. *not.* (63) et 35. b.

(Ex Cod. MS. Chronici Egmundani, ordine III. Exſtat et apud DOVZAM *Annal. Holl.* VII. p. 370. G. VAN LOON ad N. KOLIN bl. 133. et *Aloude Hiſtor. van Holl.* II. D. bl. 131. SWEERT. *Chron. Belg.* p. 372. in *Rer. Belg. Annal.* etc.)

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis ARNVLFVS [a] divina favente gratia [Rex] [b]. Notum eſſe volumus omnibus ſanctae

[a] Sic Sw. et marg. C. M. uti infra. Sed h. l. *Arnoldus* C. M. cuius in ora: „ *Arnoldus*, *Arnulfus*, ſive *Arnolfus* unum idemque nomen est". Recte. Sic *Geroldus*, *Gerulfus*, *Gerolfus*. Et qui nobis Comes *Arnulfus*, Belg. *Arnoldus*, *Aarnoud*. Vid. M. STOKE I. Boek vſ. 521.
[b] Aberat C. M. vox; ſed habent Marg. C. M. DOVZ. *Ann.* VII. p. 370. VAN LOON ad KOLIN p. 133. nec non FVRMER. *Ann. Friſ.*

(1) Qua occaſione Rex *Arnulfus* est Arnulfus a. 887. Procerum per conhoc anno *Prid. Non. Aug.* Francofurti iurationem Imperatore depoſito *Carolo* adfuerit, alibi indicabo. Rex factus *Craſſo*. Hinc tot *Arnulfina* Diplomata in-

ſanctae Dei Eccleſiae fidelibusque [e] noſtris, praeſentibus ſcilicet et futuris, qualiter quidam *fidelis* et venerabilis *Comes* noſter, nomine GEROLFVS, manſuetudinem noſtram deprecatus est, ut ei quasdam res *iuris noſtri* in proprium concederemus. Cuius petitioni libenter annuentes, ita fieri decrevimus. Dedimus (2) namque ei inter *Renum* et *Suithardeshaghe* (3) in *Co-* A. 889. d. 4. Aug.

[e] *Sw. fidelibus.* Rectius *fidelibus et.* Sic Henriel Chart. HED. p. 121. *omnium Sanctae Dei Eccleſiae fidelium, et noſtrorum.*

intra annos 887-890. RETTENPACHERVS *in Annal. Cremiſan.* p. 34. ſq. ad a. 887. multa huius generis protulit, et hinc ECCARD. *Rer. Franc.* II. p. 701. quae cuncta recognovit, uti et noſtrum, ASPERTVS *Cancellarius ad vicem Theotmari.* Alia ad annos 888., et 889. adiunxit l. l. ECCARDVS. Diu autem *Francofurti* moratus est *Arnulfus.* Exſtat enim eius Charta hoc anno 889. *Francofurti Cal. Iul.* iisdem, quibus haec noſtra, notis, in MARTEN. *Collect. Ampliſſ.* T. IV. p. 146. qua dat Eccleſiae Trevirenſi *Abbatiam S. Servatii*, *quae vocatur Traiecta in Comitatu Maſeland:* de qua Cf. p. 147. et 150. Exſtat altera *data* VII. *Idib. Iul.* in MARTEN. *Theſ. Anecd.* I. p. 54. Porro eiusdem Regis Diploma, *cum Signo et Monogrammate* aere expreſſis, paucis ante diebus, *d.* XII. *Kal. Aug.* in SCHANNAT. *Tradit. Fuldenſ.* N. DXXXI. p. 215. ſq. Etiam aliud paucis post noſtrum diebus, nempe XIII. *Kal. Septembr.* in FALCKEN *Tradit. Corb.* p. 299. Quale autem fuerit *Arnulphi ſignum*, cf. etiam MVRATOR. *Annal. Bened.* T. II. fol. 165. unde id exhibet noſtras VAN LOON not. ad *Nic. Kolin.* p. 139. Exſtant et alibi alia *Arnulfina.* Cf. ECCARD. *Rer. Franc. Append.* T. II. in *Diplom. Wirceburg.* p. 891-897. Add. COD. *Diplom. Laurisham.* T. I. p. 93. MABILL. R. Dipl. II. 27. 3. A. MIRAEVS *Cod. piar. Don.* T. I. p. 250. 650. et nuper HONTHEIM *Hist. Trev. Diplom.* T. I. p. 226. ſqq. ad hunc a. 889. ſub eodem *Aſperto Cancellario et Theotmaro Archicapellano.* Eiusdemque notis duae Chartae ad a. 889. in HERRGOTT Probb. *Geneal. Habsburg.* T. II. p. 53. 54. Vnde quantum ad externa de αὐθεντίᾳ huius Chartae nullus dubio relictus est locus. Pro internis facit ſcriptorum noſtrorum conſenſus.

(2) *Dedimus*] Quae donandi his in terris cauſſa tunc Regibus fuerit, quum Lotharingis multum operae faceſſeretur ex

A. 889. d. 4. Aug. *Comitatu* ipſius, in *Northa* [d] et *Ospretashem* (4) nominatis [e], Sylvam unam et terram arabilem unam. Et in loco, qui dicitur

[d] *In locis Northa* Ora C. M. et DOVZ. *Ann.* p. 370. [e] *Nominatim* Sw.

ex civilibus discordiis, imprimis vero a Normannorum incurſionibus, non aliunde melius pateat, quam ex Charta Epternac. ad Henricum VI. a. 1191. de bonis S. Willibrordo his in terris collatis, ſed a Primoribus terrae occupatis, in MARTENE *Collect. Ampliſſ.* T. IV. p. 458. B. quam vide in Probb. a. 1191. Normannorum autem has in Friſia graſſationes egregie vindicarant Friſiae Nobiles; teste ANNAL. FVLD. a. 885. in quo ſuas etiam *Gerulfo* partes tribuit. Sed de his fuſius *Diſſertat. Critic. Hiſtor.* n°. VIII.

(3) *Suithardeshaghe*] Pleraque locorum nomina ab hominibus, qui ea poſſidebant, eſſe orta, ſatis est notum ex Monumentis. Eiusmodi vel ſexcenta nostris in terris proſtant. *Heemskerk* (Emezae Eccleſia), *Bennebroek* (Bennonis vel Bernhardi palus), *Bennekum* (Bennonisheim vel domus), *Aagtenkerk* (Agathae Eccleſia). Sic et multa in *Hage*; ex quibus hoc *Suithardi Sylva*. Occurrit autem frequens nomen *Suithardi* in familia *Widekindi* et *Brunonis*, unde etiam nostrum oriundum fuiſſe *Gerulfum*, docebo in *Diſſert. Critic. Geneal.* n°. II. Variis hoc locis quaeritur. Alii *Zuiderwoude*, *Zuidſcharwoude*, *Zuider-Schagen*, ex vicinitate nominis. Sed optime noſſe ſitum loci potuit IO. A LEID. *Ann. Egm.* C. VI. p. 6. qui locum collocat ad *Hillegommerbeek*, aquis nunc haustum. Sequuntur hunc *Scriverius*, *Boxhorn*, *van Leeuwen*, et optimi quique. Nec obnitor.

(4) *Northa et Ospretashem*] Per *Northa* nullum est dubium, quin intelligatur *Noordwijk*, olim *Nortga*, *Nortgo*, *Northge*, etiam *Nortich*, ut etiamnunc in ore vulgi. Vid. not. ad Chronic. p. 35. (12). *Ga*, *ge*, *go*, et *a*, omnes eiusdem notionis terminationes, ac *wijk*, *vicus*, quaſi dicas *vicum de Nort*. Sic olim *Oostergo*, *Oosterga*, et *Oſtracha*. Pro altera voce SWEERTIVS edidit *Esprechcashem*, DOVZ. *Ann. Osprechtashem*. VAN LOON *Osprechtachem*. Exſtat in *Catal. Bon. Eccl. Trai.* a. 866. apud HED. p. 65. *Piscatio, quam GERVLPHVS habuit in extrema parte RHENI fluminis — — in Heslem* [l. Herlem] *manſi* V. *In OSTRATASHEM* II. *in Heslemaholte* [l. Herlemarholte] III. Ubi *Osprectashem* collocatur inter *Harlem* et *Harlemmerhout*. At idem *Catal.* in MIER. *Cod. Dipl. Com. Holl.* T. I. p. 18. habet *Osbragtashem*. Vnde facilis est vocis emendatio et illuſtratio in

Digitized by Google

tur *Bodokenlo* (5), Hobam [f] unam; in *Alburch* (6) quoque Hobas A. 885. d. 4. Aug.

f *Hovam* ſemel Sw. Ora C. M. „ credo velle dicere *berve* i. e. *fundum* ". Cf. DOVZ. Ann. VET. p. 370 in marg. „ *Pro fundo ſive Praedio*, quod genus nos Batavice, *Hoeven*, ſive *Hofſteden*, vulgo in„ digitare conſuevimus ". Pro *Hornum* mox Sw. *Noicum*; et *barobim* pro *in loco Hui*. Ad vocem *manſum* nonnulla allevit Ora C. M. „ Cod. Iuſtin. Lib. x. tit. 16. l. 8. in Valentiniani, Theodoſii et „ Arcadii Impp. conſtitutione *manſiones* vocantur *diverſoria*, in quae ſe recipiunt milites ex„ peditionis tempore, vel etiam ſacer Comitatus. Poſteriores dixere *Manſus*, utrumque a *ma*„ *nendo*, et inde *manentes* in Hiſtoria Helmoldi et Gallis *Maiſons*. Illae ſic poſſunt appellari *συ*„ *ναγωγαὶ* Clementi in Petro, *προσδέχεσθαι* [illegible]. Separantur a civitatibus et opidis „ in L. 9. Cod. Theod. eod. tit. L. 2. de cond. publ. Horr. l. Modios in f. de Suscop. l. 2. „ in f. de lue. adv. l. Claudiopol. Theod. de decur. Eae annonis et pabulis inſtruuntur ex colla„ tione vicinorum, non ex collatione eorum, qui procul disiuncti ſunt. Haec Cuiac." Melior DOVZ. Ann. p. 370. „ *Manſum* ſive etiam *Manſam* (uti hic) idem quod *Hobam* ſignificare *Hot*„ *tomannus* te docebit Comment. *de Verbis Feudis*. Item *Marquardi Freheri* v. c. gloſſarium Ger„ manicarum rerum Scriptoribus Francofurti nuper editis praemiſſum ". Cf. me not. (9).

in *Osbrechta'sheim*. Quod animadvertit etiam Vir Ill. G. MEERMAN, *ἐν ὀλίγοις*. *Heim* notat *domum*. Et ſic in eodem *Catal.* modo citato *Radulphus* — et *Rhotufshem*, ubi leg. *Rodulfshem*, i. e. *Rodulfi domum*. Poſtquam autem conſtat, veram eſſe vocis ſcripturam *Osbrechta'shem* (quod perperam damnat ALTING in Voc.); conſtat hinc etiam, indicari *vicum* vel *domum Osbrechtae* feminae. Exſtat autem in alio *Catalogo Bonor. Eccl. Egmund.* MIERIS *Charterb.* I. Deel bl. 167. f. *Feodum, quod habet Hagano de Hairlem de Eccleſia Hecmundenſi, iacet in* BRECHTGHERTS-WEERT, *et extenditur a Speren* [fluvio] *usque ad flumen, quod dicitur* LEDE. *Lede fluminis* elix adhuc exſtat ad pagum *Warmond*; unde urbis *Leidae* nomen. Exſtat et vicus *Leemuden*, nunc *Leimuden*, quaſi dicas *Oſtium Lede fluminis*. Maior vero pars *Lede* videtur abſorpta in Lacu Harlemenſi. Fuit igitur *Brechtgerswaard*, ſive *Osbrechtaas-heim*, ille terrae tractus, qui inter fl. *Spaarne* et *Lede* hodie ad meridiem Harlemi, haud procul *Suitharteshage* ſeu hodierno *Hillegommenſi agro*, in lacu Harlemenſi abſorptus, interiacet.

(5) *Bodokenlo*] Aliis *Bodekelo*. Communis fere eſt ſententia, intelligi *Bodegrave*, qui pagus eſt in confiniis Holland. et Traiect. unde in NIC. KOLINI Chron. vſ. 478. *Bodenlode grave*. Alii explicant quaſi *Bodekeshorst*, et intelligunt *Boekhorst*. *Horst* et *Loo* fere idem. Nec obnitar. Attamen exſtat iuxta Akerſloot in Kennemaria verſus Egmundam locus *Boekel* hodie, quod contracte ſcriptum videtur pro *Bodekelo*, *Bodekel*, *Boekel*. Ad Cod. Meerm. marg. haec adſcripta invenio: „ f. hodie *Bodekenſlote*, gelegen omtrent *de Spaerne*, *Wesingerluyde* " cett. Et paullo poſt manu Scriver. „ *Bockelemeer* „ by Alemaer in voorleden jaeren bedyckt ". Recte, ut opinor.

(6) *Alburch*] VAN LOON ad KO-

LIN.

A. 889. d. 4. Aug. Hobas duas, et in *Hornum* (7) Hobam unam, et in loco *Huui* (8) vocato manſum (9) I. et in loco *Theole* (10) Manſum I. et in *Aske* (11) Manſum I. et quidquid ad eaſdem

LIN. p. 135. intelligit pagum *Alphen* inter Leidam ac Goudam. Non adſentior. *Alburch* hoc nomine etiamnunc exſtat prope *Heusden* ad Moſam, in veteri *Teisterbantia*, ubi Comites noſtros ſua bona habuiſſe, docebo *Diſſert.* N°. II.

(7) *Hornum*] Hodie, ut videtur, oppidum Weſtfriſiae celebre. Plura tamen huius nominis ſunt loca. VAN LOON ad KOLIN. vſ. 336. putat eſſe *Oudshoorn* in *Rhenolandia.* ALTING in V. quaerit in *Delflandia.* Caſtrum *Poelgeest* olim *Hoorn* dictum fuit, ſitum inter *Koudekerk et Alphen.*

(8) *Huui*] Occurrit iam locus in Diviſione Regni Francici ad Marſnam a. 770. *Hui.* Exſtat et Charta a. 911. in MARTEN. *Coll. Ampl.* T. II. p. 58. ſq. *Acta in Castro* HOIO. FVRMER. *Ann. Friſ.* ſcribit *Hui.* VALES. *not. Gall.* V. *Hoium* p. 246. a. *Comitatum Hoienſem et Opidum Hui in Dioeceſi Leodic.* Vulgaris autem noſtrates occupat error, quaſi omnia haec loca in Egmondae vicinia quaeri oporteat; quum ſatis conſtet, ampliſſimas alicubi ditiones a noſtris poſſeſſas fuiſſe Comitibus. De quo alibi.

(9) *Manſus*] „ In eo communiter „ (inquit V. R. HONTHEIM *Hiſt.* „ *Trev. Dipl.* T. I. p. 359. b.) con- „ veniunt omnes, *manſo* tantum ineſſe „ terrae, quantum iugo uno boum an- „ nuo ſpatio poſſit verti, quantumque „ uni familiae ruſticae alendae ſatis ſit. „ Volunt autem rei Georgicae periti, „ iugum unum boum ſufficere quotan- „ nis 64. iugeribus arandis ". Cf. SCHANNAT *Tradit. Fuld.* p. 323. et quae dixi in *notis* ad CHRONIC. p. 21. (59).

(10) *Theole*] Non alius intelligitur locus quam *Thiel*, in *Teisterbant*, nunc oppidum, et locus, mercatura ſq. ſeculo IX. iam notus; in quo *Geruſſi* filius maior *Walgerus* Comes Eccleſiam *S. Walburgi* dicatam cum uxore *Alberada* conſtruxerat, ut docet coaevus Auctor ALPERT. *de Diverſ. Temporum* in ECCARD. *Corp. Hiſt. Med. aevi* T. I. p. 97. De mutatione *Theole* in *Thiel* vide EXCVRS. II. *De Etymo vocis Theoderici.*

(11) *Aske*] Intelligi poteſt vicus *Asſe* in Kenemaria. VAN LOON ad KOLIN. p. 137. Ex *Aske* oriri potuit etiam *Askeman*, et poſtea *Askemannedelf*, quaſi dicas *foſſam Askemanni*; hodie *Asſendelft*, in Kennemaria.

Digitized by Google

dem Hobas et Manſus [g] iure legitimeque [h] pertinere videtur, A 889. d. 4. Aug.
cum curtilibus et aedificiis, mancipiis, campis, agris, paſcuis, pratis, ſylvis, aquis, aquarumque decurſibus, molinis, piscationibus (12), viis et inviis [i], acceſsibus et regreſsibus, quaeſitis et inquiſitis, cultis et incultis, et cum univerſis appendentiis (13) et adiacentiis, finibus ad praefatas Hobas iuſte

g *Manſas*, et bis *manſam* C. M. h *Iure hereditario legitime* Sw. i *In viis*, et mox *in quaeſitis* ſeparatim C. M. *Inquaeſitis* Douz. Mox *adiacentibus* Sw. et *ſpectantibus*.

(12) *Piscationibus*] De Gerulſi *ad Rhenum piscatione* vid. not. (2) quae nulla alia videtur eſſe, quam quae hâc charta dicitur pertinuiſſe *ad hobas et manſus in Comitatu* eius *inter Rhenum et Suithardeshage*.

(13) *Cum univerſis appendentiis*] Egregia est *Ill.* HONTHEIM *Hist. Trev. Dipl.* T. I. Diſſ. VIII. p. 95. obſervatio, quae huiusmodi Regum dona ſic explicat. „ Quae ex Regum, inquit, „ Principumque beneficio obveniebant, „ ampliſsimis hoc iam ſaeculo *iuribus* „ et clauſulis munita erant: dabantur „ etenim cum *terris*, *domibus*, *aedificiis*, *accolabus*, *mancipiis*, *litis*, „ *ſylvis*, *campis*, *pratis*, *pascuis*, *aquis*, „ *aquarumve decurſibus*, *mobilibus*, *et* „ *immobilibus*, *farinariis*, *pecoribus*, „ *cum omni integritate*, cett. Item „ *cum egreſſu vel ingreſſu*. Alibi — „ *Caſatas cum ſala et curtile*; *mancipia* „ *cum uxoribus et infantibus* — — —". Addo, *cum omni potestate tenendi*, *donandi*, *vendendi*, — — *ſine ullius impedimento*; unde hac terrae ab omni aliorum potestate eximebantur, unde et *Dynastiae ſupremae*, et *Comitatus alodia* ſeu Comitum poſſeſsiones ortae ſunt. Notari autem meretur formula, qua in hac et ſqq. Comitum Chartis a. 922. 985. beneficia haec et alodia non modo dantur *in perpetuum*, i. e. *iure hereditario*, ſed ſimul ab omni *iudiciaria* aliorum *potestate exemta*. Cuiusmodi donationes auſam dederunt *Dominiis* illis *liberis*, quae Gallice dicuntur *des Seigneuries*; quippe quibus nec *Comiti* nec alii cuicumque *Iudici* ulla relicta fuerit iurisdictio. Quod explicat MABLY *Obſervat. ſur l'Histoire de France* T. I. p. 63, 67. et *des Preuves* p. 316. 323. ſqq. ubi not. (7) inquit: *Des que les Rois en conférant des Bénéfices, leur attribuerent le droit de Iustice, il fut défendu aux iuges publics d'y faire aucun Acte de Iurisdiction* cett. Haec bona igitur ſi ipſorum Comitum erant, eo magis haec valebant.

(14) *Po-*

A. 889. d. 4. Aug. te adſpicientibus. Et iusſimus ei inde hoc [k] nostrae auctoritatis fieri praeceptum, per quod volumus, firmiterque iubemus, ut antetitulatus *Fidelis* noster de his omnibus ab hodierna die, et deinceps omni tempore, liberam ſecuramque habeat potestatem tenendi, donandi, vendendi (14), commutandi, vel quidquid exinde voluerit, faciendi, absque ullius impedimento. — Et ut haec conceſſionis nostrae auctoritas firmiter [l] habeatur, et per futura tempora a fidelibus nostris verius credatur, ac diligenter obſervetur, manu nostra ſubter eam firmavimus, anuloque nostro ſigillari [m] iusſimus.

Signum (15) Domini Arnulfi invictisſimi Regis.

Aspertus Cancellarius, ad vicem Theotmari (16) [n] Archicapellani recognovi et ſcripſi.

Data

k *In hoc* Sw. qui mox *finitique iub.* l *Firmier* Donr. p. 371. m *Sigillarique* C. M. Mox C. M. *domni.* n *Otmari* perperam C. M.

(14) *Potestatem — vendendi*] Sollemnis haec erat formula, quae ad ipſa *mancipia*, ſeu *ſervos* ſe extendebat. Erant enim hi appertinentia fundi. Hinc eadem de *ſervis* formula apud MARCVLF. Append. form. 16. *ut quidquid de mancipia tua-facitis, tam vendendi, commutandi, — ita et de me ab hodierno die* LIBERAM *et firmisſimam in omnibus* POTESTATEM *faciendi habeas.*

(15) *Iusſimus. Signum*] Male diſtinxit *Sweert*. Res quidem levis, ſed ad mentem antiquitatis illuſtrandam monitu neceſſaria. Aliud *ſigillum*. Aliud *ſignum*. Per *ſignum* notatur *Monogramma Regis*. Per ſigillum ſignum cerae impresſum.

(16) *Aspertus — Theotmari*] *Theotmarus*, ſive *Dietmarus*, Archiepiſcopus Salisburgenſis *Archicapellanatu* functus est ſub Rege Carolomanno, ſub hoc Imp. ARNVLPHO, et ſub Ludovico eius filio. *Cancellarii* munere, eius vice, perfuncti ſunt *Waldo*, post Episcopus Friſingenſis; ASPERTVS

Digitized by Google

Data pridie Nonas Auguſti incarnatione Domini DCCCLXXXVIIII. A. 889.
ᵃ Indictione VII. Anno ſecundo Regni Arnulfi, piiſſimi Regis, Actum Franconoforth, in Dei nomine, feliciter. Amen. d. 4. Aug.

a Male Sw. LXXXVIII. Additque Marg. C. M. „ *Triduo poſt occiſum in Batua Godefridum* „ *Regem* ". Voluit, *triennio*.

TVS Ratisponenſis, dein *Wichingus* Pataviensſis; postremo *Ernestus* quidam. Vid. HONTHEIM *Hiſt. Trev. Dipl.* T. I. p. 227. (*c*). Cod. Meerm. omiſit tres literas perperam *Otmari*, ſed in ora M. S. „ Alia Diplomata Arnulfina *Theotmari* habent ". Et ſic recte. *Thiotmari* vel *Deotmari* etiam in Dipl. Wirceburg. *App.* ECCARD. *Rer. Fr.* II. p. 891 – 897. *Theotmari* in Charta a. 894. BALDERIC. *Chron. Camer.* L. I. c. 62.

N. III.

CAROLVS SIMPLEX, Rex Francorum, THEODERICO I. Com. Hollandiae donat Eccleſiam *Egmundam* cum omnibus eius Terris ac iuribus (1). A. 922. d. 15. Iun.

A. 922. d. 15. Iun.

Ad Chronic. p. 15. *not.* (43) *et p.* 36. *b.*

(Ex Codice MS. Chronici Egmundani; ubi est ordine I. ad a. 863. Exſtat et apud FVRMER. *Ann. Friſc.* L. VII. p. 47. G. VAN LOON ad N. KOLIN. bl. 201. et *Alouд. Hiſt. van Holl.* II. Deel bl. 144. SWEERT. *Chron. Belg.* p. 372. in *Rer. Belg. Annal.* J. A LEID. *Ann. Egm.* c. VI. p. 6. Nunc vero collatum cum Apographo pergameno in antiqua Camera Rationum Holl.)

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis. KAROLVS divina propitiante clementia Rex Francorum. Regalis celſitudinis eſt,

(1) Infelici genuinae noſtrae Hiſtoriae fato et errore hactenus haec Charta ex male poſitis notis Chronicis anni 863. *Carolo Calvo* tributa eſt; quae tribui debuerat *Carolo Simplici* Regi Francorum, eiusque Notario *Haganoni*, et Cancellario *Rotgero*, quibus hic a. 922. uſus eſt. Quae hic probare ſuperſedeo, lectorem amandans ad *Diſſert. Hiſtorico-Diplomat.* N°. I. ubi de induſtria hoc probaturus reliqua omnia clariori luce exponam.

 (2) *Suit-*

Digitized by Google

A. 922. d. 15. Iun. est [a], noſtros fideleſque ſuos donis multiplicibus honorare. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus ſanctae Dei Eccleſiae praeſentibus ſcilicet atque futuris; quod [b] adiens praeſentiam noſtram HAGANO venerabilis *Comes* petiit a manſuetudine noſtra dari cuidam Fideli noſtro, nomine THEODERICO, quasdam res, Eccleſiam videlicet [c] *Ekmunde*, cum omnibus ad eam iure pertinentibus a loco, qui dicitur *Suithardeshaghe* (2) [d] usque ad *Fortrapa* et *Kinnem* (3). Cuius petitionem benigne,

a *Est* abest C. M. Habent reliqui. *Vir illuſtris* in aliis additur, ex Scriv. ad C. M. Mox *et fideles* Ann. Egm. Matth. et Ms. Apogr. Perg. *Servos* Sw. b *Quam* Apogr. Perg. *Quem* C. M. vitioſe; f. pro *quoniam*, ut Ann. Egm. Pro *noſtram* Apogr. Perg. Form L. VII. p. 47. *folii noſtri.* Statim *expetiit a noſtr. manſ.* Apogr. Perg. c *Quaſque res et eleemoſynam videl.* Sw. d *Suithardeshaghe --- Fortupa*, Sw. alii alia. *Swithardeshaga usque Fertr.* Apogr. Perg.

(2) *Suithardeshage*] IO. A LEID. *Ann. Egm.* C. VI. p. 6. *Zuterdeshaghe dicitur modo Hillegommerbeek*; et *Kynhem est fluvius infra* [i. e. intra] *Alcmariam et Middelburg Caſtrum.* Notes autem in Charta a. 889. *Gerulfo* concedi bona inter *Rhenum et Suithardeshage in ſuo Comitatu.* Nunc Gerulfi filius *Theodericus* accipit Eccleſiam Egmondam cum bonis illius inter *Suithardeshage*, *Fortrape* et *Kinheim*, nulla *Comitatus ſui* adiecta mentione. Vnde facile inducor ut credam, *Theoderici Comitatum* tunc eosdem adhuc habuiſſe terminos, quos parentis ſui, ſed bona ac praedia ſive eius alodia per hanc Chartam a. 922. fuiſſe prolata. Porro Theoderici II. huius filii poſſeſſiones, quantopere ſeſe ex dono regio extenderint inde a Texala usque ad Iſalam amnem; docet Charta a. 985. Et vel ſic tamen non alii forte limites *Comitatus* quam inter *Rhenum* et *Suithardeshage.* Vnde conficias, probe eſſe diſtinguendum inter *iudiciariam* horum Comitum *poteſtatem*, qua Pago huic tamquam Comites Regio praeerant nomine; et inter bona hereditaria et alodia, per totam terram et ulterius per Kennemariam, Weſtfriſiamque, deinde etiam verſus Iſalam, Lieramque, primitus diſperſa. Quum vero *Gerulfus* etiam multa alibi bona iure proprietario poſſederit; duos autem habuerit liberos *Walgerum* ac *Theodericum*, diviſa haec oportet bona fuerint; ac *Theodericus* ſua bona ad Rhenum (uti ex Chartis conſtat), *Walgerus* vero bona *in Thiele* ad *Vahalim*, alibique, una cum Comitatu *Teiſterbantiae*, eiusve parte acceperit.

(3) *Fortrapa et Kinnem*] Vbi haec loca

Digitized by Google

gne, uti decebat, ſuſcipientes, concedimus praefato fideli noſtro haec omnia ex integro, cum mancipiis, quaeſitis et inquirendis, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis, ſive aquarum [e] decurſibus: praecipientesque iubemus, ut, ſicut [f] reliquis poſſeſſionibus, quibus iure hereditario [g] videtur uti (4), ita et hiis (5) nostri muneris largitate [h] rebus inpenſis valeat ſecure A. 922. d. 15. Iun.

[e] F. *Stagnantibus et* " D. ad C. M. mox *decurſibus* Sw. Firm. Ann. Egm. et Apogr. Perg. Sed *decurrentibus* C. M. [f] *Siquis* C. M. Volg. est Sw. Ann. Egm. Douz ad C. M. [g] Male C. M. *hereditarius*. Mox ad *videtur uti* Scriv. ad C. M. ,, *Phraſis eius* ſeculi pro *utitur* ". [h] *Ita ut his* — *animi largitione* Sw.

loca fuerint, alibi indicabo clarius. *Fortrapa*, *Fortarpe*, *Forterp* et *Voordorp* eiusdem naturae ſunt voces. *Kinnem* est et *loci* et *fluvii* nomen, unde *Kennemaria*. Indicantur igitur hic termini locorum, quae poſſidebat Eccleſia Egmundana. Quae hic de *Zuidbevelandiae*, *Zeelandicae Inſulae*, pago ſomniant nonnulli, ludum ſibi faciunt ac lectori.

(4) *Videtur uti*] Notiſſima huius aevi est formula, pro qua etiam alibi *cognoſcitur uti*, id est, *revera utitur*. Nihil hoc frequentius. *Vbi — Albricus Presbyter atque electus rector praeeſſe videtur*, i. e. *praeest*, Charta Car. M. in HEDA p. 41. *Vbi nunc D. pater, Pontifex Willebrordus Archiepisc. custos praeeſſe videtur*, i. e. *est*, p. 28. In Graecis etiam olim δοκέειν εἶναι pro εἰσίν. Vid. ad HERODOT. *Hist.* p. 328. (43).

(5) *Iure heredit. — — ita et hiis*] Videntur plures huic Comiti datae et aſſervatae Chartae in Egmonda fuiſſe, argum. ANN. EGM. C. VI. p. 5. f. *Carolus — — tradidit nobili viro Theoderico — — Eccleſiam Haecmundenſem et totam Hollandiam cum magna parte Friſiae cum* DIVERSIS LITERIS *inde confectis. — — Porro idem glor. Fr. Rex de Eccleſ. Haecmundenſi et tota Kynnemaria donavit praedicto Comiti Hollandiae Bullam annulo ſuo aureo ſigillatam, in qua imaginem ſuam* cett. Quam bullam oculis uſurpaſſe videtur. Diſtinguit autem inter Praefecturam, quam ſuscepit *primis literis*, et *poſſeſſiones* ex hac Charta. Quando igitur postea ſcriptor p. 6. f. addit, Theodericum *Eccleſiam Egmondenſem cum omnibus aliis terris contiguis* a Carolo *feudali iure* accepiſſe, id de primis literis intelligas, quibus praefecturam, id est *Comitatum*, datum vult: imprimis quum C. VIII. diſerte dicat, Theodericum *Eccleſiam Egmund. proprietatis iure* poſſediſſe. Haec non diſtinxere VV. DD. qui IO. A LEID. propterea re-

Digitized by Google

A. 922. d. 15. Iun. re omni tempore vitae ſuae frui ipſe et omnis eius poſteritas; unde et hoc [i] praeceptum noſtrae clementiae ſuper hiis ei conſcribi iuſſimus, per quod praecipimus atque mandamus, ut libere haec omnia teneat atque poſſideat, habeatque poteſtatem de hiis iuxta libitum ſuum ordinandi ſeu faciendi, Deo in omnibus propitiante et nemine inquietante. Et ut hoc noſtrae largitionis [k] munus per ſuccedentia tempora firmius habeatur, et attentius obſervetur, manu propria ſubter firmavimus, et anuli noſtri inpreſſione iuſſimus ſigillari.

Signum KAROLI glorioſiſſimi Regis. HAGANO (6) Notarius

[i] *Et unum et hoc* Sw. Mox *ei* deest Apogr. Perg. *Regis glor.* Apogr. Perg.

[k] *Et ut munus noſtrae largitatis* Sw. Mox *Regis* …

reprehendunt. V. MATTH. ad *Ann. Egm.* p. 180. f. Non igitur *Comitatus* Theoderico per hanc Chartam traditus eſt, neque ex more hoc erat. Recte autem in *Marg. MS. Meerm.* ad *hereditarii iuris* voces DOVZA obſervat, haec referri oportere ad *bona ſive poſſeſſiones*, quae ex paternarum opum ſucceſſione Gerolfi Comitis ei obtingebant. Diſerte enim Charta, *data*, dicit, *ut ipſe et omnis eius poſteritas iis iure hereditario ſecure fruatur – teneatque ea* LIBERE *atque poſſideat*, *ſicut reliquas* POSSESSIONES. *Quae* voces *liberi* ſunt *dominii*, non *Feudi*. His enim temporibus cum *perpetualitas*, tum *alienabilitas* (ſit venia vocibus) in feuda non quadrabant. Ridicule tamen addit DE LEID. *ex hac donatione apparere*, *circa Comitatus Holl. exordium non fuiſſe Dominum terrenum in Haecmunda praeter Theodericum* I. niſi ſupremum Dominum Regem Franciae excipiat. Is enim haec bona dedit. Cf. de Egmonda VAN LOON ad KOLIN. p. 205. [1, 2].

(6) *Hagano*] De hoc alibi pluribus. Nunc modo vid. CHRON. ABBAT. VRSPERG. *in Hist. Henr.* I. fol. 152. *coepit quendam Haganonem ex mediocribus extollere*, *et ſuper omnes diligere*, *adeo ut . . . . ipſe Regio lateri ſolus haereret*, *multaque Regii iuris ad ſuum ius torqueret*. FRODOARD. Chron. a. 922. *Haganonem*, *cui Rex Abbatiam Rothildis amitae ſuae – dederat nomine Calam*. Vnde patet, Haganonem ſui ipſius non oblitum fuiſſe. Obſer-

Digitized by Google

tarius ad vicem ROTGERI (7) l Archiepiſcopi ſummique Cancellarii recognovit. A. 921. d. 15. Iun.

Datum anno Domini DCCCLXIII. m [l. DCCCCXXII.] XVII. Kal. Iulii (8), indictione XI. Anno XXX. regnante domino Karolo Rege, redintegrante XXV. largiore vero hereditate indepta [XI.] n Actum Pladella villa (9) feliciter. Amen.

N. IV.

l *Rogeri* Sw. *Rutgarii* Furm. cui deest *Notarius*. m Sic uno errore cum MSS. tum ſcriptores. Vulgatum 922. omni malus est exceptione. Vid. not. (1). Annos Dom. non dedit Furm. qui iam ſuo aevo errorem in calculo vidit, non auditus tamen a ſuis obtrectatoribus. n Multa hic vitioſa Sw. pro more. Furmer. 10. addit. *Largioris* vero *hereditatis annum* XI. computari oportere, omni dubio eximam in Diſſert. I.

ſervavit haec iam V. LOON ad KOLIN. p. 205. (1, 2). Eiusdem *Hagaonis venerabilis Comitis* petitione aliam Cameracenſi Eccleſiae donationem fecit a. 920. Carolus ſimplex. V. BALDER. *Chron. Camer.* L. I. C. 67. p. 110. alibique a. 922. tamquam *Notarius* ſubſcripſit. Vid. Diſſert. I. ubi Chartae prolatae Viri D. cuiusdam audaciam, negantis *Notarium Haganonem* exſtitiſſe, ſatis repriment. Vid. ad STOK. I. bl. 215. et 217.

(7) *Rotgeri*] „ Ratbodi defuncti „ vicem ſub eodem Carolo Simplice „ explet, ſicut in Trevirenſi Archiepi- „ ſcopatu, ita in Lotharienſi Archican- „ cellaria, RVOTGERVS". Sic HONTHEIM *Hist. Trev. Dipl.* T. I. p. 241. f. in recenſione Archicancellariorum Regni Lothar.

(8) XVII. *Kal. Iul.*] Hoc ipſo die XVII. Kal. Iul. a. 923. pugnavit Carolus ad *Sueſſiones*. Verum datam eſſe hanc Chartam praeced. anno, et quidem *in itinere*, pauciſſimos modo ante dies, quam *Robertus* Rex *Carolo* Regi a Proceribus est oppoſitus electusque, alibi perſequar *Diſſertat. Chronol. Diplom.* N°. I. unde ſimul patebit, quae donandi *in Bladella villa* occaſio fuerit. Conf. VAN LOON ad KOLIN. p. 205.

(9) *Pladella villa*] De hac *Bladella villa* ſita in Campiniis Buſcoducens. agit Doct. VAN LOON *Alond. Histor.* II. bl. 145. Si tamen cum Doct. HVYDEC. ad STOK. I. D. bl. 217. intellectam velis *Bladoldi villam*, cuius mentio exſtat in Charta a. 861. apud MABILLON. R. D. L. VI. N°. 94. per me licet; et ſic eo facilius careas, quae idem Vir D. ad STOK. I. bl. 214. 215. ex hac *Bladella villa* contra Chartae authentiam fruſtra disputat.

N. IV.

A. 939. d. 8. Iul. ARNVLFVS Comes Flandriae tradit Abbatiae S. Petri Gandavenſi bona nonnulla in *pago Flandrenſi* et in *Pago Waſia.*

A. 939. d. 8. Iul.

Ad Excurs. p. 173. *in not.*

(Ex Originali, in Archivis S. Petri Gandav.)

ARNVLFVS AMMINICVLANTE SVPERNI REGIS. CLEMENTIA MARKYSVS. SANCTE ECCLESIE FIDELIBVS. QVOCVMQVE. PASSIM ORDINE DEO CATHOLICE MILITANTIBVS. LEGITVR IN MACHABEORVM LIBRIS DIUINITUS (1) · exaratis deſtructum hieroſolimis templum dei ab antiocho regum nefandisſimo quod post multos grauisſimos bellorum triumphos iudas machabeus reſtruxerit · ac auro atque argento quae de hostium ſpoliis adquirebat decorauerit · quo ſcilicet facto · credebat ſibi affore auxilium e caelo regis polorum · huius igitur exempli auiditate incitatus ego humillimus ARNULFUS · toto mentis conamine illorum gestiens particeps effici · qui praecepta ſeruantes dominica terrena caelestes adtheſauros transtulerunt patrimonia · religioſorum ueridicorumque hortatu uirorum animatus atque ut ita dicam exſurgens quaſi agraui ſomno excitatus · cepi cogitatione tacita mecum diebus noctibusque reuoluere quoddam monaſterium esſe ſub

(1) Hucusque Charta longiusculis literis erat exarata. Vbique vero pro *ae* ſcriptum fere erat ę.

ſub mea dicione antiquitus ſitum apontifice laude bonorum digno · ſanctisſimo AMANDO iuxta *fluenta ſkaldi* in *castro gandauo* quod *blandinium* uocitauit · quodque christo auſpice reliquiis beati petri apoſtolorum principis multorumque ſanctorum quas aroma ſecundo rediens ſecum detulit ſollemniter nobilitauit· Egit autem hoc ea tempeſtate qua romanam eccleſiam regebat papa martinus anno LXXV. post beatum aulae ſupernae clauigerum petrum tempore incliti regis francorum DAGOBERTI · ELIGIO mire ſanctitatis epiſcopo nouiomacum atque turnacum preſidente· Gaudeo quidem tantorum pignoribus ſanctorum iam dictum monaſterium multimode illuſtratum ſed doleo tantum deesſe honorem quo tantae dignitatis reliquias ſecundum meam uoluntatem extollam interra · quarum ſancti reliquiarum incaelesti fulgent curia · permisſu tandem regis LUDOGUICI atque cum episcopo TRANSMARO ad cuius dioceſim pertinet locus ille · cum amicis quoque ac ſpecialiter cum fidelibus meis conſilio habito reddens reſtitui loco ſancto partim ex his reditibus terrae quos beatisſimus AMANDVS impetravit aregibus qui per id tempus diuinis ſe ſubdiderant legibus et ob amorem principis apostolorum petri iure perpetuo tradidit in eodem coenobio degentibus partimque ex his quae fidelibus quique per loca et tempora diuerſa a praefati regis dagoberti diebus usque ad nostra largiti ſunt tempora · et ſi non omnia ſaltem reddidi aliqua que predeceſſorum meorum tempore inde ſunt abſtracta · queque eſtimaui ſuf- A. 939. d. 8. Iul.

A. 939. d. 8. Iul. ficere monachis ob amorem chriſti ibidem morantibus id eſt cenſum quod accipitur de manſionibus que ſitae ſunt *in portu Gandauo a flumine ſcalda usque ad decurſum fluminis legiae* · et decimam quam pro remedio animarum ſuarum deo exſoluere debent in ipſo commanentes portu. Naulum quoque quod a pretereuntibus exigitur · ſupradicti monaſterii reliquiis concesſi · floralia prati quae adiacent ipſi portùi · illorum cedo poteſtati · Molendinum · j · in loco qui uocatur *absna* (2). Capellam · j · in honore ſanctae mariae dicatam in uilla *meron* · Uineam quam ſecus monaſterium reſtruxi et terram quae ibi adiacet usque ad portum · et alia rura quae monaſterio ſunt contigua ſupra quae conſtruant officinas ſibi congruas et hortas in quibus plantent olera quae monachis ſunt commoda. ceteraque omnia quae in carta abbatis EINHARDI ſcripta habentur reddidi et propria manu roboraui · In *pago* denique *flandrenſi* iuxta *castrum osborch* (3) in loco nuncupante *merona bennonis* pastoralia quae ſufficere posſunt ouibus · CXX · et in alio loco mari proximo uocabulo *combesſcura* terram ad alendas oues · C · et in ipſo pago medietatem fisci mei qui uocatur *Snethlingehem* cuius pars media coniacet a plaga orientis · ex qua medietate manſum · j · dum aduixero abbati et fratribus ſupradicti monaſterii conſenſu · et reſiduae me-

(2) An per *Absna* intelligi oportet *Absnede*, hodie *Asſenedo?*

(3) Nota Antiquitatem villae *Oostborch* hodie notae.

medietatis partem post exceſſum uitae meae ut habeant teneant atque poſſideant totis uiribus concupiſco· In pago etiam *hainau* ſuper fluuio *ſauo* uillam quae uocatur· *dulciaca* cum appendiciis ſuis illis reddo: In *pago* etiam QUASA (4) ſuper fluuio *ſcalda* uillam nuncupante TEMSICA in qua diu corpus beatiſſimae uirginis requieuit AMALBERGAE. quam iure hereditario quo aduixit poſſidere uiſa est. et ob id illis reddidi eam qui die noctuque excubantes ſacro corpori eius aſſiſtunt. Hec cuncta licet quantitate et numero uideantur permodica · obtineat perpetualiter cum ſuo abbate monachorum caterua ſupradicto monaſterio conſtituta · quibus ſolatiata queat domino indefeſſe famulari omni murmuratione ſummota. quae ſolet eſſe monachis plerumque aſſueta· Cupio nanque atque magnopere geſtio omni tempore cui in ſepeſato monaſterio monachos examuſim christo ancillari ut actum est iam fati ſanctiſſimi tempore AMANDI· quique ſecundum normam ſancti uiuentes BENEDICTI iuxta electionem ſuam (5) *abbatem proponant ſibi cuius hortatu atque regimine animati terrena postponentes* qui morte interueniente ui . . . . . . cui ſucceſſerit . . . abbatem proponant ſibi · cuius hortatu atque regimine animati · terrena postponentes caelestia A. 939. d. 8. Iul.

(4) *Quaſa* an *Guaſa*, vix refert; est Waſa ſive Waſia, hodie *'t Land van Waas*, in qua villa *Temſeca* etiam nunc nota est.

(5) Decem ſequentes voces legi non poterant in Originali per maculam; ſed in Apographo ita exſtant, forte vitioſe.

A. 939. d. 8. Iul. leſtia ſtudeant meditari· Siquis uero de omnibus ſucceſsoribus meis hec meae reſtitutionis beneficia que loco ſancto ob amorem dei ſanctique principis apoſtolorum petri ceterorumque ſanctorum quorum ibidem praecioſa continentur buſta reddidimus auſu nefario calumniare uel deficere conatus fuerit · niſi cito reſipuerit iram dei omnipotentis cui ſanctus amandus conſtructor loci illius ſinceriter militauit ac polorum clanigeri petri ac doctoris egregii pauli atque paradoxe uirginis amalberge. omniumque occurrat offenſam ſanctorum eorumque perpetim a ſodalicio priuatus. demonum contuberniis indisſociabiliter maneat coniunctus· Amen dicat mecum omnium bonorum uirorum coetus.

Reliqua, quae ſequuntur, literis maiuſculis ob vetuſtatem legi non poterant, ſed in apographo antiquisſima manu ſcripto, haec habentur:

„ Actum blandinienſi cenobio anno incarnati uerbi · DCCCC.
„ XXX · VIIII · VIII · Iduum Iuliarum. Indictione · XII · VIII.
„ Iduum Iuliarum · regnante Hludovvico · anno · VI · filio regis
„ Karoli reclauſi.

Adſunt et multorum teſtium nomina, quae tamen legendo non erant; legi tantum potuere ſequentia.

REGNANTE LUDOUUICO ANNO VI. FILIO REGIS KAROLI RECLAUSI.

✠ Signum arnulfi clementisſimi comitis atque marchiſi qui hanc . . . inſcriptionem fieri . . . .

* * *

Adhaeret Sigillum cereum rotundum, cui impreſsa eſt effigies Arnulfi Comitis, ſtantis figurae.

N. V.

Digitized by Google

N. V.

Probationes de *Foſſa Ottoniana* medio Sec. X. inter Franciae Regnum et Germaniae Imperium ab Rege Ottone I. ſive Magno ducta, qua ſeparavit terram Flandriae Imperialem, nempe *Waſiam*, IV. *Ambachtas*, *reliquasque Zeelandiae Inſulas* a Franciae Regno, cuius Regni pars ditio erat Comitum Flandriae. A. 936.

A. 936.

Ad Excurs. p. 138. *et* 151.

(Ex MS. Chronico S. Bavon. Authentico, quod ſervatur in Palatio Epiſcopali Gandavenſi.)

Caſtellum novum, quod ad ripas Legiae, in Imperio ſitum eſt, non *Reges Franciae*, non *Comites Flandriae*; ſed *Imperatores* Romanorum, in fiſco et libera poſſeſſione S. Bavonis, ad defenſionem ipſius Monaſterii et antiqui Caſtri *Gandae*, propter diviſionem *Regni* et *Imperii* ſtatuerunt: quo ſcilicet praefatus OTHO regni Francorum et Imperii Orientalium fines determinavit. De quo cenſum quinque ſolidorum S. Bavoni longo tempore Comites Flandriae ſolverunt, et nunc ſolvunt. Huic novo Caſtello, non *Caſtellani*, ſed *Comites* praefuerunt: quibus quatuor Villae cum appendiciis ſuis, *Aſnethe*, *Bocholt*, *Axla*, *Hulsta* cum tota *Waſia* ſubiectae fuerunt. Quidam autem praedictorum Comitum *Wycmannus* exſtitit, habens uxorem *Lutgardim*, filiam *Arnulphi* magni Comitis Flandriae.

A. 941.

Praedictum Caſtellum de poteſtate Imperiali in manus Comitum

[Flan-

Ad a. 936. [Flandriae] poſtea redactum eſt (1). Nam Comes Flandriae ARNVLPHVS magnus Imperialia vaſtare, et Caſtellum capere militibus ſuis commiſerat: qui per denſiſſimam ſylvam, irruptione ipſum caſtellum, caſſo labore fatigabant. Cumque in vanum laborarent, Comes, coacto in unum exercitu, in loco qui Herehem tunc vocabatur, ubi needum habitatio erat hominum, erectis lodiis, fixisque tentoriis, longo tempore obſedit Caſtellum. In ſancto autem Sabbatho Paſchae, petente exercitu diſceſſum, et ad ſua reditum, monuit Comes, ut prius contra opidanos non ſegnem facerent impetum. Quo facto, opidani conſciſſo in particulas dimidio bacone (quem ſolum, nec quidquam amplius in cibo habeant) foedabant ſcuta pugnantium. Quae res exanimavit Comitem, eo quod eos abundare cibariis, nec capi poſſe niſi per famem, exiſtimaret. Itaque incenſis lodiis deſceſſerunt. Quidam LAMBERTVS aliis feſtinantibus, ſe ſubtrahens, ſaepiusque reſpiciens vidit de ſuburbio Caſtelli, mulierculam cum vaſe hauritorio ad *Legiam* deſcendere, concitato equo, reverti volentem praeripuit, diligenter quid ageretur in opido ſciſcitatus. Cumque perterrita diu

[illegible] hac-

(1) Nempe hoc factum demum a. ta, uti etiam de Gandavo liquet ex Charta 1046. referentibus MEIERO, et IAC. ſq. Imperatoris d. 22. Ian. a. 966. Cf. MARCHANTIO, ex iisque D. LIN- EXCVRS. p. 174. Nec factum hoc ab DANO *Teneraem.* L. III. C. III. p. *Arnulfo*, ſed a *Balduino Pio* Comite 187, ſq. Satis autem haec docent, fuiſſe Flandr. haec antea intra Imperii limites acceniſi-

haereret; promiſſo ei tandem pretio, confeſſa eſt, nec unius A. 936.
diei cibum eis ſuperfuiſſe. Munerata mox muliere, Comitem ſubſequitur, adiunctisque ſibi fautoribus, poſtulat Comitem, quod nec habuit, nec forte habiturus erat. Conclamantibus aliis, id facile et ſine damno poſſe dari, quod nec haberetur, nec haberi poſſet; aſſenſum praebuit Comes. Igitur LAMBERTVS Caſtellum nondum captum, ſibi et poſteris hereditario iure, ſub hac conditione poſtulavit: quatenus Caſtelli ſuo labore acquiſiti Comes eſſet Comes et dominus; ipſe vero Procurator et *Caſtellanus*. Ordinata igitur lege, et quae deinceps inter eos tenenda iuſticia, Caſtellum needum habitum Comes tribuit, Lambertus ſuſcepit. Haec *Caſtellania* per totam Flandriam ſola tum erat hereditaria. *Lambertus* petitis et acceptis quibusdam militibus, tubisque quaſi ad pugnam interciſo tonitu clangentibus, revertitur; lodiis inſtaurat; armat milites in pugnam; inſultationes magnificat; ſuis geſtibus Comitem rediiſſe et adeſſe inſimulat. Opidani autem fame capti, nec ullum ſperantes ſubſidium, maxime timore Comitis, quem reverſum arbitrabantur, perterriti, accepta pace et libertate egrediendi, Caſtellum reddiderunt.

A. 936. PIERRE D'OVDEGHERST
Les Chroniques et Annales de Flandres,
Chap. XXIIII. p. 52. vſ.
Intra a. 929 - 941.

Le Conte ARNOVLD dict LE VIEIL acquist par octroy et don du Pape toutes les diſmes ſur le pais et contrée de Flandre: et ce a raiſon de la diligence et vaillantiſe, dont ſon advenement a la conté il avoit uſe, pour chaſer du dict pais de Flandre les Huns Wandalois et Normans reliques de ceux qui auparavant y avoyent faict tant de degastz et outrages. Depuis le dict Conte Arnould ſe trouvá en plu-ſieurs et bien groſſes facheries, au moyen que l'Empereur OTHON premiér de ce nom, avoit prins d'emblée et fortifiée le chasteau [de Gand]; ſoubs pretext qu'l ſoustenoit le dict chasteau estre ſitué ſur la fontière de l'Empire, contre France. Auquel, pour ceste occaſion il avoit mis et collocqué bien grande garniſon, meſmes avoit pour l'entretenement d'icelle, applicqué á iceluy chasteau le revenu *des quatre mestiers*, qu'il avoit ſeparé du pais et territoire *de Waes*. Et pour autant que ladicte garniſon tenoit merveilleuſement ſubject le port de Gand, qui estoit a l'autre costé entre *l'Escault* et *le Lys*. Le Conte Arnould fit des grandes et diverſes pourſuytes pour r'a-voit ledict chasteau. Mais voyant qu'il ny pouvoit parvenir, et que ledict Empereur ny voloit aulcunement entendre, Com-

man-

Digitized by Google

manda eſtre faictz audict port, aucuns petitz chaſteaux et mai- A. 936.
ſons defenſables qu'on y voit encoires aujourdhuy. Deſquelles les deux garniſons faiſoyent des continuelles faillies, dont la retraicte ne ſe faiſoit ſans notable et abundante effuſion de ſang, tant d'un coſté que d'autre. Ledict Empereur en fortifiant et reparant le ſusdict chaſteau, fit faire pres d'iceluy une foſſe, tirant depuis le pont de Sainct Jacques, iusques en la riviere de la Honte: laquelle foſſe il diſoit faire *la ſeparation entre l'Empire et le Royaume*, et la fit de ſon nom appeller *Ottinghe*. Peu apres: ſi comme en l'an neuf cents quarante un le Conte ARNOVLD obtint de l'Empereur par appoictement ledict chaſteau de Gand, ou il mit incontinent, crea et conſtitua le premier *Burchgrave*, duquel en l'hiſtoire de Boudouyn de Liſle nous ferons plus ample recit.

N. VI.

OTTO *Imperator* confirmat Abbatiae S. Petri Gandav. bona et poſſeſſiones. A. 966. d. 22. Ian.

A. 966. d. 22. Ian.

Ad Cod. Dipl. N. IX. *not.* (2).

(Ex Originali, in Abbatia S. Petri Gandavens.)


IN NOMINE SANCTAE ET INDIUIDUAE TRINITATIS OTTO DIUINA FAUENTE CLEMENTIA IMPERATOR AUGU-

A. 966. d. 22. Ian. AUGUSTUS ¦ QUONIAM REGIAE UEL IMPERATORIAE DIGNITATIS OFFICIUM ESSE conſtat ut monaſteria uel loca deo et ſanctis eius dicata ob diuini cultus augmentum nouis ſemper auctoritatibus roborentur · idcirco notum esſe uolumus omnium fidelium nostrorum tam praeſentium quam futurorum industriae qualiter uenerabilis abbas UUOMARUS blandinienſis coenobii nostram adiit ſerenitatem rogans ut ante cesſorum nostrorum regum ſcilicet uel imperatorum rebus uel proprietatibus monaſterii ſui *infra regni nostri terminos* conſtitutis emunitatis uel defenſionis nostrae brauium * concederemus hoc que nostrae auctoritatis praecepto roboraremus.

* i. e. praemium.

Nos uero interuentu dilectae coniugis nostrae ADELHEIDIS fidelisque archiepiſcopi nostri UUILLIHELMI ob ſpem diuinae remunerationis pro ſtatu et incolumitate regni uel imperii nostri filii que nostri carisſimi regis OTTONIS piae illius petitioni asſenſum praebuimus · et ut res uel posſesſiones praeſcripti blandinienſis coenobii *infra regni nostri terminos* conſtitutae *dulciacus* ſcilicet in pago *haginao* et *crumbrigga* in pago *bragbatinſe* quam uillam carisſima nostra ſoror GERBIRGIS regina monachis ob remedium animae fidelis comitis ſui reddidit ARNULFI ſub perpetua emunitatis nostrae tuitione esſe uolumus. Ita ut nullus noster *comes* aut iudex aut uicarius aut publicus fisci exactor uel aduocatus uel alius aliquis praenominatas uillas ingredi audeat ad fredas exigendas uel paratas faciendas uel hominibus praeſcripti

ſcripti coenobii inibi habitantibus diſtrictionem ingerendi uel aliud quid poteſtatis exercendi licenciam aut poteſtatem habeat niſi abbas et aduocatus quem ſibi ipſe utilem et neceſſarium elegerit. Et ut hoc auctoritatis noſtrae praeceptum firmum et ſtabile permaneat hanc cartam conſcribi iuſſimus quam et propria manu ſubtus firmauimus anulique noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. A. 966. d. 22. Ian.

SIGNVM DOMINI OTTONIS  MAGNI

ET INUICTISSIMI IMPERATORIS AUGUSTI; LUIDOLFUS CANCELLARIUS ADUICEM UUILLIHELMI ARCHICAPPELLANI RECOGNOUI.

data XI Kl̄. feb. anno dominicae incarnacionis DCCCCLXVI· Indict̄ VIIII anno regni domni ottonis ·XXXI· imperii uero IIII actum traiecto in dei nomine fel̄ amen

* * *

Annexum eſt Ottonis Sigillum maxima parte integrum, barbatum vultum et corporis partem repraeſentans.

N. VII.

A. 969. d. 13. Apr.

LOTHARIVS Rex Francorum, THEODERICO Comiti Gandavenſi et ſimul Hollandiae, donat *Foreſtum Waſdae* in Comitatu ipſius (*Gandavenſi*) ſitum cum omni iure.

A. 969. d. 13. Apr.

Ad Chron. p. 16, 36. *et Excurs.* VII. *p.* 175-178.

(Ex Cod. MS. Chronici Egmundani, in quo est ordine II. Exſtat etiam apud SVERMER. *Ann. Fris.* L. VIII. p. 93. I. DOVS. *Ann. Holl.* p. 216. O. VAN LOON *ad Kylia.* bl. 209. MIR. *Opp. Dipl.* T. I. p. 33. et hinc HEINECC. *Opusc. post.* p. 892.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis LOTHOWICVS (1). [l. LOTHARIVS] Dei gratia Rex. Notum ſit [a] omnibus fidelibus noſtris tam praeſentibus quam futuris, quod dilecta coniux noſtra HEMMA [b] Regina, adiens noſtrae celſitudinis praeſentiam humiliter deprecata eſt, ut cuidam noſtro Fideli,

[a] LODEWICVS C. M. Post *Notam facimus* Sw. [b] *Haemina* Sw.

(1) C. M. *Lodewicus* pro *Lotharius*. Et hinc omnes hactenus cum Editi tum MSS. id eſt, ex uno eodemque fonte, apertiſſimo vitio. Chartam enim hanc non anno 868. a *Ludovico Germanico*, ut vulgo creditur, ſed a. 969. ob eodem *Lothario* Franciae Rege eſſe datam, qui et alias huic *Theoderico* ac ſocero eius *Wigmanno* dedit, omni exceptioni, ni me omnia fallant, eximam in *Diſſert. Histor. Diplomat.* N°. I. Nihilominus obſcure innuit Vir Ill. HVYD. ad M. STOKE D. I. bl. 234. hoc et alterum Diploma a. 922. eſſe ſpuria nec legi digna. Et quare? lapſus eſt poſt tot DD. labores proba monentium in huius Chartae aera, quam novo errore ad a. 849. retrotrahit: unde negat etiam, *Gerulphum*, cuius Charta ad a. 889. habetur, patrem fuiſſe Theoderici I. Sic vara vibiam ſequitur, erroremque error trahit. Quae enim illic profert, reſutatu ſunt indigna, paucis examinanda in *Diſſert.* l. l.

Digitized by Google

li, ſcilicet THEODERICO *Comiti Forestum* (2) [e] *Wasda* in A. 969.
eodem *Comitatu* (3) cum pratis, aquis, terrisque aratoriis, d. 13. Apr.
exitibus et regresſibus, cumque rebus [d] pertinentibus ad praedictum

e THEODR. et *Forestam* Sw. et mox *ingresſibus*. d *Cum omnibus rebus* Sw.

(2) *Forestum*] Quid hoc tempore *Forestum* fuerit, quae eius amplitudo, quaeve iura, dabo verbis alienis. DOVZA *Ann. Holl.* L. V. p. 228. de hoc Wasda, *neque est*, inquit, *cur aliquem Sylvae aut Nemoris vocabulum conturbet; quo etiam Prata, Flumina, locaque in patentes aperta campos comprehenduntur:* DOVBLET, *Antiquit. de l'Abbaye de S. Denis* p. 806. cit. apud HVYD. ad STOK. I. D. bl. 220. in Charta Caroli Calvi, *Nec non Forestam aquaticam, a fluvio Savre usque Cambreias cum Ripaticis, quam nunc usque nostra viſa est dominari potestas, atque indulgemus omnes exactiones Regias in aqua.* — — Quae iura comprehendere dicuntur *toutes redevances Royales, et tous autres droits, ſoit d'Admirauté, d'atterremens, gorres, fallaiſes, espaves, ruisſeaux, rivages, bois, pasturages, montages, avallages, travers, peages, et generalement quelconques autres droits.* Satis autem hodie conſtat hoc Forestum, cuius *prata, aquas, terras*, et reliqua *pertinentia Lotharius* concedit, complexum fuisſe terram *Waſiam*, hodie *'t Land van Waas.* His enim temporibus omnia ſylvis adhuc nemoribusque erant plena et inculta; immo ipſi Flandriae Comites usque ad a. 863. hinc *Forestarii* dicti fuerunt. Hoc obſervavit V. D. HVYD. ad STOK. I. D. bl. 221. *Dat Koning Lodewijk* [ſcribe *Lotharius*] *het Foreest Wasda ſchonk aan Graaf Diederik, wil niet anders zeggen, dan dat hy hem aanſtelde tot Forestier van Wasda.* Quae autem vis fuerit Forestarii Flandriae, docet IO. IPER. *Chron. S. Bert.* in MARTEN. *Theſ. Anecd.* III. p. 497. D. *Flandriae patriam Rex ſibi* [Liederico] *dedit hereditario posſidendam, eum illius terrae dominum conſtituens* — et p. 498. A. *Licet Flandriae domini fuerint, non tamen proprie ut Comites, et propter hoc, ac etiam quia Liedricus Flandriam nemoroſam reperit et incultam quaſi forestam eum aliqui Flandriae Forestanum appellant.* De iure Foresti dicam alio loco copioſius.

(3) *Eodem Comitatu*] Si legeretur *in eiusdem Comitatu*, ſermo foret haud dubitanter *de Theoderici Comitatu*; nunc vero reſpicit vel ad vocem *Comes*, vel ad *Wasdam*. Vtrumcumque eligas, eodem redibit. Erat enim *Theodericus* illic Comes, adeoque ibidem *Comitatum* habebat, ubi *Forestum Wasda* vel *Waſa* erat, et quo *Comitatus* ſe extendebat. Nimirum *Wigmannus* huius Theoderici ſocer ab Ottone Rege obtinuerat *Comitatum Gandavenſem* cum omni

A. 969. d. 13. Apr. dictum Foreſtum perintegre [e] noſtro daremus praecepto. Cuius petitionibus (dignum prout eſt [f]) faventes, praedicto *Comiti* praedictum damus atque largimur *Foreſtum*, ut habeat, teneat, poſſideat, cum ſuis [g] ad ſe pertinentiis tam ipſe quam ſui heredes ſeu cui ipſe ſuique heredes vendere vel mancipare voluerint [h] ſine omni contradictione. Et ut firmius maneat, inconvulſumque ſervetur; hoc ei praeceptum [i] fieri iuſſimus, et manu propria ſubter firmantes anulo [k] noſtro iuſſimus ſigillari.

Signum Domini Lothowici [l. Lotharii] glorioſiſſimi Regis. [l]

GEZO Cancellarius ad vicem Domini OTHILDRICI Archiepiſcopi ſummique Cancellarii recognovit et ſubſcripſit.

Datum anno Domini DCCCLXVIII. [DCCCCLXVIIII. [m]] Id. Aprilis, regnante Domino Lothowico anno XV. indictione XII. [n]

e *Perintegro* C. M. *pro integro* Sw. vulg. ex *Miraeo*, eumque ſecuto *Heinecc.* f *Dignis, prout decet* Sw. g *Suis cum* C. M. Douz. Furm. mox *pertinentibus* Sw. h *Voluerunt* C. M. i *Hoc praec.* Sw. k *Sigillo* Mir. Furm. l *Regis Romanorum* omiſſo *Gezo* Sw. qui mox *Othilrici*, Mir. Douz. *Vthelrici.* m DCCCLXVIII. C. M. et reliqui omnes. Solus iam olim vera viderat FVRMERIVS, non auditus tamen a DOVZAE aſſeclis; immo, quod mireris, etiam non a LOONIO, cui tamen pro -- VIII legendum DCCCLXVIIII. iam ſuboluerat. De omiſſo uno (C) numero centenario non cogitavit. n *Anno* XIV. *Indict.* XIV. Mir. ſed de his *Diſſert.* I.

omni annexo iure, cum *quatuor Ambactis* et *Pago Waſia*. Hinc et ille, et *Theodericus*, nec non *Theoderici filius Arnulfus*, praeterquam quod in *Hollandia* ſuas acquiſiverant poſſeſſiones, diſerte ab auctoribus coaevis vocantur *Comites Gandavenſes*. *Pagus* autem et *Comitatus*, voces hoc aevo erant fere ſynonymae. Frequens vero *Pagi Waſae* vel *Waſiae* mentio in Chartis hoc ſeculo datis. Quemadmodum autem pro *Walacras* ſcribi interdum *Gualacras*, alibi docebo, ſic pro *Waſa* alibi occurrit *Quaſa*, vid. Chart. N°. IV. p. 21. Huius vero *Pagi* Waſae *Foreſtum Lotharius* Rex *Theoderico* in proprium nunc concedit. Ex quo dono *Theoderici* poſteri ex altero filio *Adalberto* prognati, ad hunc usque diem in Stirpe Comitum *Iſenghienſium* multa in *Waſia* bona poſſident. Qua de re vide in *Excurſu* VII. *de Feudo Zeelandiae*, p. 177. ſqq. et plura in *Diſſert. Critico-Genealog.* N°. II. de Familia Comitum in *Theoderico* II.

N. VIII.

Digitized by Google

N. VIII.

Pactum Sponſaliorum OTTONIS II. Imper. cum THEOPHANA Graeci Imper. filia, quae dotis nomine inter alia a marito accipit *Walacram*, *Tielam*, *Herwerdam*, et *Nivellam*, in inferiore Germania ſitas (1). A. 972. d. 14. Apr.

A. 972. d. 14. April.

Ad Chronic. p. 34. et ad Excurs. VII. *p.* 172. *ſq. et* 185. *not.*

(Ex IO. CHR. HARENBERG. *Histor. Diplom. Gandersheim.* p. 84. et SCHEIDIO *Origg. Guelphic.* T. IV. in ECCARD. Opusc. T. IV. p. 461.)

In nomine ſancte' et indiuidue' trinitatis. OTTO diuina fauente clementia Imperator Augustus. Creator et inſtitutor omnium ab aeterno d̄s que'cunque ſunt rerum. primordialibus immo nascentis

(1) Servatur authenticum hoc inſtrumentum in *Archivio Gandersheimenſi* aureis literis Chartae pergamenae elegantisſime exaratum, in aes inciſum et editum a SCHEID. l. l. qui quoniam ad manus nunc non est, edidi illud ex laudato HARENBERGIO. Recipit ex illo *Theophana* inter alia Provinciam *Walacram*, *Tielam*, *Herwerdam*. Quicumque autem arctisſimam familiaritatem, quae inter *Theophanam* Imperatricem, et nostros Comites *Theodericum* II. et filios *Arnulfum* Comitem, atque *Egbertum* Archiepiſc. Trevir., intercesſit, attente conſiderat; facile inducetur, ut credat, *Theophanam* nostris in terris ſua habuiſſe bona, et ſaepe praeſentem haec adiiſſe. Theodericus II. interventu huius *Theophanae* ab Ottone eius filio posſidenda accepit quaecumque antea Feudi iure ab Imperio habuit. Vid. *Chronic.* p. 35. Add. Chart. a. 985. d. 25. Aug. Cum eiusdem Theoderici uxore *Hildegarda* familiariter vixit, ut docet Epiſtola *Adelberonis* ad Egbertum, l. l. in not. ad *Chronic.* p. 34. *a.* Fuit etiam Adelbero nostrae *Hildegardis* et THEOPHANAE *fidisſimus interpres*, teste ipſius *Epiſtola* N°. LV. nov. Edit. p. 278. *Egbertus* ipſe a. 979. in *Aula* nuptias *Arnulfi* Holl. Com. Fratris ſui conciliasſe videtur, quas ille iniit cum *Lutgarda*, hactenus a nostratibus pro ſorore *Theophanae*

A. 972. d. 14. Apr. tis mundi in perfecta elegantia conditis naturis. hominem ſimul qui cunctis a ſe creatis preesſet et dominaretur. ad imaginem et ſimilitudinem ſuam artifex ſumme bonus concedere voluit. Quem ſolum

nae habita, ib. p. 33. Degit autem *Theophana*, quando filius eius Rex OTTO noſtrum Comitem a. 985. tam large donabat, *Neomagi*, ut Charta teſtatur; haeſitque ibidem per plures dies, docente alia Charta in MARTENE *Coll. Ampl.* T. I. p. 335. ſq. Dedit Otto III. *pro anima Theophaniae matris ſuae* eidem *Ekberto* a. 993. Abbatiam S. Servatii, in MARTEN. *Ampl. Coll.* IV. p. 155. Obiit illa etiam his in terris, nempe *Neomagi* in Gelria a. 991. ut fuſe probavit SCHEID. ad *Origg. Guelphic.* T. IV. Opuſc. IV. ECCARD. p. 426. Vnde aliter haec, quam quod *Theophana* his in terris, inferioris nempe Germaniae locis, bona ſua, praedia, ac posſesſiones, habuerit. Notum autem eſt, Imperatores hoc aevo ſaepisſime ac diu in *Tiela* fuiſſe verſatos. Sic *Annal. Hildeshem.* in LEIBNITII *S. R. Brunsv.* T. I. p. 722. a. 1005. *Rex Natalem Domini Thornburh feriavit, et in partibus Saxoniae usque ad tempus Quadrageſimae habitavit*, XL. [i. e. quadrageſimam] THIELAE. Vocatur hic locus ab ALPERT. *Div. Temp.* in ECCARD. *Corp. H. M. aevi* T. I. p. 98. *portus Tyle* et *mercatores Tielenſes*, et *Emporium Tiela*. Cf. p. 118. et hic p. 10. not. (10). In eoque Baldericus Epiſc. Leod. a. 1018. post pugnam infelicem cum Theoderico Com. Holl. obiit, narrante ANNAL. SAXON. p. 450. Cf. CHRON. GOTTWIC. *Prodr.* p. 557. in Voc. BETVA. Quid mirum igitur, ſi *Theophana* hanc *Tielam* in dotem accepit. At *Herwerde* notis ſimus itidem prope Tielam eſt pagus, ſive villa, in qua idem *Baldericus*, pridie mortis diei morbo detentus fuit, narrante BALDERIC. *Chron. Camer.* L. III. p. 292. *Nivella* etiam, German. infer. in Brabantia ſita, celebris fuit Monaſterio *Ittae*, viduae Pippini Landenſis, de qua not. (6) ad *Chronic.* p. 3. Saepius etiam adſtitit vel interfuit mariti ſui, et filii, *Ottonum*, donationibus, quas fecerunt Abbatiis S. Petri et S. Bavonis Gandavenſis, quae ſuas posſesſiones largisſimas habuerunt, vel ſub ea acceperunt in Inſulis Zeelandicis, imprimis in *Walacria*, ſive *Walacra*. Vid. infra Chart. a. 976. d. 18. Ian. et 977. d. 28. Febr. Quid mirum igitur, ſi Imperatrix etiam dotis nomine WALACRAM, notisſimam h. t. Zeelandiae Inſulam, vel ſi mavis, integram Zeelandiam Occidentalem, posſidendam acceperit. Statuamus igitur, donec certiora eluceant, *Walacram* Inſulam, quae Seculo IX. *Comitatus* nomine ab Regibus Francis in Feu-

Digitized by Google

ſolum manere cum nollet. vt in multiplicem propaginem perpetuo duratura poſteritas. ordini angelico ob ſuperbiam imminuto reparando ſufficeret. adiutorium coniugale eidem homini coſta cor- A. 972. d. 14. Apr.

Feudum data fuit [Vid. *Excurſ.* VII. p. 172. ſq.] et paullo poſt a. 1007. ab *Henrico* Imper. qui Theophanae filio *Ottoni* III. ſucceſſit, *Balduino* Flandriae Comiti eſt conceſſa [ib. p. 184.] interea temporis in dotem ceſſiſſe huic Imperatrici; adeoque quae ad *Excurs.* VII. p. 184. not. *b* ex STRVVIO *Corp. Iur. Publ.* p. 571. dubitanter hac de dote dixi, omnino eſſe vera. Ignoravit haec tria loca *Herwerde*, *Tiela*, *Walacra*, D. Editor HARENBERG; nec inquirere voluit, antequam *certis*, inquit, *auctorum teſtimoniis adiuvaretur.* Iudicent autem nunc harum rerum curioſi.

Haec ſcripſeram, quum incidi in *Corollarium ad hoc inſtrumentum Theophaniae dotalicium*, apud eumdem HARENBERG, qui paullo ante locorum ſitus ignorans, nunc p. 92. de his ita:

„ §. III. WALACRA, cuius in inſtrumento Theophaniae dotalicio iniicitur mentio, eſt inſula Batauorum [dic, *Zeelandorum*], quae aeuo noſtro dicitur *Walchren*, *Walchria*. Clariſſime illud elucet ex AVCTORE GESTORVM NORMANNORVM *in* FRANCIA apud ANDREAM *du* CHESNE p. 1. ſcriptorum Hiſtoriae Normann. antiq. ad a. 837. Accipe, quaeſo, locum ipſum: *Northmanni in inſula, quae* WALACRA *dicitur, multos trucidaverunt, et aliquamdiu inibi commorantes, cenſu exacto, ad Dorastadum peruenerunt, et tributa ſimiliter exegerunt. Quibus Ludouicus Imperator auditis, ad Nouiomagum caſtrum properare non diſtulit.* HERMANN. CONTRACT. *in Chronico* p. 229. ad a. 837. *Nordmanni in* WALCRA *inſula* 19. *Kal. Iun. multos interimunt.* Walacria dicitur in MAGNO CHRONICO BELGICO p. 58, 59. "

„ §. IV. ABBATIA NIVELLE ſatis nota eſt in terris Brabantiae ad amnem Dyle ſupra Louanium, haud procul *Gemblaco*, *Gemblours*, — — "

„ §. VII. THIELA *oppidum* eſt inferioris Germaniae *primarium peninſulae cognominis*, *ſitum habet ad Vahalis dextram M. P.* XVIII. *infra Nouiomagum*, (ALTING. *not. inf. Germ.* P. II. p. 171.). Eſt vrbs, inquam, permunita in Geldria ordinum foederatorum, variis obſidionibus vexata. Imperialis vrbs liberaque fuit ad tempora vſque Frederici II. Imperatoris, qui diplomata ibidem ſua ſcriptione praemunivit. (a. 1219. HEINECC. in *Ant. Goslar.* p. 219.) Anno 1009. a Normannis, oram Friſiae populatis, ex-

A. 972. d. 14. Apr. corpori eius detracta. fabricatus eſt. duosque in carne vna deinceps eſſe mirabili prouidentia ordinavit. lege ſanctisſima patrem et matrem relinquendos. et adherendum vxori ſue' decernens. Ad hoc ipſe utriusque teſtamenti inſtaurator. mediator dei et hominum dominus IHC XPC in humana carne adueniens ipſe ex immaculato virginis vtero tanquam ſponſus egresſus de thalamo ad coniungendam ſibi ſponſam aeclefiam vt oſtenderet bonas et ſanctas eſſe nuptias legitima inſtitutione celebratas. ſeque auctorem eſſe earum. ad eas venire. et primo maieſtatis ſue' miracula eas le'tificare dum aquam vertit in vinum. voluit et ſanctificare Cdicio denique proprio a deo factas eſſe nuptias oſtendens. in euangelio dicit. quod deus coniunxit. homo non ſeparet. Apoſtolica item ſententia. honorabile conubium et thorus immaculatus. Pluribus quoque ſanctorum librorum firmatur teſtimoniis vt nuptialis foederis conexio deo auctore fieri debeat. et ad procreandam ſubolem mutua et indisſolubili dilectione perſiſtat.

expugnatum et incenſum est."

Quod autem Vir D. §. V. addit de HERIVVRDE tamquam quaerenda in *Heriferdia Weſtphaliae*, non asſentior. Nota est villa *Herwerde*, quae *Tielae* proxime adiacet, et cui etiam in Diplomate adiungitur. Multoque minus amplector quae de *Wigle* habet, tamquam haud dubie esſet *inſula Zeelandica*, *Beveland*; id quod coniicere ſe dicit „ex Walacra ei adpoſita et ex voce „*wegen*, *bewegen*, *wegeln*, haud ſecus ac *beven*, unde *Beveland*"; Ea enim aërem verberare mihi videntur. *Bevelandiae* origo aliunde repetenda. Vid. *Chronic*. p. 2.

Quod autem ad ipſum Chartae monumentum ſpectat, quod perperam a Cel. SIM. FRIDERICO HAHNIO in dubitationem esſe revocatum, pluribus ib. HARENBERGIVS p. 91. docuit, elegantisſimum antiquitatis monumentum esſe

ſiſtat. Vnde et ego OTTO ſuperno numine imperator aug. domino gratisſima ſua mihi ſuffragante clementia. conſultu magni et ſanctisſimi ac ſerenisſimi genitoris nostri OTTONIS piisſimi imperatoris Augusti. deique et ſancte' eccleſie' imperii quoque nostri fidelium THEOPHANV IOHANNIS Conſtantinopolitani imperatoris neptim clarisſimam in maxima romulea vrbe. ſancto ſummoque aeccleſiarum principe beato petro Apoſtolo votis nostris fauente. domnique IOHANNIS ſanctisſimi et vniverſalis Papae tertii decimi benedictione proſequente. in copulam legitimi matrimonii conſortiumque imperii deſpondere. ac fausto et felici auſpicio Xpō propitiante coniugem decreui asſumere. Nouerit igitur omnium ſanctae Dei eccleſiae nostrorumque fidelium praeſentium ac futurorum induſtria. qualiter eidem dilectisſime ſponſe nostre dote legitima. more maiorum nostrorum quedam tam *infra Italicos fines* quam et *in transalpinis regnis nostris.* habenda et iure perpetuo concedimus posſidenda. A. 972. d. 14. Apr.

esſe debet. Exaratum illud est, eodem docente p. 83. in membrana tres quadrantes ulnae lata, duasque et dimidiam ulnam longa, litteris aureis. Membrana ipſa est e duabus palimpſesti oblongis partibus firmiter connexa, fuſco colore inducta et figuris pulcre adornatis conſpicua. Figurae illae conſtant ex orbibus binis, in quibus leones conſpiciuntur, excepto quod infra gryphes duo duos occupaverint circulos. In ſummo membranae fastigio eminent ſex ſimulacra cubitalia, tria virorum et tria feminarum, quarum una conſiſtit in medio. Indicantur ſponſus et ſponſa cum testibus pronubis. Inter illa ſimulacra apparent bini pavones binique canes, auribus curtis. Annuli ſubſignatio non exſtat.

Digitized by Google

A. 972. d. 14. Apr. da. *Hiſtriam* italiae prouinciam. cum comitatu *piſcaria.* Trans-alpes. prouincias VVALACRA *yuigle.* cum abbatia *niuelle.* quatuordecim milibus eo pertinentibus manſis. Imperatorias quoque curtes noſtras propria maieſtate dignas. *bochbarda.* THIELA. HERIVVRDE. *dullede. nordhuſe.* eo quod auiae noſtrae domnae MACHTILDIS ſemper ſemperque Auguſtae. quoad ſibi diuinitus vixiſſe dabatur. fuiſſe dinoſcitur. Ea per hanc noſtri praecepti paginam. eidem ſanctiſſimae et dilectiſſimae THEOPHANV ſponſae noſtrae concedimus. donamus. penitusque largimur. et de noſtro iure et dominio. in eius dominium iusque transfundimus et delegamus. vna cum caſtellis. caſis. ſeruis et ancillis. terris. campis. vineis. pratis. ſilvis. montuoſa planitiemque tenentibus. aquis. aquarumque decurſibus. molendinis. piſcationibus. omnibusque rebus ad easdem curtes ſiue prouincias. vel abbatiam in integrum pertinentibus. quatinus iure proprietatis ea omnia habeat. teneat. firmiterque poſſideat. ſitque poteſtas donandi. vendendi. commutandi. vel quicquid ex inde iuste decreuerit faciendi omnium hominum contradictione remota.

Quod ſi quis hoc noſtrae dotis praeceptum infringere temptauerit. obnoxium ſe noſtre nouerit maieſtati. compoſiturus inſuper eidem ſponſe noſtre dilectiſſime *Theophanu.* noſtrisque heredibus auri optimi libras mille.

Quod vt verius credatur diligentiusque in tempora futura ſerue-

Digitized by Google

ſeruetur. manu propria roborari et anuli noſtri impreſſione ſubter iuſſimus inſigniri. A. 972. d. 14. Apr.

SIGNVM INVICTISSIMORVM DOMNI *ut ſupra p. 29.* MAGNI ET PACIFICI

ITEM SIGNVM DOMNI *ibidem, ut p. 29.* PERENITER AVGVSTORVM.

Vuilluſus * cancellarius ad vicem Ruotperti archicapellani recognoui. * VVilligiſus.

Data XVIII. Kal. Mai. Anno dominicae incarnationis DCCCCLXXII. Indictione XV. Imperii ſanctiſſimi genitoris noſtri Ottonis XI. noſtri vero V. actum rome ad ſanctos apoſtolos feliciter.

N. IX.

N. IX.

A. 976. d. 18. Ian.

OTTO II. Imperator confirmat Abbatiae S. Bavonis bona et poſſeſſiones antiquas in *Schaldia*, *Bevelandia*, *Walacra*, *Borſela*, et alibi, cui tamquam Imperii Cancellarius ſubſcripſit EGBERTVS Theoderici II. Com. Holl. filius (1).

A. 976. d. 18. Ian.

Ad Chronic. p. 2. *a. et* 33. *b. et Excurſus* VII. *p.* 174.

(Ex Originali, in Archivis Secretis Rever. Epiſcopi Gandavenſis.)

In nomine Domini Dei et ſaluatoris nostri Jheſu Christi. OTTO diuina ordinante prouidentia Imperator augustus, quum regiae et imperatoriae dignitatis officium eſſe conſtat, ut monasteria, vel loca Deo et ſanctis eius dicata, ob diuini cultus augmentum nouis ſemper auctoritatibus roborentur; idcirco notum eſſe uolumus omnium fidelium nostrorum tam praeſentium quam futurorum industriae, quod monachi, venerabilis meritoque laudabilis UUOMARI Abbatis monasterii, quod dicitur *Ganda*, quod est conſtructum in honore Sancti Petri, Principis Apostolorum, ubi etiam ſanctus BAUO confeſſor Christi corpore requieſcit, nostram adierunt ſerenitatem orantes, ut rebus uel proprietatibus eiusdem ſui monasterii *infra* * *regni nostri terminos* (2) conſtitutis, emunita-

* i. e. intra.

(1) Non habet hanc Chartam MIRAEVS neque FOPPENS. Citavit eius argumentum iam olim V. D. BOXHORN. ad REIGERSBERG *Chron. Zeel.* P. II. p. 13. ſed nomina tantum, eaque vitioſa.

(2) *Infra regni nostri terminos*] Vt in antecedente Diplomate, ubi *pagus Haginao*, i. e. hodierna *Hannonia*, ad Regnum Ottonianum refertur: ita omnia loca infra memorata, quae Zeelandiae ſunt, ſita fuiſſe intra *Regni Ottoniani terminos* ſatis clare apparet. Confirmavit hanc Chartam a. 1003. Imper. Henricus apud MIR. *Opp. Dipl.* T. I. p. 347. ubi tamen locorum nomina nonnihil variant.

Digitized by Google

nitatis uel defenſionis noſtrum brauium concederemus, hocque noſtrae auctoritatis praecepto roboraremus. Quas quidem res, quorumdam tyrannica inuaſione aliquamdiu injuſte prereptas, beatae memoriae dominus genitor noſter glorioſus Imperator, ſaepe fratribus praefati loci pro hoc eum adeuntibus, benigne reddiderat. Sed humani debiti ſorte praeventus; ad meliora, ut credimus transmigrans, nullum ſuper hoc imperialis auctoritatis ſcriptum ediderat, quapropter post illius ex hac luce diſceſſum, iam dicti venerabilis monachi, ut dictum eſt, noſtram adierunt celſitudinem, petentes, ut ſecundum domini genitoris noſtri laudabile votum, noſtrae quoque largitatis et immunitatis eis proſpicere dignaretur auctoritas. Nos quoque ob ſpem diuinae remunerationis, ac pro ſalute eiusdem domini carisſimi noſtri patris, atque ſtatu et incolumitate imperii noſtri, piam illorum nolumus fruſtrari petitionem, ſed easdem res omni cum integritate eis reſtituentes, noſtrae auctoritatis immunitate ac tuitione confirmamus, quarum haec ſunt nomina. hoc eſt in PAGO SCALDIS (3) posſeſſionem uocabulo CREBCA et PAPINGALANT (4). cum aecclesia; et ſu-

A. 976. d. 18. Ian.

(3) *Pago Scaldis*] *Per pagum Scaldim* intelligi inſulam, quae etiamnunc *Scaldis*, Vernacule *'t Land van Schouwen* vocatur, ſita ad vetus oſtium amnis *Scaldis*, nunc *orientale* dictum, nemo, credo, inficias ibit.

(4) *Crebca et Papingaland.*] Putat *Chronic. Gottwic.* Auctor p. 765. prioris vocis veſtigium *'t Kreekgors* et *'t Kreekrak* prope Bergam Zomenſem; poſterius vero latere in *Papenhoek* iuxta *Zandvliet* inter Antwerpiam et Bergam.

 Sed

A. 976 d. 18. Ian. ſuper fluuium GOLDA (5) terram, in qua posſunt ali DCCCC^te^. oues; et fronenes (6), cum plurimis adiacenciis; et in PAGO BEUELANDA (7) omnem terram a SUTHERA SUTHFLITA, usque CURTAGOSUM (8), et CAMPAN, et quicquid ex ditione Sci bavonis in UUALACRA contineri dinoscitur, et in BRUMSALE (9) ſimiliter, et in HOSTHOLT (10) ſuper fluuium LARAHA terram, ubi posſunt pasci uerueces CCCC^te^, et ſuper DIPANHA (11), ubi

Sed tunc procul dubio *Pagus Scaldis* ſe ulterius verſus Brabantiam extendit quam hodie. Quominus tamen intercedam, ſi *Papemuts* prope *Tholam* intelligas, alibi docebo. Pro *Crebca* Confirm. a. 1003. *Erica*.

(5) *Fluuium Golda*] *Golda* ſeu *Goude* fluvius ſatis notus in Zeelandia. M. STOKE *Chronic. Holl.* B. x. vſ. 460.

Die den ſwaren wederſloet
Wederſtonden in Sirixe;
Of metten Grave, wat wildijs me?
Op GOUDE *vochten alle de nacht.*

Et B. VIII. *vſ.* 733. *De ſoude men voere dan in Goude.* Vbi bl. 134. Doct. Edit. habet: „ *Goude*, of *de Goude* als vſ. „ 790. was een doorgaand Water tus„ ſchen *Schouden* en *Duiveland*, ſtrek„ kende van *Grevelingen* tot de *Ooster*„ *ſchelde*. Tusſchen de gemelde Eilan„ den hiet het *Goude*. By 't Land van „ *Dreiſchor* verdeelde het zich Noord„ waarts in twee armen, waarvan de „ Westelijkſte, loopende tusſchen *Drei*„ *ſchor* en *Schouden*, den naam droeg „ van *Noordgouwe*; de Oostelyke tus„ ſchen *Dreiſchor* en *Duiveland*, dien „ van Noorderdiep. Zie *Tegenw. ſtaat* „ *van Zeeland* II. p. 469. 470. " Recte. Cf. ibid. bl. 416. et 533.

(6) *Fronenes*] Vocem *Fronenezze* Ducangius explicat per *rete publicum* vel etiam *piscandi iudicio*. An aliud lateat, dubito.

(7) *Pago Bevelanda*] Alium hunc esſe Pagum quam *Zuidbevelandiae* tractum, nemo dixerit. Dirimitur autem a reliquis Inſulis in hunc usque diem elice quodam ſive fluvio, qui *Suthflita* vel *Suidvliet* vocatur. Pro *Suthera Suthflita* Charta Confirm. a. 1003. perperam *ſuper Odrosfliet*. *Campan* nomen adhuc ſuperest in Noordbevelandia, vulgo *Camperland*, e regione oppidi *Campvere*.

(8) *Curgatoſum*] Vulgo circumfertur *Cortagoſuna*, unde intelligunt *Cortgene* vicum hodie opidi iure gaudentem, in Noordbevelandia. Sed quum per *Pagum Bevelandam* hic intelligendum videatur *Zuidbeveland*; *Curta* autem et *Curtis* vox ſatis ſit nota pro *praedio* ſive

Digitized by Google

ubi cc[us] laternae. Igitur auctoritati ob firmitatis gratiam, hanc noſtram ſuperaddimus auctoritatem, per quam praecipimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus, uel quislibet ex iudiciaria poteſtate, in eccleſias aut loca uel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memorati monaſterii, ad cauſſas audiendas; vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii tam ingenuos quam et ſervos ſuper terram ipſius commanentes diſtrin- A. 976. d. 18. Ian.

gen-

ſive *manſione*; hinc ſeparatim ſi ſcribas *Curta Goſum*; malim *Goſum* interpretari per *Goes*, cuius opidi, tunc villae, nomen vetuſtiſſimum iam a. 776. occurrit in *Cod. Dipl. Laurisham.* T. I. p. 161. ubi *Goſaha* ſcribitur; memoranturque: *in lacu villa Maudaco inter Scald et Sunnonmeri* (hodie *Sonnemaar*, infra in Charta R. Ottonis a. 985. d. 25. Aug. *Sunnemere*), et *GVSAHA*; quae quidem vetuſta vocis pronunciatio et orthographia quum nihil ſit aliud atque *Guſa*; hinc recte Ill. Abbas GOTWICENS. in *Chronic.* Prodrom. p. 765. per noſtrum *Goes* explicat.

(9) *Brumſale*] Sic literarum ductus repraeſentat; non dubito tamen, quin ſcribi debeat *Bruinſale*; prout exſtat in Charta Confirm. a. 1003. Vt autem *Brun*, *Bron*, *Burn*, *born*, permutantur; ſic poſtea hinc factum *bornſale*, et citiore pronunciatu *borſale*. Alioqui dicendum in voce *Bramſale* literam N. ob ſequens S. mutatum eſſe in M. Hanc autem inſulam qui conſiderat ſitam fuiſſe intra *Regni Ottonis* Regis Germaniae terminos, is non amplius pro abſurdis habere poterit, quae de Dominorum Borſaliae ex Ducibus Sueviae hic ſua bona poſſidentibus proſapia Vetera produnt Monumenta. Sed haec nunc non ago.


(10) *Hostholt*] Sive *Oosthout*, ut hodie ſcriberes. Tam generale hoc est nomen ab *Sylva* et *oriente* deductum, ut niſi adiectum invenires *ſuper fluvium Lara* ſive *Laraha*, facile aberres. Vbi vero *Lare* fluv. fuerit, quaerant alii. Habemus in Inſula *Duveland* adhuc Dynaſtiam *Oosterland*, et *Oosterſtein*.

(11) *Dipanha*] *Dipanha*, *Dipana*, et *Dipané* eiusdem eſſe originis, nemo opinor, intercedet. Nihil igitur prohibet, quominus intelligatur *Durené*, niſi malis vocis veſtigia quaerere in DIEPENdorst, pago olim *in Inſula Goeree*. Quantum autem ad haec locorum nomina, ipſe deſcripſi, reliqua temporis cauſſa perita manu deſcribenda curavi. At pro *Dipanha* Confirmatio a. 1003. male *Eepena*.

Digitized by Google

A. 979. d. 18. Ian. gendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris et futuris temporibus ingredi audeat; ſed liceat memorato Abbati, ſuisque ſucceſsoribus, res praedicti monaſterii, ſub immunitatis noſtrae defenſione, quieto ordine poſſidere, quatenus ipſos ſeruos dei, qui ibidem deo famulantur, pro nobis cum coniuge noſtra atque ſtabilitate totius imperii noſtri a deo nobis conceſſi, atque conſervandi, iugiter domini miſericordiam exorare delectet. Hanc itaque auctoritatem pleniorem in Dei nomine obtineat firmitate, et a fidelibus, ſcilicet Dei Eccleſiae, et noſtris, verius certiusque credatur et diligentius conſervetur, cum manu propria ſubter firmauimus, et annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus.

Signum domini invictiſſimi



Imperatoris Auguſti.

EGBERTUS (12) Cancellarius ad vicem VILLIGISI archicapel-

(12) *Egbertus*] Fuit hic *Egbertus* filius Theoderici II. Comitis Hollandiae et Gandavenſis, frater Arnulfi Comitis, cuius interventu etiam a. 985. d. 25. Aug.

pellani notaui. data xv. Kal. Febr. anno dominicae incarnatio- A. 976. d. 18. Ian.
nis DCCCCLXXVI, indictione IIII. anno vero regni domini Ottonis XV. imperii VIIII. actum Bruohſela.

Aug. pater Theodericus tot egregias poſſeſſiones, his in terris adeptus eſt: qua de re vid. not. ad *Chronic.* p. 35. (7) Vnde nõn mirum hunc a. 976. *Bruxellis* Imperatori adſtitiſſe, quum et a. 979. fratris *Arnulfi* nuptias cum *Lutgarde* coram eodem Ottone Rege conciliaſſe videatur, ibid. p. 33. (6), ubi plura de eius *Cancellarii* munere. Cf. *not.* ad Chartam anteced. a. 972.

N. X.

OTTO Imper. veteres Monaſterii S. Bavonis Gandav. poſſeſſiones, in pago *Bracbatenſi* confirmat, et alias pridem ablatas in Hasbanienſi, Rienſi, et Teſſandriae pagis reſtituit. Cui tamquam Imperii Cancellarius ſubſcripſit EGBERTVS *Theoderici* II. Com. Hollandiae filius (1). A. 976. d. 19. Ian.

A. 976. d. 19. Ian.

Ad Chronic. p. 33. b.

(Ex Originali, in Archivis Secretis Rev. Epiſcopi Gandavenſis.)

In nomine. Scte et indiuidue trinitatis OTTO diuina fauente clementia imperator augustus: Si ea quae fideles nostri pro ſtatu et utilitate aecclesiarum (sic) in locis ſibi commiſsis ſtatuerint: hoc nobis procul dubio ad eternam beatitudinem et totius regni

(1) Habet hanc quidem Chartam MIRAEVS *Opp. Dipl.* T. I. p. 344. ſed in Propriis admodum vitioſe. Multa etiam deſiderantur, ac pro *Egberto* perperam etiam *Robertus.*

A. 976. d. 19. Ian. gni a deo nobis commiſſi tutelam mansurum esſe credimus et retributorem deum exinde in futuro habere confidimus Igitur notum ſit omnibus tam praeſentibus quam et futuris ſanctae matris aeccleſiae filiis quod monachi uenerabilis abbatis UUOMARI rectoris monaſterii ſancti confesſoris Christi BAUONIS. quod est conſtructum in honore beati petri apostolorum principis ſuper fluuium *Scald* in loco nuncupato *ganda*. Nostram adeuntes excellentiam humiliter petierunt ut idem monasterium pro cauendo futuro periculo et monasticae religionis uigore inibi perpetualiter corroborando nostrae auctoritatis praecepto muniremus Quorum petitioni libenter annuentes praemio ſempiternae retributionis ac pro ſalute animae beatae memoriae nostri genitoris ſed et gratia fraternae ſocietatis in eodem monaſterio nobis conceſſae et fideliter ut credimus conſeruandae asſenſum praebuimus Quapropter ſtatuimus ut idem monasterium cum dei auxilio a venerabili marchyſo ARNULFO moderno tempore in melius reſtitutum iuxta eiusdem loci ſcripta et regalia praecepta et apoſtolici priuilegii decreta in ordine monastico ſub regulari disciplina res ſuas quiete posſideat ſiue eas uidelicet quas antiquitus pia fidelium largitione posſedit hoc est in *pago bragbatinſe* uillam *uuarminiam* cum eccleſiis duabus et omnibus adiacentiis et uillam *ſlitherſele* cum eccleſia et omnibus appendiciis et *Papingehem* et *bauingehem* cum eccleſia et *giſingaſela* cum eccleſia et omnibus adiacentiis earum. Siue illas

las quas nos domni noſtri genitoris glorioſi Imperatoris diffini- A. 976. d. 19. Ian.
tam perficientes deuotionem eidem loco reſtituimus · hoc est · in *pago hasbanienſe* uillam *uuintreshouo* · et *uuinethe* cum eccleſiis ſingulis · et reliquis appendiciis · et in *pago bragbatinſe ſethleca* cum eccleſia et propriis appenditiis · et in *pago Rien buocholt* cum eccleſia et adiacentiis . et in *pago theſandrie Northreuinc.* et *Idingehem* cum eccleſiis et omnibus adiacentiis· Que etiam duae ſcilicet posſesſiones rogatu predicti uenerabilis abbatis ſuorumque monachorum · cuidam fideli nostro uiro nobili *folgbertus* et uxor eius *reginſuint* non refragante quoque nostrae preceptionis et auctoritatis licentia · in preſentia nihilominus nostra delegatae ſunt et traditae· dantibus eis pro hoc mutua uicisſitudine ſui iuris et hereditatis uillam *holthem* in *pago bragbatinſe* ſitam cum eccleſia et appendiciis · et in *pago flandrinſe* posſesſionem vocabulo *felthem.* Haec ergo cum omnium rerum ad ſe pertinentium ſumma integritate . confirmamus perenniter uſibus fratrum praefati coenobii · et ſub perpetua emunitatis nostrae tuitione esſe uolumus· Ita ut nullus *comes* . aut iudex · aut uicarius . aut publicus fisci exactor · aut aduocatus predictas res ingredi audeat ad fredas exigendas et paratas faciendas · uel aliud quid potestatis et diſtrictionis exercendi · ac nemine inquietante · ſubtrahente et imminuente. Non abbate nec ulla iudiciaria potestate decernimus iure perpetuo eiusdem loci fratribus conſtituenda et pro eorum uoluntate · necesſitate · atque utilitate ordinanda · quarum ſumptibus

A. 976. d. 19. Ian. bus ſustentati · uberius pro nobis coniugeque nostra ac imperii nostri a deo nobis commisſi et conſeruandi in ſtatu et pace omnipotenti dei miſericordiam iugis precibus eosdem exorare delectet, *Vt autem* hec nostrae confirmationis maiorem in dei nomine per ſuccedentia tempora obtineret uigorem *cum manu propria ſubter firmauimus* anulique nostri impresſione asſignari iusſimus·

Olim lecta, nunc evanida.

SIGNUM DOMNI OTTONIS INUICTISSIMI IMPERATORIS AUGUSTI.

[Vt ſupra p. 44.]

Mir. *Robertus.*

EGBERTUS CANCELLARIUS AD UICEM UUILLIGISI ARCHICAPPELLANI NOTAUI

data · XIIII · Kl. FEB. anno dominicae incarnationis DCCCCLXXVI· indictione · IIII · anno uero regni domni ottonis XV· imperii VIIII· actum bruohſale.

N. XI.

Digitized by Google

N. XI.

OTTO II. Imper. confirmat Abbatiae S. Petri Gandavenſi bona decesſorum, intercedente coniuge THEOFANV et ſubſcribente EGBERTO, filio Theoderici II. Com. Holland. A. 977. d. 28. Febr.

A. 977. d. 28. Febr.

Ad Chronic. p. 33. b. 34. b.

(Ex Originali in Abbatia S. Petri Gandav.)

IN NOMINE SANCTAE ET INDIUIDUAE TRINITATIS OTTO SUPERNA FAUENTE CLEMENTIA IMPERATOR AUGUSTUS · CUMMAGNO MUNERE MISERICORDIAE CHRISTI AECCLESIAE MULTIPLICENTUR GAUDIA · DIGNUM CONSTAT ut ſollicitudine regiae clementiae ſpiritu dei incitate nequid in rebus ipſius aeccleſiae inpacatum maneat' noua ſemper auctoritate roboretur. Inde nouerit omnium fidelium noſtrorum induſtria quia uir uenerabilis UUOMARUS abbas ex monaſterio *blandinio* quod est conſtructum a ſancto patre cum omni ueneratione uenerando AMANDO in honore ſanctorum apoſtolorum petri et pauli et ſitum in *pago curtracinſe* uel *liſtri gaugenſe* ſuper *ſcaldum*. Obtulit obtutibus noſtris immunitatem domni genitoriſque noſtri ottonis bonae memoriae piisſimi augusti · In qua inuenimus inſertum qualiter idem genitor noſter res et posſesſiones prefati monaſterii *infra*

A. 977. d. 28. Febr. *regni ſui terminos* conſtitutas propter diuinum amorem et reuerentiam diuini cultus haberi uoluerit ſub plenisſima defenſione et immunitatis ſuae tuitione. Ob firmitatem tamen rei et quia pia fidelium largitione per modum quaedam eidem loco aucta uidentur · poſtulauit nos predictus abbas uuomarus ut eandem auctoritatem ob amorem dei et reuerentiam ſanctorum apoſtolorum petri et pauli quorum nomine et honore memoratum conſtat dedicatum coenobium ſanctorumque confesſorum noſtra quoque confirmarem auctoritate · Nos uero interuentu dilectae coniugis noſtrae THEVFANV ob ſpem diuinae remunerationis · pro ſtatu et incolomitate [ſic] regni uel imperii noſtri piae illius petitioni conſenſum prebuimus · et res uel posſeſiones preſcripti blandinienſis coenobii infra regni noſtri terminos conſtitutas · in *pago* ſcilicet *haginao* uillam *dulciacum* cum omni integritate et in *pago bragbatinſe* uillam *crumbrigga* aeque cum omni integritate accleſiam quoque *cimbreſac* in eodem pago · et in loco *elſuthalodem* quem *mathelgod* quidam francus contradidit · itemque in loco *herſele aluialodem* (1) quem *Stefanus* tradidit · ſub perpetuae munitatis noſtrae tuitione etiam uolumus et conſtituimus · ita ut nullus noſter comes aut iudex aut uicarius aut publicus fiſci exactor · uel aduocatus uel alius aliquis prenominatas uillas et posſesſiones ingredi audeat ad fredas exigendas uel paratas faciendas

(1) Si voces diſtinguas, habebis *El-ſuth Alodem*, et *Alvi Alodem*. Quid *Alode* ſit, notum eſt.

das uel hominibus preſcripti coenobii inibi habitantibus diſtrictionem ingerendi uel aliud quicquid potestatis exercendi licenciam aut potestatem habeat niſi abbas et aduocatus quem ſibi ipſe utilem et neceſſarium elegerit. Et ut hoc auctoritatis nostrae preceptum firmum et ſtabile permaneat hanc cartam conſcribi iusſimus quam et propria manu ſubtus firmauimus anulique nostri impresſione ſignari iusſimus. A. 977. d. 28. Febr.

SIGNUM DOMNI OTTONIS INUICTISI- *ſic*

MI [Vt ſupra p. 44.] IMPERATORIS AUGUSTI.

EGBERTUS CANCELLARIUS AD UICEM UUILLIGISI ARCHI CAPPELLANI NOTAUI.

Data · II · Kl. MAR anno dominicae incarnationis dcccc LXXVII. indictione · IIII · anno vero regni domni ottonis XVI · imperii VIIII · actum

* * *

Hic ſubſiſtitur, et nihil amplius invenitur in autographo; quod ſane admodum rarum.

 N. XII.

Digitized by Google

N. XII.

A. 981. EGBERTVS Archiepiſc. Trevir. Eccleſiam Collegiatam D. Paulini multis auget opibus, teste ipſius et ARNVLFI Com. Holl. patre THEODERICO II. Com. Holland.

A. 981.

Ad Chronic. p. 34. *a.* (1)

(Apud HONTHEIM *Histor. Trevir. Diplomat.* T. I. p. 321-323.)

* * *

(1) Dabo hanc Chartam ad calcem *Diſſert. Genealog. Comit.* N°. II.

N. XIII.

A. 981. d. 5. Mart. ARNVLFVS [postea Comes Hollandenſis ac Gandavenſis] aliquot bona pro anima nepotis ſui BALDVINI largitur Abbatiae S. Petri Gandavenſi. (1).

A. 981. d. 5. Mart.

Ad Excurs. VII. *p.* 178, *ſq.*

(Ex Originali, In Abbatia S. Petri Gandavenſi.)

IN NOMINE SANCTAE ET INDIUIDUAE TRINITATIS PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI UNIUS DEI AC DOMINI NOSTRI JHESU CHRISTI SIT HUIUS DESCRIPTIONIS INUIOLABILIS MATERIES ⁘ Deus uniuerſitatis conditor et reformator · ab initio ſeculi : tanta karitate :

(1) Memorabilem hanc Chartam, quam MIRAEVS *Opp. Dipl.* T. II. p. 942. ex Du Chesnio quidem edidit, ſed male in Arnulphum II. Marchionem et Comitem Flandriae reiecit, omiſſis etiam Testium nominibus, non dubitavi cum Doctiſſ. et harum rerum callentiſſimo DV CHESNE *Hist. de la Maiſon de Gand* p. 112. ſqq. etc. referre ad datorem *Arnulſum Comitem Gandavenſem*, cuius e posteris propagata est familia Comitum Hollandiae. Duxerat is anno praeced. 980. uxorem *Lutgardim*, de qua vid. *Chronic.* p. 35. Facit ad explicationem *Excurs.* VII. p. 178. ſq. id quod postea pluribus exſequar in *Diſſertat. Genealog. Com. Holl.* N°. II.

Digitized by Google

te ita conſuluit humanae naturae ' ut quam ad imaginem ſuam fecerat . celeſtis beatitudinis premia conſequi faceret· Siquidem mortalis homo · post ſuae conditionis figmentum . inlicita appetendo ſe captiuauit diabolo ' Vnde pro preſumtionis dementia · ſeruiebat creaturae potius quam creatori· Vnde ne in id ipſum tota rueret posteritas ' conſuluit huic errori Deus pater in filii ſui natiuitate per uterum uirginis · et naturae ſuae humanitatem nostram conſocians · filios irae fecit eſſe filios miſericordiae· Qui inter homines ut homo conuerſans · plurima ſalutis remedia prouidit et inſtituit · omnibus tam praeſentibus quam futuris ſanctae matris aeccleſiae filiis. Quatenus pro perituris temporalium rerum facultatibus · Aeternas caelestis regni diuitias conquirerent · Sic cunctis euangelica uoce intonans· Theſaurizate uobis theſauros in caelo ' et caetera· Haec nos conſiderantes ego ARNULFUS filius THEODRICI *comitis*. et ARNULFUS filius HILDUUINI . pro anima nepotis nostri BALDUINI filii EUERARDI · Quaſdam ſui iuris poſſeſſiones in *taruennenſi* pago · uidelicet *Rumingehem* et *Kerinberg* · Et in Flandris *Ukesba* ad monaſter · blandinium In gandauo ſitum · in primordiis a ſancto Amando pontifice conſtructum et in honore apoſtolorum Petri et Pauli conſecratum · proceſſu uero temporis a glorioſo marchyſo ARNULFO · excellentiori a fundamentis edificio reedificatum · concedimus et donamus deo et ſancto Petro et ſanctis eoloci quieſcentibus ' ut fratres inibi deo ſeruien-

A. 981. d. 5. Mart.

Mir. *Euerardi.*

Mir. *Kermberg.*

Mir. *Ukesham.*

Mir. abest *blandinium.*

Mir. *tradimus pro conc.*

 tes

A. 981. d. 5. Mart. tes iugiter habeant et poſſideant cum omnibus ad predictas poſ-
ſeſſiones pertinentibus · in terra · incircumiacentibus culturis · ſil-
Mir. *cum* pro *et* uis · paſcuis · pratis · et omni integritate ſui · cum mancipiis his.
Quorum nomina ſunt haec ' *Anſfridus · Manno Gerlef Reingard ·*
M. *Gerordus* *Geroldus · Thieda ·* item *Anſfridus · Rodbertus ·* item *Rodbertus ·*
Mir. abeſt *it. Rodb.* *Raduuardus · Duuinus · Duda ·* et alia xii ' Singuli ad · iiij · de-
narios in cenſu · Kl̄. octob̄ · xij · in uadimonium · v · ſol̄. poſt
Mir. *matrimonio* obitum · Hanc traditionem pro noſtro nepote contigit nobis
facere ' Quia pater et mater eius iam ante eum uias uniuerſae
carnis ingreſſi . hunc unicum orphanum Reliquerunt · Cuius tra-
Mir. *Elledo* ditionis fideiuſſores ſunt · *Dodolinus · Rotbertus · Tilbodo · Adhelel-
mus* ' omni generationum ſucceſſione ingenui et liberaliſſimi ·
Haec omnia a praeſenti in futurum ſemper poſſidenda in ius et
Mir. *etiam* pro *et* poteſtatem ipſius loci Tradimus atque tranſcribimus · et ipſis dei
famulis regularis uitae ſtudiis ſub monachili habitu in eodem
Coenobio chriſto famulantibus donata atque firmata eſſe uolu-
mus ' Quatinus haec abſque ullius refragatoris inquietudine
amodo et in ſempiternum poſſideant propriis neceſſitatibus et
Mir. *et* abeſt ſtipendiis. Quo liberiores ualeant eſſe et in exequendis mandatis
ſecundum regulam ſancti Benedicti ſibi traditis ' et tam pro nobis
quam pro noſtris deuotius · domini miſericordiam implorent · Si-
quis uero de omnibus ſucceſſoribus noſtris heredibus aut pro here-
Mir. abeſt *hunc* dibus peruerſus contradictor · ſeu quelibet extranea perſona · huic
Mir. *temerario.* traditioni Iniquis Refragationibus contraire uoluerit · atque hanc
auſu

Digitized by Google

auſu temerare neſario praeſumpſerit ' ſanctae trinitatis · et dei genitricis ſemperque uirginis Mariae · ſanctorumque Apoſtolorum Petri et Pauli · et ſanctorum ibi quieſcentium · *Uuandregiſili* · *Ansberti* · et *Uulframni* · et ſanctae Amalbergae uirginis · iram et offenſionem in hoc ſeclo incurrat omniumque ſanctorum maledictionibus ſubiaceat · et in futuro habeat partem · cum iuda et ſociis eius · et quod repetit non euindicet · Sed praeſens noſtrae donationis teſtamentum · noſtra et fidelium noſtrorum aſtipulatione roboratum · Stabile et inconuulſum permaneat · Actum publice in *blandinio* gandaui Territorij · III · nonas martii · Anno dominicae incarnationis · DCCCC^{mo} · LXXX^{mo} · J^{mo} · indictione · VIIII · Anno incliti regis LOTHARIJ XXVIIJ^{no} · et regiminis domni abbatis UUIDONIS · J^{mo} · A. 981. d: 5. Mart.

Signum ARNULFI et ARNULFI qui hanc traditionem fecerunt et firmari petierunt ·

Signum ARNULFI iunioris incliti Marchyſi ·

Signum THEODERICI (2) *comitis* ·

Signum Uuidonis abbatis ·

Signum Adaluuini prepoſiti ·

Signum Balduini ·

Signum Ingelberti aduocati ·

Signum Asſerici ·

Signum

(2) In Orig. vitioſe *Theoderi*. Et hactenus tantummodo MIRAEVS.

Digitized by Google

A. 981. d. 5. Mart.

Signum Uuillelmi ·
Signum Geldulfi ·
Signum Berfridi ·
Signum Heregodi ·
Signum Bertulfi ·
Signum Besnardi ·
Signum Uualtmari ·
Signum Uualradi ·
Signum Uuidherici ·
Signum Popolini ·
Signum Ricolfi ·
Signum Richarij ·
Signum Meingeri ·
Signum Raineri ·
Signum Frumoldi ·
Signum Sigardi ·
Signum Euerardi.
Signum Eilbodonis ·
Signum Uuirini ·
Signum Deſiderij ·
Signum Godeberti ·
Ego quoque · Lanterus interfui et ſubſcripſi·

* * *

Sine Sigillo, ſed eleganti ſcriptura Diploma est exaratum.

N. XIV.

Digitized by Google

N. XIV.

OTTO III. Rex Germaniae, THEODERICO Comiti Gandavenſi ſimul et Hollandenſi, interventu EGBERTI filii *Theoderici* t. t. Archiepiſc. Trevirenſis, eximia largitur bona iure Alodii, quae antea Feudali iure tenuerat (1). A. 985. d. 25. Aug.

A. 985. d. 25. Aug.

Ad Chronic. p. 34, 35. *et ad Excurs. p.* 175, 177.

(Ex Cod. MS. Chronici Egmundani, ubi est ordine IV. Exſtat et in FVRMER. *Ann. Fris.* L. VIII. p. 109. I. DOVZ. *Ann. Holl.* p. 414. MIRAEI *Opp. Dipl.* I. p. 52. et alibi.)

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. OTTO divina favente clementia Rex. Cunctis fidelibus noſtris, praeſentibus ſcilicet atque futuris, manifeſtum eſſe volumus, quomodo nos ob [a] votum et amorem dilectae genitricis noſtrae THEOPHANAE (2) [b] videlicet Imperatricis Auguſtae, nec non et interven-

[a] *Ad* Sw. [b] *Theophanis* Sw.

(1) Dubium hoc de Diplomate moverat V. D. MATTH. *Anal. Med. Aevi* T. III. p. 50. ſed ſine urgenti cauſſa. Aliud enim eſt non intelligere Chartam; aliud ſpuriam habere. Exſtant Ottonis huius quamplurimae iisdem Subſcriptoribus et temporum Notis inſignitae, (Vid. *not.* 15.) nec ulla adeſt fraudis ſuſpicio, nec quidquam ineſt ab Ottone, ab Theoderico, et ab Hiſtoria temporis alienum. Theodericum autem etiam Gandavenſem fuiſſe Comitem, omni dubio eximam, in *Diſſ. Crit. Geneal.* No. II.

(2) *Theophanae*] Hactenus creditum eſt, *Theophanam* et *Lutgardim*, quae huius *Theoderici* filio *Arnulfo* a. 980. nupſit, ſorores fuiſſe. Sed errant. Magna quidem fuit *Theophanae* et *Hildegardis* Theoderici coniugis et Lutgardis familiaritas; vid. p. 33. nulla tamen quae probari poteſt affinitas. Habuit tamen *Lutgardis* ſororem, Imperatori nuptam, ſed Imperatori *Henrico*, qui *Ottoni* III. ſuc-

A. 985. d. 25. Aug. ventu Fidelium noſtrorum EKBERTI (3) *Trevirenſis Eccleſiae venerabilis Archiepiſcopi*, ac Nepotis noſtri HENRICI (4) Baiororum c Ducis, *Fideli* noſtro THEODERICO COMITI quidquid d noſtro conceſſu hactenus *in beneficium* (5) tenuit inter duo *flumina*, quae vocantur *Liora* (6) et *Hisla*, in proprium dedimus cum omnibus utenſilibus, quae in eodem *beneficio* regio

c *Bavaror. D. fidelis noſtri* Sw. *Bavarior.* Ms. *Herma et Hisla* MS. Burg. Mox *quae* abest Sw.

d *Quaeque* Sw. *Hema et Zbla* monſtroſe Sw.

ſucceſſit, cui *Cunigundis* nomen. Qua de re fuſius in *Diſſert. Critico-Geneal.* Nunc vide ad Chronic. p. 33. not. (5). Obiit *Theophana* Neomagi a. 991. Vid. ANN. SAXON. h. a. Alibi *Theophanu* ſcribitur. Vid. p. 37, 38, 50, et quae plura de illa habet STRVV. *Corp. Hiſt. Germ.* in OTTON. II. §. v. not. (45).

(3) *Ekberti*] Non mirum, quod *Ekbertus* interceſſit, qui filius erat *Theoderici Comitis*, cuius res hic agitur. Quanto vero iam ante is polleret favore, vidimus ſupra ad a. 976. p. 44, 48, 51. ſub Ottone II. ubi *Imperii Cancellarius*, uti et *Archicancellarius* a. 980. in *Chron. not.* (6). p. 33. ad a. 980.

(4) *Henrici*] Eſt hic *Henricus*, qui poſtea Imperator, et cuius uxor *Cunigundis*. At huius *Theoderici* Com. filius *Arnulfus* iam a. 980. uxorem duxerat *Lutgardim*, de qua not. (2) Cf. Chronic. p. 33–35. not. (5, 7, 9).

(5) *In beneficium*] Id eſt, *in feudum*, locutione hoc aevo ſollemni, cui formulae, *in beneficium*, oppoſita eſt *in proprium*. Multas dedit Chartas V. Ill. LVDEWIG *de iure Clientel.* S. I. C. 2. p. 44. (*a*), ut probet *beneficia* adverſa fuiſſe *proprietati*; adeoque quam clariſſime diſtingui a pleno rerum dominio: cumque in finem affert *momentoſum quoque* (inquit) *Diploma Arnulfi* Regis ad a. 889. quod ex SCHATEN. exhibet *Ann. Paderb.* L. III. p. 216. Adiice etiam hanc Chartam. Docemur autem ex hac, *Theodericum* a Regibus German. hactenus iure feudi habuiſſe 1. quae inter fluvios *Lieram* et *Iſalam* interiacent. 2. etiam in *villa Sunnemare*. 3. inter *Medemelakam* et *Humeloſura*. 4. in Comitatibus *Moſa*, *Kinheim*, *Texla*, quae bona nunc poſſidenda accipit in proprium, ac tamquam ſuum ipſius Dominium. Sunt autem haec et ſimilia, quae nobis ſollemne eſt, vernacule vocare *'s Graven Domeinen.*

(6) *Liora*] *Lioram*, *Leoram*, non aliud eſſe flumen quam *Lieram*, ſatis pa-

gio conceſſu per fructuarium uſum (7) ante hac poſſedit, et totum [e], quod noſtra regia conceſſione in Villa *Sunnemere* (8) dicta beneficiario uſu uſque modo habuit [f] cum omni utilitate illuc aſpiciente, ſibi etiam [g] in proprium deinceps tenendum donavimus. Adhuc quoque quidquid *beneficii* noſtra de parte inter duo flumina *Medemelacha* et *Chimeloſara* [h] (9), *Gemarchi* (10) dicta, A. 985. d. 25. Aug.

e *Cum hoc poſſedit et tenuit* Sw. qui hic definit, uti et MS. Burg. cui in fine adiicitur: *orate pro fratre Hugone.* f Abeſt DOVZ. Ann. p. 415. g *Sed etiam* DOVZ. *Et etiam* Furm. L. VIII. p 109. h *Chimeloſara* et *Gemerchi* DOVZ. MATTH. alii aliter. *Chinneloes* STOKE I. vſ. 737. *Chinneloſara* C. M

patebit inſpicienti *Excurſ.* II. *de Etymo vocis Theoderici* etc. Supereſt autem nomen, et ex amniculo adhuc vicus *de Lier* dicitur. *Iſala* fluv. notus eſt.

(7) *Fructuarium uſum*] Pro vulgari maxime VV. DD. ſententia, *feudum* ſeu *beneficium* definientium per vocem *uſusfructus*, argumenta adfert V. Ill. LVDEWIG *Iur. client.* Sect. II. c. 2. p. 119. (*b*) in quibus 20. loco hanc ipſam Chartam probandi loco exhibet. Verum non videtur probare Charta, quod innuunt. Satis enim diſerte *uſus fructuarius* hic diſtingui videtur ab ipſo *feudo*. Nominantur enim feudi *utenſilia*, *quae in eodem beneficio per fructuarium uſum poſſedit.* Non animadvertit hoc V. D. *Ludewig*, qui ſatis alioqui accurate docuit in ſqq. *Feudum* non in genere definiri poſſe per *uſumfructum*. Cf. eumdem p. 125. ubi monet, feuda data beneficiataque quondam uſumfructum fuiſſe, non utile dominium; ſed feuda *oblata* et *emta* poſtea cauſſas exſtitiſſe converſionis uſusfructus in utile dominium; quae autem ſit differentia *uſusfructus* et *utilis dominii*, *ibid.* p. 125. not. (*g*) et not. (*k*) p. 129. ubi cenſura in *Grotium* noſtrum.

(8) *Sunnemere*] Eſt locus etiamnunc cognitus, hodie Inſulae Schaldiae (*Schouwen*) connexa; olim ſeparata eiusdem nominis Inſula. Vnde recte in *Cod. Laurisham.* ſupra not. (6) ad Chart. a. 976. d. 18. Ian. inter Inſulam *Scaldim* et *Sunnonmeri* interponitur *Lacus*, in quo ſive ad quem *villa Maudaco*; cuius nomen forte latet in antiquiſſimo vico *Maie*, hodie deperdito.

(9) *Medemelacha et Chimeloſara*] Superſunt nomina in *Medenblik* et *Hemelum*. Vid. ALTING in Vocc. Vtrum vero autographum habuerit *Chumelo-* an *Chimelo-*, an vero *Chinnelo-* incertum eſt. Quod addit de *Chimeloſara*, quaſi *Hemelumer*VAART, non adſentior.

(10) *Gemarchi*] *Ge*, *go*, *ga*, ſunt nomina Friſica, quae agrum, terram vel

A. 985. d. 25. Aug. dicta, tenuit cum omnibus appendiciis ad idem *beneficium* pertinentibus, ſimiliter in proprietatem habendum dedimus. Adhaec etiam totum, quod de noſtro iure in *Pago Texla* nuncupato *in beneficium* tenuit cum omni utilitate ad hoc appendente (excepto quod vulgari lingua dicitur (11) *Huslada*) ad integrum (12) ſibi in proprium (13) tradidimus in *Comitatibus* ita nun-

vel regionem notant; ut in *Westergo*, *Nortge*, et ſimilibus conſpicitur. *Marchi*, *Marcha*, *Marchia*, notat hoc aevo limitem, ita ut per *Gemarchi* indicari videatur *regionis Ciſflevanae* limes ſeu *marchia*. Douz. et Matth. habent *Gemerchi*. Inter plures vero terrae noſtrae Pagos in Charta FOLKERI, nobilis viri, a. 855. ex *antiquo Chartulario Werthinenſi* in MIRAEI *Opp. Dipl.* T. II. p. 561. et MARTEN. *Coll. Ampliſſ.* T. I. p. 140. occurrit *Pagus Humerki*. Eius pagi quoque mentio in MABILL. *Ann. Bened.* LXXIV. §. 36. de *Willehado*, Epiſcopo Brem., qui ex Anglia in Friſiam appulit ad Dokkum, inde tranſiens ad *Humarchen*, ubi a Friſiis impugnatus, evaſit, et ad *Trentanos* tetendit, a. 772. ANSCHAR. *Vit. S. Willehadi*. Si quid tamen video, genuina lectio haec erit: *Chimelos*aRAGE MARchi *dicto*. Sic in Charta a. 1083. infra, *Radenburch* et ſtatim *Radenburg*ARR*broke* pro *Radenburgerbroek*, ita ut *ara* ſit terminatio, quaſi dicas *Chimeloſergo*, ſeu *terram Chimeloos*. Quidquid autem hoc eſt, videtur tractus terrae innui inter *Medenblik* et *Hemelum*, aquis nunc fere obrutus. At ſi ſeparatum nomen *pagi* intelligas, ſenſus foret, dari *in proprium quidquid beneficii inter duo illa flumina in Pago Gemarki dicto tenuerat*.

(11) *Huslada*] *Huslada*, vel rectius *Huslota*, eſt Vectigal *pro focis* ſolvendum. Vt notum. Vid. DV CANGE. Maioris eſt momenti, noſſe, cur Imperator excipiat illud *Huslote?* Nec mirum hoc! Non amplius in hoc Imperatori ius erat. Habebat id Epiſcopus Traiectinus. Is enim regio dono habebat *in Texla tertiam agri partem* HED. p. 65. l. 5. infr. et praeter multa etiam *decimas de tributo quod* HVSLOTO vocatur. Donaveratque Otto Imp. a. 948. et ſq. anno confirmarat, apud HED. p. 85. cf. 78. pr. *omnia a praedeceſſoribus ſuis Regibus — collata, vidl. decimam partem omnium regalium praediorum, et monetarum et teloneorum, quae inter Epiſcopatus terminos exiguntur; inſuper et tributorum, quae HVSLATA et Cogſchuld dicuntur*. Excepit autem in totum, tamquam ius ſibi refer-

nuncupatis, *Maſalant*, *Kinhem*, *Texla* (14). Et ut de praedictis rebus liberam habeat poteſtatem donandi, commutandi, ſeu quidquid voluerit faciendi, hoc noſtrae auctoritatis praeceptum conſcribi et anuli noſtri impreſſione ſigillari iuſſimus, manuque propria ſubtus firmavimus. A. 985. d. 25. Aug.

Signum Domini OTTONIS glorioſiſſimi Regis.

HIL-

ſervandum, vel, cui placeret, indulgendum. Latuiſſe hoc videtur FVRMER. *Ann. Fris.* L. VIII. p. 110.

(12) *Ad integrum*] Oedipo opus eſt, ad ſupplendum, qui hic habetur, hiatum. Sine ſenſu enim: *totum, quod in Pago Texla tenuit, — ad integrum in proprium damus in Comitatibus Maſalant, Kinheim et Texla.* Quid enim *hoc totum?* an idem illud *in Pago Texla*, et in *Comitatu Maſalant, — et* TEXLA? non opinor. Habebat Epiſcopus Trai. tertiam terrae partem *in Texla.* Vid. ſupra p. 60. Manebant duae reliquae Comiti. Non ita res in *Comitatibus* videtur obtinuiſſe. An vero hoc ita intelligemus, ut totum ius, quod in Texla habuit antea, illud nunc donet etiam in Comitatibus Maſalant et Texla. At quid opus eſt repetita voce *Texla?* An vero illud quod ad integrum in his Comitatibus datur, reſpicit *ad Husladа?* At quid tunc opus eſt voce *excepto*, niſi hoc vocis non excipiat; ſed quo *praeterea* ſumatur: quod tamen de *Texla* non verum. De hic tamen dubio vide coniecturam not. (14).

(13) *In proprium*] Recte HONTHEM. *Hist. Trev. Dipl.* T. I. p. 565. (*c*) et huic loco appoſite: „ Poſſidebant quippe Comites, praeter *officium*, etiam *Allodialia*, ex liberalitate Imperatorum adquiſita, formula ſollemni: *in proprium tradidimus.* „ STRVV. *de Allod. Imp.* §. IX. et LIII. Hinc ſucceſſu temporis integri Comitatus facti allodiales ".

(14) *In Comitatibus — Maſalant —*] Nota tres *Comitatus* in uno illius terrae Tractu, quos iuxta ac multas alias terras poſtea noſtri Comites, etſi Hollandiae tantum dicti, poſſederunt. *Maſalant* procul dubio pars terrae, ubi poſtea *Fladertingae* regio, de qua Excurſu III. in f. quae hinc ſe extendere debuerit ad fluvium *Lieram*, ſeu *Pagum inter Lieram et Iſelam.* Alter Pagus, *a Rheno ad Zuithardeshage* ſive *Hillegom*, Comitatus nomine iam antea fuit conceſſus ex Charta a. 889. Porro alius nominatur *Comitatus Kinheim*, quae hodierna *Kinnemaria*; cuius limites in Charta a. 922. exprimuntur *a Suithardeshage usque ad Fortrape et Kinheim*, nempe fluv. Vnde

A. 985. d. 25. Aug. HILDEBALDVS Epiſcopus et Cancellarius vice [i] WILLIGISI (15) Archicapellani recognovi.

Data

i *Vicem* pro *ad vicem* C. M. *Vice* DOVZ. p 414. MATTH. et ſic in ſimili Ottonis II. Diplom in MABILL. *Dipl.* a. 981. p. 575. Et Ottonis huius a. 990, 992, 993, in HONTHEM. *Hiſt. Trev. Dipl.* I. p. 327. ſqq. a. 987. in *Cod. Dipl. Lauriſh.* I. p. 139. Alii *ad vicem*.

DE LEID. *Ann. Egm.* C. VI. *Egmonda* dicitur *cum tota Kenuemaria.* *Fortrape*, haud ulterius quam ad *Callantsooge*, nunc maris undis abſorpta, collocanda, proxime accedere debuit ad *Texlam*. *Texla*, ingens olim terrae tractus, in quo *Pago Comitatus* ille eſt ultimus! Poſtremo bona quae *Gerulfus* a. 839. accepit, ſita iam erant *in Pago Friſiae Westergo.* Ex inſigni igitur hoc Diplomate cognoſcas, quam valide errent, qui ſingulis *Pagis Comitem* hoc aevo praefuiſſe ſumant. Idem iam ante ex *Ottonis* Duc. Bavar. bonis egregie adſtruxit SCHEID. *Origg. Guelph. Eccard.* IV. p. 479. „ Facile videbis, „ inquit, non temere praeſumi, in „ pluribus adhuc Pagis eum praedia „ poſſediſſe. Quemadmodum etiam „ noſtri conſtanter ipſi attribuunt bona „ in pagis Auga, Liſga, Netga, – –. „ quae ſola ſi rite perpendimus, non „ dubiam modo reddunt, verum everſunt penitus atque deſtruunt eorum „ ſententiam, qui ſingulis Pagis Comitem praefuiſſe ſcribunt, --- quae enim „ in vett. pagis Germaniae beneficia „ erant Caeſarum, ubi vacabant poſ„ ſeſſore, ita conſerebantur, prouti „ Imperatoribus et Regibus placuit. „ Vnde haud raro uno eodemque tem„ pore Comites in uno Pago nominan„ tur". Adde, *unus Comes* in pluribus *Pagis*. Omnes autem hos *Comitatus*, de quibus hic ſermo, ab Ottone Rege per hanc Chartam fuiſſe conceſſos donatosque, quemadmodum ſibi hac ex Charta fingit MATTH. ad *Ann. Egm.* C. XIV. p. 184. nentiquam verum eſſe, res ipſa docet. Non dabat Imperator *in proprium* hos tres *Comitatus*, ſed *in Comitatibus in proprium tradidit.* — Sed quid tradidit? Admodum miror, nemini ſuboluiſſe hactenus, ſententiam hic eſſe mutilam, vel deficere aliquid. Quid vero deficiat, non ita clarum eſt. Magnum tamen aliquod inmui, ſatis praecedentia arguunt. Dedit enim Imperator Comiti *omnia*, quae abs ſe *in Pago Texla* tenuerat antea. Per quae ſi quis etiam Pagi adminiſtrationem, quantum per Epiſcopum Traiect. licebat, intelligat, non multum intercedam. At quomodo igitur ſtatim repetit, *ſe eadem dare in Comitatibus Maſalant, Kinheim et Texla.* Fuit, quum conieci, referri donationem ad illud tributum *Huslade*, in illis Comitatibus huic concedendum: *excepto, quod vulgari Lingua dicitur Huslada*, [quod] *in proprium tradidimus in* dictis *Comitatibus.* Vel dicendum, *Pa-*

Data VIII. Kal. Septembris Anno Dominicae incarnationis DCCCCLXXXV. indictione XIII. Anno autem Tertii *Ottonis* regnantis ſecundo. Actum *Noviomago* feliciter. Amen. A. 985. d. 25. Aug.

Pagum Texlam particulam tantum fuiſſe *Comitatus* eiusdem nominis, adeo ut donatio bonorum *Pagi* nunc extendantur ad bona totius *Comitatus*. Diiudicent alii. Forte nonnibil lucis daret, ſi post *tradidimus* inſeratur ET *in Comitatibus*, uti habet MS. Alkem. ad NIC. KOLIN. fol. 116. vſo. Ceterum quamvis hac ex Charta non dati fuiſſe videntur *Comitatus*, ne in *feudum* quidem, nedum *in proprium*: non tamen nego, ſed certo ſtatuo, Comitem noſtrum Regio nomine *iudiciaria poteſtate* hos Comitatus adminiſtraſſe, vel quod eodem redit, *feudi* iure iam antea hos tenuiſſe Comitatus, in quibus nunc nonnihil eximii etiam *in proprium* accipit; uti Parentes iam antea.

(15) *Hildebaldus — Willigiſi*] *Willigiſus* Archicapellanus fuit Archiepiſcopus Moguntinus, ſub quo *Archicancellariatus* Officium Sedi Moguntinae perpetuo fuit annexum, ut ex Cl. IOANNIS *Rer. Mog.* Tom. I. L. V. p. 449. et *Prodr.* CHRON. GOTTWIC. P. I. L. II. p. 185. habet HERRGOTT not. (2) ad Cod. Probb. *Geneal. Habsburg.* T. II. p. 87. Cf. BVCHHED. p. 90. (x) Non diſſimile autem huic exſtat Diploma, eodem anno datum a. 985. *Non. febr. — anno Regni* III. *Ottonis Secundo, actum Mulinhuſen* in *Cod. Quedlingburg.* p. 21. cui eadem ſubſcriptio: *Hildiboldus Epiſcopus et Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi recognovi.* Dantur et alia p. 22, 23. In SCHEID. *Origg. Guelph.* T. IV. p. 286. *Hildiboldus Epiſc. et Cancell. vice Willigiſi Archiepiſc. recogn. Data* V. *Kal. April. A. Dom. incarn.* DCCCCLXXXV. *Indict.* XIII. *Anno vero* III. *Ottonis regnantis* II. *Actum Gruone.* In MIRAEI *Opp. Dipl.* T. I. p. 51. qua Epiſcopo Leodic. *Non. Iunii* tradit *Comitatum Hoienſem*, quem *Anſfridus Comes Illustris Vir*, poſtea Epiſcopus Traiectenſis, hactenus tenuerat. Nec ovum ovo ſimilius, quam quod quincto ante die datum eſt, nempe XIII. *Kal. Sept.* in MARTEN. *Coll. Ampl.* T. I. p. 335. itidem datum *Neomagi*. Mitto congerere alia.

N. XV.

Digitized by Google

N. XV.

A. 1018. d. 29. Iul. N°. I.

Probationes ad *Excurſum* III. *de Zuidhollandia a Theoderico* III. *Com. Holl. devicta*, nec non ad *Excurs.* VII. *p.* 179.

A. 1018. d. 29. Iul.

A. TESTIMONIA DOMESTICA.

N. I. ANONYMVS TRAIECT. *de Bellis Campeſtribus inter Epiſcopos Traiect. et Comites Holland.* Ed. Matth. adiectus ad calcem ANONYM. *de Rebus Traiect.* p. 212. de pugna d. 11. Iul. a. 1018.

Pacis amicitia usque THEODERICVM, quartum Hollandiae Comitem, ac ADELBOLDVM Traiectenſem viceſimum perduravit Epiſcopum. Habuit enim idem *Epiſcopus* quendam *Comitem* in Vaſallum (1), qui THEODERICVS BAVO (2) dictus est, *circa oras Rheni* beneficiatus. Hic ſe contradictorium (3) exhibuit THEODERICO Comiti Hollandiae ſupradicto.

(1) *Vaſallum*] Hinc docemur, hoc ſeculo Ditionem *Bodegravenſem* ſeparatum adhuc *Comitatum* ac feudum fuisſe Epiſcopi Traiectini, postea vero alodium *Comitum Hollandiae*; intra cuius limites nonnulli primaevam Hollandiam quaeſiverunt.

(2) *Theod. Bavo*] In nonnullis MSS. Chartae Henrici Imp. a. 1064. apud HED. p. 130. vocatur *Theodericus* BAVE *filius, quem Theodericus Comes expulit et vi S°. Martino abstulit.*

(3) *Contradictorium*] Per *contradictorium ſe exhibere* intelligitur *infestare terras Comitis Holland.* uti hac de re ſcribunt BEKA et HEDA. BEKA p. 37. *Theodericus Bavo beneficiatus iuxta Bodegraven ab Adelboldo Pontifice Theodoricum Comitem Hollandiae non quievit infestare quotidiano certamine.* HEDA p. 107. postquam dixisſet, *non modicam incidere ſuſpicionem, Adelboldum Freſones contra Arnulphum patrem, quem occiderant, in defectione foviſſe et animaſſe*, addit: *Acces-*

dicto. Quam ob rem idem Hollandiae Comes ante nominatum THEODERICVM BAVE a ſuis dominationibus eiiciens fecit exulem et fugacem; qui mox eiectus Epiſcopi requiſivit patrocinium. Epiſcopus autem haec aegre ferens propoſuit Vaſallum ſuum poſſeſſionibus ſuis reſtituere, coadunavitque exercitum validum adverſus *Theodericum* Hollandiae Comitem. *Theodericus* vero Comes cum *fratre ſuo* SICCONE miles acerrimus, - - e contrario roboratum attraxit exercitum. Et commiſſo in invicem gravi praelio Ann. Domini M. XVIII. quinto Idus Iulii convenerunt [f. ceciderunt.] ex parte Traiectenſis hi *Nobiles*, viriliter decertantes, ſcil. *Wedgerus* Advocatus Eccleſiae, *Wilzingus* et *Godezo* Comites, *Lanzo*, *Aldgerus*, *Snaſherus*, cum multis aliis approbatis Armigeris. A. 1018. d. 29. Iul. No. I.

N. II. BEKA *Chron. Epiſc. Trai.* p. 38. De altero praelio ad Merewedam. A. 1018. d. 29. Iul.

Itaque die XIX. ſubſequente, qui est IV. Calendarum Augusti

Acceſſit quidam Theodricus cognom. Bavo, qui praedas ex Provincia Theodrici Com. Holl. ageret, et incurſionibus crebris infestaret. Haec autem ſcriptores Trai. omnes ex affectu in fraudem ſui Epiſcopi dixiſſe quis credat! Vnde non audiendus BVCHEL. ad HED. p. 115. (*c*) et 116 (*d*), qui culpam ab *Adelboldo* reiicit in Holl. *Comitem*; quamquam non nego, *Hollandum* anſam turbis dare potuiſſe. In eo tamen audiendus, quod *not.* (*c*) *fin. Lectori clarum eſſe* dicit, *quantum ſcriptores Holl.* [addo, et Traiectini] in narratione belli a vero deflexerint. Non niſi prudenter igitur admitte testimonia BEKAE et HEDAE, ubi plura quam ANONYMVS TRAIECT. continent; ſiquidem multa falſa immiſcent, notante iam BVCHELIO.

A. 1018. d. 29. Iul. N°. III. gusti eodem anno praefati Principes [Epiſcopus ac Comes cum ſuis] itidem convenerunt ad praelium, committentes alterutrum magnae depopulationis excidium; ceciderunt enim iterum ex parte Pontificis ADELBOLDI viri ſtrenui bellanti manu neci dati, vidl. *Folcardus* Presbyter, *Bartoldus* Diaconus, *Ioannes et Gotfridus* Comites, *Hiddo*, *Halmaricus*, *Volcellinus*, *Hubertus* ac *Hildeboldus*, Milites, *Zifridus* et *Heynemannus* Proceres, cum plurimis ſcutariis animoſis et diverſis armigeris approbatis.

N. III. ANONYMVS *de bellis Campestr.* p. 213.
De altero praelio ad Merwedam. A. 1018. d. 29. Iul.

Secundum utique bellum propter vindictam praedictorum Armigerorum et Principum occiſorum traxit originem (4); quod tamen occulto Dei iudicio magis obfuit quam profuit, quum idem Epiſcopus et armigeri Traiectenſes hoc gravi infortunio acriter attriti XIX. die ſubſequente, quae est IV. Kal. Aug. uno et eodem anno recuperatis viribus contra praetaxatum Theodericum armigeris multiplicibus praemunitum praeliaturi cum aciebus fortisſimis advenerunt. Commisſa quoque est ipſo die ſtra-

(4) *Originem*] Vocatur hinc in DITMARO N. V. THEODERICVS *prius in occiſis Militibus ſuis multum nocens.* DITMARVS tamen hanc non primariam belli cauſſam tradit, ſed longe aliam ſuppeditat, eamdemque prioris et praelii et cla-

ſtrages cruentisſima. Ceciderunt enim neci dati ex parte Traiectenſium egregii bellatores, ſcil. *Folcardus* presbyter, *Bartoldus* Diaconus, *Iohannes et Godefridus* Comites, *Hiddo*, *Amalricus*, *Waltelinus*, *Hubertus* et *Hildeboldus* Milites, *Rifredus* et *Hermannus* cum armigerorum multitudine populoſa. Factaque est ſecundario Traiectenſibus ruina gravior ac depopulatio crudelior. Et THEODERICVS *Comes* quanquam victor non tamen ſine grandi amisſione ſuorum ad Hollandiam est reverſus. A. 1018. d. 29. Iul. N°. IV.

B. TESTIMONIA EXTERNA.

N. IV. ALPERTVS Monachus Metenſis, *de diverſitate temporum*, qui floruit ab a. 1005 — 1019.

In I. G. ECCARDI *Corp. Histor. Med. Aevi*, Tom. I. p. 118. L. II. c. 19–21.

CAP. XIX. DE ECLIPSI LVNAE ET SOLIS ET VISO COMETE.

Anno uno [a. 1016.] antequam concilium *Noviomago* indictum esſet, luna post mediam noctem hyberno tempore defecit (5), et Rege ſequenti anno [1018.] in eodem loco conſiſtente in paſchali hebdomade ſolis Eclipſis facta est. Tertio

cladis Militum. Prius enim certamen ex eodem fonte erat natum, unde alterum XIX. diebus post habitum, nempe quia *Comes Freſiae* Merewedae terras occupaverat. Vnde querelae coram Imperatore.

(5) Hoc factum a. 1016. d. 17. Nov. Vid. *l'Art de Verif. les dates* p. 71.

Digitized by Google

A. 1018 d. 29. Iul. N°. IV. tio quoque anno [a. 1019.] Cometes in aquilonari parte coeli longisſimis crinibus et pallida ſpecie viſus est. Sequuntur hoc ſignum multa bella et in plurimis nationibus maximus ſanguis hominum per praelia fuſus est.

CAP. XX. DE MERIWIDO A FRISIIS OBTENTA, ET DE TIELENSIBVS.

Antequam hoc prodigium in coelo appareret, circa *littus Oceani* bellum coortum est. Huius belli haec cauſa fuit. *Pars* FRISIORVM, ſedibus ſuis relictis, in *Sylva* MERIVVIDO, de qua ſupra diximus, habitacula conſtruentes conſederant, et adiunctis ſibi *praedonibus* magna mercatoribus dampna intulerant. *Prae-*

(6) *Praedones*] Per hos *Praedones* non alii intelliguntur niſi *Theodericus Comes* *cum ſuis*, qui ſecundum BALDERIC. N. VI. *ſeceſſerat in ſylvam Merewedam*, *ac Friſones* [intellige *Westfriſios* ac *Kennemarios*, quorum Comes ac Dominus hactenus fuerat) *ſuſpectos ob mortem patris habebat*. Heic fecerat *Municipium*, *alienus invaſor*, et *Negotiatores vexabat cenſu* i. e. vectigali vel teloneo. Sic certe verba BALDERICI N. VI. In hac enim *Sylva Merweda* Theodericus Adelboldo abstulit *magnum quod habebat praedium*. Sic DITMARVS. Quod autem auctor dicit, *Partem* FRESIORVM *relictis ſuis ſedibus* huc habitatum conceſſiſſe, manifesto indicio eſſe videtur, *Friſiae* nomen non ab altera Moſae parte tunc extenſum fuiſſe, adeoque quae nunc est *Zuidhollandia*, nomen *Freſiae* propriae non gestaſſe. Quando igitur res dicitur contigiſſe *in Friſia* vel *in Freſonia*, uti habent cum CHRON. EGMOND. tum CHRON. LOBIENS. N. VII. et SIGEB. N. VIII. ſqq. vel impropriе haec ob terrae viciniam intelligi debent, vel referri ad THEODERICVM Comitem et *ſuos Friſones*, qui eo habitandi cauſſa conceſſerant, vel ex *locorum* ignorantia ortum trahit. Saltem coaevi ſcriptores diſtinguunt, eam vel ad *Galliam*, vel ad *Fladirtingam*, vel ad locum inter *Moſam* et *Vahalim* referendo. BALDER. N. VI. Immo idem

Praedones (6) vero, eis postea ſubiugatis, ſingulis ad modum uniuscuiusque culturae ad extirpanda novalia terram diviſerunt, eamque colere iusſerunt, et ſibi vectigales fecerunt. Vnde Mercatores *Tielenſes*, qui etiam ſpecialiter prae ceteris facile ad quascumque querimonias excitandas accenduntur, crebro *Regem* interpellabant, ut pro ſua gratia eos ab his iniuriis defendat. Si id non faciat, neque ſe cauſa negotiandi in *Inſulam* venire, neque ad ſe *Britannos* (7) commeari posſe, et ideo vectigalia ſibi [Regi], ut oportebat, plenius provenire non posſe, dicebant. Sed libet pauca, non detrahendo, ſed ex intimo corde condolendo, hic inſerere, quibus moribus et inſtitutis isti *Tielenſes* ab aliis *Vicis* differant. — — —

A. 1018. d. 29. Iul. No. IV.

CAP. XXI.

idem *Baldericus* MARCHIAM *Friſonum*, *quam Theodericus tenebat* diſerte diſtinguit ab hac *inſula*, in quam occupatam deinde *ſecesſerat* Comes.

(7) *Britannos*] Nota Mercaturam ex Britannia per Moſam et Wahalim cum Emporio Tiela et Inſula Dordrechtana hoc ſeculo; et Teloneum Regis Germaniae hoc loco, quod Teloneum postea ſub *Geervlietano* cognitum, et ab Imperatore ſq. ſeculo Florentio III. Com. Holl. concesſum videtur. Niſi id de Teloneo ad *Tielam* interpretamur. Cuius vectigalis aquatici iam mentio occurrit in Charta *Zuentiboldi* a. 896. (non 890) apud HED. p. 63, 64. qua Traiectenſi Epiſcopo immunitatem concedit ab illo vectigali, quod Fiscus regius *Daventriae* et *Thielae* exigere ſolebat. Quod *Teloneum* Imperator Fridericus I. e Thiela ad Werdam (hodie Keizerswaerd) transtulit. Vid. eius Chartam a. 1184. apud MIERIS *Chartul. Com. Holl.* T. I. p. 125. Vtrum Theodericus Comes hoc Teloneum ab Imp. in feudum acceperit, an Rege invito Traiectenſi Epiſcopo id habenti extorſerit, non liquet. BALDERIC. *Chron. Camer.* N. VI. testatur, *Theodericum Comitem*, facta ibi *Munitione*, et expulſo inde Epiſcopo Traiectino, *Mercatores cenſu* ſolvendo oppresſisſe.

I 3

A. 1018. d. 29. Iul. N°. IV.

CAP. XXI. DE BELLO CONTRA FRISIOS ADHIBITO.

Imperator [a. 1018.] vias Mercatorum patefieri volens ADELBALDVM *Epiſcopum* et *Ducem* GODEFRIDVM ad ſe vocari, mandat, ut Friſios [THEODERICVM Comitem Holl. cum ſuis *Friſonibus*] adeant, eosque ab his ſedibus, quas iniuste occuparant, propellant, et *praedones* ſubmoveant. His mandatis acceptis immenſam multitudinem cogunt, clarisſimos quoque viros et adprime in re militari inſtructos, qui tamen equitatui omni vita ſtudebant, navi nihil poterant, ſecum adſciscunt. Cumque in unum convenisſent, omnem exercitum in navibus collocant, eoque, ubi *Friſios* cum coactis copiis audierant esſe, contendunt. At illi, qui *Sylvam* occupabant, ut compererunt per exploratores de adventu exercitus, reliquerunt do-

(8) *Vocatur*] Si haec *Munitio*, de qua loquuntur ALPERTVS, et infra BALDERICVS N. IV., revera fuit *Dordrecht*, (urbs hodierna et Hollandiae vetustisſima) uti omnes Nostrates, imprimis *A. Matthaeus*, et *Buchelius* dubio carere putant, et cui ſententiae quod opponam, non habeo; tunc quivis videt, per hanc *Flaridingun* non posſe intelligi cum tantum tractum, ubi hodie urbs *Flardingen* est ſita, ſed intelligi omnem illam regionem, quae inferius a *Sylva Mereweda* ſecundum *Moſam* veterem et *Wahalim* decurrebat, et magnam etiam illam *inſulam*, de qua hic ſermo est, complectebatur, ſortita procul dubio nomen ab eodem tractu, unde urbs *Flardinga* nomen habuit. Ita ſentiendi rationes habeo multas, quas proponam in *Disſertat. Geographica* N. XI. in Voce *Vlardinga*. Nunc tantum haec duo examina: 1°. hostis, dum Friſii ſeſe *ad Munitiunculam* conferunt, *ſecundo amne* devectus, dicitur accesſisſe ad *Flaridingun*. Appulerunt igitur ad locum ſuperiorem quam *Dordrechtum*, ubi hodie de *Biesboseb*, ſed olim *Dica* ſive *agger Merewedae*, *de dijk van Merwede*.

domos, et ad eos, inter quos *praedones Munitiunculam* conſtru- A. 1018.
xerant, fuga ſe receperunt. At noſtri cum tota claſſe pleno d. 29. Iul. N°. IV.
aeſtu acceſſerunt *ad* FLARIDINGVN. Sic enim *haec regio* FRISIORVM vocatur (8). In cuius littus cum exponerentur milites, Dux caeteram omnem multitudinem egredi iuſſit, paucis relictis, qui naves in altum reducerent, ne iterum commutato aeſtu in arido conſiſterent, ut ſi quid opus eſſet eis liberi uti potuiſſent. *Friſii*, ubi eos campum audacter ſuis agminibus complere cernerent, et neque ab his, qui in *Munitione* erant, ullum praeſidium tum ſperarent, eo quod illi circumiecta tanta multitudine nullum effugium haberent, editioribus locis in ſtationibus coadunati, quid conſilii hoſtes caperent, expectabant. Haec tamen res in loco eos continuerat, eo quod illos ſine equis adveniſſe cognoverant, ſe autem labore cotidia-

no

wede. Heic igitur *Flaridinga*, *Friſiorum* illa *Regio*, incipiebat. 2°. *Pleno aeſtu acceſſit ad Flaridingam*. Hinc duo ſequerentur, ſi ad urbem hodiernam *Vlaardinge* veniſſent, quod tunc adverſo flumine navigare, et 2°. per amnem *Wahalim*, agrum tunc hoſtilem et ipſum *Dordrechtum* primo praeternavigare debuiſſent. Quae quum facta eſſe vix concipi poſſint, ſequitur *locum Flaridingun* eſſe illam ipſam inſulam, in qua hodie iacet urbs *Dordrechtum*, adiecta relicta parte [hodie het Overmaaſche], quae ſeſe usque ad Vrbem *Flardingam* et fortaſſe ulterius ad *Delft* extendit, quae reliqua pars a *Merewedana* ditione olim non videtur fuiſſe diſcreta niſi per tenuem quemdam alveolum, forte *'t Zwin* dictum; unde remanſerit pagus *Zwindrecht* e regione urbis Dordraci. Ex his autem ſtatim ſe prodit ratio, cur Comes Hollandiae, cui h. l. BALDER. N. VI. *Marchiam Friſonum* tribuit, anno 1047. vocetur *Marchio Fladirtingenſis* in HERMANN. CONTR. N. XVII. ad d. Ann. in cuius ditione *urbs Flardinge* LAMB. SCHAFNAB. N. XVIII. et *Caſtrum Flardingis*, ubi hodie urbs *Delft*. Vid. not. (20) ad a. 1083.

Digitized by Google

A. 1018. d. 29. Iul. N°. IV. no et rustica exercitatione pedibus plurimum poſſe conſidebant, et, ſi ab hostibus premantur, ſtabant ad pugnam praeparati atque expediti. Vna res erat illis magno uſui, quod campum omnem *foſſis* praefoderant, ſive ad defendendum maiorem aeſtum maris, qui in plenilunio validior ſolet fieri, ſive ad impediendum iter hoſtium. Quas cum *Duci* videretur cum multitudine transeundas, iusſit, ut, qui ſigna ferebant, redirent, et, circuitis fosſis, in locis planis conſiſterent, ut, ſi *Friſii* dimicare vellent, eos excipiendi expeditior facultas esſet. Et cum exercitus Ducis ſigna referre coepisſent, ortus est inter novisſimos eorum clamor a quodam ſcelestisſimo propinquo praedonum, dicens, ut quisque vitae ſuae conſuleret, *Ducem* in prima acie impetu *Friſiorum* presſum fuga proelio cesſisſe. Hac falſa fama per exercitum perlata omnes in fugam verſi ſunt, et tanto timore ſunt perterriti, ut nemine urguente in flumen ſe praecipitarent. Multi confiſi viribus ad naves transnatare cupiebant, quas cum prehendisſent, et in eas ſummo ſtudio aſcendere conarentur, multitudine circumſtipante naves demerſae ſunt. Et eo modo plures perierunt, quod quisque earum ſuum et propinquum in mortis natatu periclitasſe conſpiciens, dum ſubvenire illi vellet, circumfunditur innumerabile vulgus, navesque in profundum trahunt et ſic pariter omnes ſuffocati ſunt. Pauci videntes haec et timentes periculum ſubmerſionis, et, ut ſolet fieri, quod plerique in tali perturbatione non recipiunt miſerationem, ne

ſimili

ſimili modo perirent, incitatis remis fugam accelerant. Cum A. 1018. d. 29. Iul. No. IV.
plures vero metu et laſſitudine et pondere armorum preſſi, ſicuti curſu intrabant, ita ſub aqua recti et exanimati ſtabant. At hi qui in Munitione erant, cum viderent concurſum fieri, et certatim ſe de littore in aquam praecipitari, animadverterant eos perturbatos fugam iniſſe, et mox nutu et vocibus de fuga eorum *Friſiis* ſignificare coeperunt. *Dux* vero videns fugam multitudinis cum ſuis, ſtabat ſtupefactus; fortisſimi quoque, quorum cor ut leonum erat, ita pavore ſolutum est, ut loco, in quo conſtiterant, ſe movere non posſent, acciditque neſcio quod divino iudicio quaſi inauditum miraculum, adeo ut *Friſii*, ex ſignificatione *oppidanorum* evocati, accurrerent, et eos quaſi ſaxa immobilia ſtantes interficerent, et ita Dei iuſſu ſunt in ſuis membris obligati, ut nemo ex tanta copia clarisſimorum virorum manum ſtricto gladio ad reſiſtendum erigeret, vel ſcutum ad ſe protegendum opponeret. Quibus peremptis celeri curſu pervenerunt ad littus, et complures qui per crepidinem littoris in aqua manibus reptabant, iaculis confodiunt. Alii namque, dum *Ducem* ſolum ſtare conſpicerent, circumſiſtunt, ſed ille conſumto ſpiritu fortiter reſtitit, et misſa pila excepit: unum tamen a tergo ſe impetentem averſa hasta traiecit. Quo exanimato reliquorum impetum paululum represſit. Interim praedones ex *Oppido* iam laeti de victoria ſubito erumpunt, omnia cadavera mortuorum perequitant, illuc, ubi

Digitized by Google

A. 1018. d. 29 Iul. N°. IV. *Ducem* a multitudine circumdatum cernebant, contendunt. Quem cognitum, et iam in adverſum os vulneratum et pene deſperatum ſtatim ex periculo eripiunt, et cum paucis captis in *Caſtellum* perducunt, pedibusque eius provolvuntur, eique ſe dedunt, obſecrant, ut rebus ſuis conſulat, et apud *Imperatorem* et Epiſcopum ADELBALDVM pro eis de negotio confecto interveniat. Quibus cum dixisſet, omnia, quae ab eo poſtularent, ſeſe facturum, tantum, ut ipſum et caeteros qui ſuperesſent et capti erant, illaeſos abire permitterent, reſponderunt; magnas inimicitias parentum et propinquorum illorum, qui occubuerant, ipſos incurriſſe. Si impunitatem illius facti iuramento ſibi confirment, ut nullam unquam vindictam ab ipſis exigant, ſeſe facturos, quae poſtularet, oſtenderunt. Cumque *Dux* haec laudaret, conſtituunt diem et locum, quando haec omnia fieri debeant, illos autem, qui capti fuerant, usque ad inducias condictas in vinculis retinent, Ducem abire permittunt (9). Quo abeunte irruerunt ſuper occiſos et obliti omnis humanitatis omnia corpora veſtimentis exuerunt, ut nec pannum quidem relinquerent, quo verenda tegerentur.

De

(9) *Permittunt*] Nimis hic ex affectu pro Duce ſuo loqui videtur ſcriptor, vel ut eius honori in diutina custodia parceret; quando *facto iureiurando* de procuranda impunitate ſtatim eum dimisſum docet. Contrarium enim patet ex reliquis, qui eum per plures menſes usque in annum ſeq. detentum narrant. Sic SIGEB. N. VIII. a. 1019. *impetrata* [ab Imperatore] *Friſonibus totius iniustitiae impunitate a captivitate ſolvitur, et non multo post moritur.* Obiit autem ſq. a. V. *Kal.*

De his quoque haec feruntur, quod quaedam corpora horum longe in altum ab incolis propter foetorem expulſa, ab avibus et beſtiis et marinis feris, quae cupidiſſimae humanorum cadaverum ſunt, illaeſa et intacta permanſerint. Et dum iterum ad littus per aeſtum proiicerentur per duo miliaria aut amplius candor eorum viſus eſt, quaſi littus candidiſſimis linteis eſſet expanſum. Hoc quoque in eius rei teſtimonium dicatur, quod novem corpora illorum *Calendis Decembris* adhuc colligata in quadam ripa ſunt reperta, ita integra, ut pene nulla putredo in eis inveſtigari poſſet, quamvis caedes IV. *Kal. Auguſti* facta fuiſſet. A. 1018. d. 29. Iul. N°. V.

DITMARVS MERSBVRGENSIS reſtitutus.

N. V. In G. G. LEIBNIT. *Scriptor. Rer. Brunsvic.* T. I. p. 425. qui ſcripſit ab a. 1012. usque ad a. 1021.

Primum vae abiit, et ecce duo poſt haec. Nimis enim miſerabile, quod in ſuperioribus ſaepe locis revolvi. Sed in temporibus noſtri Rectoris ac invicti defenſoris HENRICI

[Regis]

V. *Kal. Octobr.* docente ad a. 1019. BROWERO N. XIV. qui itidem *hoc demum anno custodia miſſum* affirmat. Addunt etiam *Leodienſes* ſcriptores circumſtantias, nempe *Wolbodonem*, qui Epiſcopo Leodienſi ſucceſſerat, mandante Imperatore, *pro eius liberatione tranſmiſſum* eſſe, qui *praedonibus*, (intellige Theoderico cum ſuis) *venia ab Imperatore obtenta, Ducem ſanum recepit, et pacatis omnibus bellorum impetus conquievit.* Sic ANSELM. N. XI.

A. 1018. d. 29. Iul. No. V. [Regis] nil unquam tale accidit, quale modo detrimentum e noſtro ſacinore emerſit. Namque in *Iulio Menſe* ac III. [*l.* IIII.] *Cal. August.* et in III. *feria* Mars ſaevit in viſcera, quod in perpetuum plangit mater Eccleſia. Petiit enim ATHELBOLDVS, Traiectenſis Epiſcopus, cum GODAFRIDO *Duce* auxilioque ſuimet ſociorum atque amicorum, *Imperatricis noſtrae nepotem* THIEDRICVM, (10) ſe prius in occiſis militibus ſuis multum nocentem. Et in Inſula quadam fit conventus collecti exercitus. Hic velociter ad pugnam praeparatus mortem, quam hosti minatur, proh dolor, patitur. Namque a *Freſonibus* [Thiedericianis] ex inſidiis undique erumpentibus, et a praedicti *Iuvenis* [Thiederici] ſatellitibus ex improviſo is circumventus, dictu terribile, gladio et aqua, ſine reſiſtentium damno, vitam hanc finit. Epiſcopus autem in navicula quadam vix fugit, ac *Dux* ab hoste ſalvatus est, et, ut veraces aſfirmant, plusquam tres legiones interfectorum ſunt. Omnis haec regio defenſore forti carens [Duce Lotharingiae], piratas advenientes timet, quotidie moerens. *Godefridus* Comes occiditur; *Iohannes* (11) autem *optimus Miles* iacet, quem ſemper

(10) *Thiedricum*] Nimirum *Thiedericus* III. Com. Holl. filius erat *Arnulfi* et LVTGARDIS Luxemb., *Henrici* autem Imp. uxor erat CVNIGVNDIS Luxemb. eaque ſoror *Lutgardis*, ut alibi dixi.

(11) *Iohannes*] Videtur hic eſſe *Ioannes*, unde postea *Dominorum de Arkel* origo.

(12) *Neumagun*] Varie haec vox ſcribitur, et ex Linguae analogia ſcribi potest, vel *Neu*- vel *Neo*- vel *Nio*-

per patria deſſet. Horum conſocii nobiles et inclyti, hactenus- A. 1018. d. 29. Iul. N°. V.
que pugnantes dextra victrici, nunc pauſant forte infelici. Luit corpus — — Sed ne ſtupeas lector talem caſum, etiam perpendas ortum. THIEDRICVS illic *infauſtus* praedicti Antiſtitis *Satelles* fuit. Hic [Adelboldus] in quadam Silva MIRRIDA vocata, magnum habuit praedium, quod ſibi ex eiusdem [Thiederici] parte iniuste ablatum esſe, cuncti comprovinciales Caeſari in NEVMAGVN (12 queruntur. Vnde cum conſilio optimorum Imperator EPISCOPO Traiectenſi haec loca praecepit incendi, et conclamantibus reddi: cumque *ſeniorem* (13) ſuum *Iuvenis* nefandus a mandatis talibus compescere nequivisſet, licentiam abeundi petiit, et id ſe prohibiturum esſe promiſit. Nec mora. Factum est quod dixi, plus cauſa noſtri facinoris, quam pro merito Victoris. Hanc ineffabilem ac nimis invincibilem aerumnam, avium undique ſecus huc congregatarum, et ſemet ipſas invicem ungulis interficientium, multitudo longe praeſignavit, eundemque locum quo iſti poſtea oppetiere, praeoccupavit. Quod *David* Sanctus monti Gelboëm imprecatus eſt, huic Inſulae ego nullius meriti ſemper exopto.

BALDE-

Nio-vel *Niu*- vel *Nui*; vel etiam *Noviomagen*, hodie *Niemegen*, ut docui T. I. P. II. Excurs. II. p. 22. ſqq. Nunc nota mecum, Reges hic ſuum habuisſe *Palatium*, ibique Regni negotia adminiſtrasſe.

(13) *Seniorem*] Sic vocabantur Domini directi; et ſatis hinc patet, Theodericum Com. Holl. bona ab Epiſcopo in feudum habuisſe. Vnde N. IX. vocatur *Epiſcopi ſatelles*.

Digitized by Google

A. 1018. d. 29. Iul. No. V. BALDERICVS Leodienſis Epiſcopus obiit in eodem die. In diebus — — Et in menſe Auguſto Stella quaedam iuxta plauſtrum noviter apparens, radiis eminus emiſsis cunctos cernentes terruit. — — Stella haec, quae effulſit, pluſquam XIV. dies viſa est. — — Iſte annus nova nuncupatione *termotio et magna contritio* ex rei veritate appellari poteſt. Ineffabilis enim tribulatio mundo iusta bile exorta, habitatores eius undique turbavit, cuius partem praedixi, et tunc quae praeterieram alte gemitu tracto explicavi. *Balderici* Praeſulis, et *Cameracenſis* Epiſcopi Milites pene omnes praedicta oppetierunt in *Inſula*, et in proximis tribus Provinciis non ſupererat una Domus, ubi ſaltem non deeſſet habitator unus. Post tempora *Caroli* una die vel anno aliquid in his regionibus tale non accidit, ſicut vetuſtas asſerit, quomodo unquam ceciderunt tales viri absque damno hoſtili. — — Hic inexſuperabilis caſus poſtea cito obliviscatur: quia GODOFREDI Ducis auxilio ATHELBOLDVS Antiſtes cum *Thiedrico* hoste reconciliatur, et hoc venit non ex voluntate ſua, ſed ex neceſſitate ſumma. Non erat enim iſtius regionis ullus praepotens defenſor, ſi amplius inſurgeret inimicus acrior. Si damnum hoc ex conſenſu divino factum, quis poteſt ulciſci?

N. VI.

(14) *Monarchiae*] Pro *Monarchia*, legendum eſſe *Marchia*, ratio et hiſtoria ſuadent. Vti enim hactenus noſtri Comites ſimpliciter *Freſoniae* vel *Freſiae* dicebantur, ſic in eiusdem aevi ſcriptore LAMBERT. SCHAFNAB. qui

N. VI. BALDERICVS NOVIOM. *Chronic. Cameracens.* L. III. C. 19. p. 291. ed. G. COLVENERII, Duaci 8°. 1615. qui deſiit a. 1070. A. 1018. d. 29. Iul. N°. VI.

Bellum Godefridi Ducis et Epiſcoporum Colon. Traiect. et Leodiens. ex iuſſu Imperatoris contra Theodericum Arnulfi Gandenſis filium.

Erat etiam locus quidam *Silvis ac paludibus* inhabitabilis, qui ab incolis MEREWEDA nomen accepit, ubi videlicet *Moſa* et *Wal* fluvius de *Rheno* effluens pariter corrivantur. Nulluſque ibi, praeter venatores ac piſcatores habitare antea conſueverat, eratque Epiſcoporum, Trevirenſis videl. ac Colonienſis, ſed et aliquot Abbatum in piſcatione et venatione communis poſſeſſio. Huc nimirum THEODERICVS ARNVLFI GANDENSIS FILIVS, qui participium *monarchiae* (14) [f. marchiae] *Friſonum* tenebat, (quia *Friſones*, pro morte Patris, quem interfecerant, ſuſpectos habebat) ſeceſſerat, *factoque* quodam *Municipio*, *alienus invaſor*, ipſam terram praeſumpſerat poſſidere, ſed et *negotiatores* inibi navigantes, graviſſimo *cenſu* con-

qui a. 1077. ſcribere deſiit, A. 1047. diſerte vocatur MARCHIO FLADIRGENSIS. Quod autem velim obſerves, vocatur hic diſerte *Arnulfi* *Gandenſis filius*, unde Comitum noſtrorum ex Comitibus Gandavenſibus origo perquam manifeſte apparet. Cf. N. VIII.

A. 1018. d. 29. iul. N°. VI. conſtringere. Vnde Imperator HENRICVS clamore excitatus, ac maxime ALBALDI Epiſcopi, cui maior portio de ipſa communi poſſeſſione cedebat, monitione compulſus, Duci GODEFRIDO, ſed et Epiſcopis *Colonienſium*, *Traiectenſium*, *Leodicenſium*, ut exercitum adunarent, edixit. Qui cum iuxta decretum Regium iter facerent, inter agendum accidit prodigium, quod mihi non videtur eſſe ſilendum. BALDRICVS enim Epiſcopus in vico Treiectenſi, in monaſterio Sanctae Mariae condidit cryptam, deſuper iam altari erecto. Vnde cum ipſo die poſt orationem egreſſus, cum in navim intrare deberet, etiam cum ipſo exercitu profecturus, mirabile dictu, fuſo altari, totum illud opus diruitur. Hinc ergo malum omen multi opinabantur, ſive publicum ſive privatum Epiſcopi; ut paulo poſt probavit eventus. Ipſe enim cum aliis etiam arrepto itinere, mox infirmitate praeventus, in villa, quae *Herewardus* (15) dicitur, remanſit. Caeteri vero cum innumerabili multitudine permeantes, THEODERICVM cum paucis *Friſonibus*, quos ſecum habebat, adorti ſunt, procul dubio ſe victuros eſſe putantes. Quis enim tantum ac tantae virtutis exercitum praevalere ambiget, praeſertim cum uſu bellico et diſciplina militari praeſtarent, et Imperatori, ſtudio placendi, inniterentur? Cum ergo

(15) *Herewardus*] *Herewardi* villa adhucdum nota eſt ſub nomine *Herwerden*. Nec tamen ibi obiiſſe videtur, ſed *in Tielam* retromeaſſe. Certe ANNAL. SAXO ad a. 1018. N. IX. *in Tiele* eodem obiiſſe die narrat. Ad a. 1017.

Digitized by Google

ergo cominus conflixiſſent, derepente, incertum quis diabolico A. 1018.
inſtinctu vexatus, in hac voce bis, horrendum, erupit. *Fugi-* d. 29. Iul. N°. VI.
te, fugite. Quo Lotharienſes exterriti, neſcimus, quo Dei occulto iudicio, omnes fugam inierunt. Ex quibus, quam multa ac quam miſerabilis caedes facta est non est praeſentis negotii explicare. Nec tam tamen ab hostibus ferro quam timore vexati, inter naves dum fugerent, in numero * periclitabantur, manifesto quidem quod ſcriptum est: quia unus mille, et duo fugarunt decem millia. Dux autem GODEFRIDVS, quem ſecunda bellorum accenderant, undique circumfuſus, dum fugere pudoris aestimat, fugientibus ſociis, ſolus in praelium ruit; caeſisque quos adverſum ierat, a latere circumventus, tandem capitur vulneratus. Timens autem THEODERICVS tantae magnitudinis virum in captione tenere, ſuae temeritati conſuluit; eumque ut ſibi *Imperatoris* gratiam emercetur, abire conceſſit. Ipſo vero die, et, ut multi coniectant, eadem hora, qua bellum factum est, BALDRICVS Epiſcopus in praedicta villa hominem exivit, Letgiam tamen ad ſepeliendum devectus. Ad quem tumulandum domnus GERARDVS Epiſcopus -- -- -- viam metire festinat, ſemperque quoscumque habebat obvios, de praelio conſulebat. Ante-

* ſ. humido.

a. 1017. d. 29. Iul. pugnam collocavit GEORG. COLVENER. ad *Chronic.* *Camerac.* p. 552. quod ſatis ex reliquis testimoniis refellitur.

A. 1018. d. 29 Iul. N°. VII. et VIII. Antequam vero Letgiam pervenisſet, adrumatur ei Ducem rediſse. -- -- -- Ad quem feſtinus epiſcopus in caſtrum videlicet Argentolum permeavit; a quo quidem honorifice ſusceptus omnem ordinem belli audivit. Sciendum tamen, quod ante illud praelium fere per quatuor menſes Cometa viſa est, ſolito tamen mirabilior, in modo videl. quam maximae trabis.

N. VII. BREVE CHRONICON LOBIENSE, ſcriptum Sec. XI. (16) in MARTENE et DVRAND. *Theſaur. Anecdot.* T. III. p. 1417. Ad a. 1018.

BALDRICVS Epiſcopus obiit, GVILBODO ſubſtituitur. Dux GODEFRIDVS cum Comite REINERO (17), perdito exercitu, capitur in *Friſia*.

N. VIII. SIGEBERT. GEMBLACENS. *Chronograph.* qui deſiit a. 1112. obiit a. 1123. Ed. A. Miraei.

A. 1018. GVOLBODO in Epiſcopatu Leodicenſium BALDRICO ſuccedit. In Freſonia DEODERICO Comite, filio AR-

(16) *Sec.* XI.] Vid. *Admonitionem praeviam* p. 1409. quae docet, primam huius Chronici partem agnoscere ſcriptorem, qui Abbates Lobienſes priores recenſuit, et Sec. XI. ſcripſit.

(17) *Reinero*] Intellige *Reinerum* Com. Montenſem ſive Hainoniae, ut iam obſervavit D. V. VAN LOON *Aloud. Hist.* D. II. bl. 275.

(18) *Capitur*] Eadem fere de hoc prae-

Digitized by Google

ARNVLFI GANDAVENSIS debellante Freſones in vindictam patris ſui ab eis occiſi, GODEFRIDVS Dux ad eum debellandum ab *Imperatore* mittitur, et conſerto praelio repente voce, neſcitur unde, emiſſa, *Fugite Fugite*, cunctis fugientibus multi a paucis Freſonibus perimuntur, *Dux* vero capitur (18).

A. 1018. d. 29 Iul. N. IX.

A. 1019. GODEFRIDVS *Dux* impetrata Freſonibus totius iniuſtitiae impunitate a captivitate ſolvitur, et non multo poſt moritur. Frater vero eius GOTHELO in Ducatu ſubſtituitur.

N. IX. ANNALISTA SAXO, qui deſiit a. 1139. Ad a. 1018. p. 449, 450. maximam partem ſua mutuatus ex DITMARO MERSBVRG. N. V.

Menſe Martio XVII. Kal. Aprilis magna Synodus fit in *Niumagon*, ubi OTTO quidam de primoribus Francorum — — —. Imperator Palmas et Sanctum Paſcha in praedicto loco celebravit, quia BALDERICVM — — —. Cometa viſa eſt, quae luctum vaſtationis *Galliae* partibus per THEODERICVM *Imperatricis Nepotem*, peſtilentiam inſuper et mortalitatem mundo nunciavit. THEODERICVS enim OTHELBALDI *Traiectenſis*

praelio dicunt ALBERICVS Triumfont. (excepto, quod *Arnulphum* vocat *Hollandenſem*) et Auctor Vit. s. WOLBODONIS apud HENSCHEN. T. II. Act. SS. April. Cap. 2. §. ult. qui circa a. 1130. vixit. Quocirca horum teſtimonia omitto. Habet eadem etiam CHRONIC. EGMOND. p. 43.

A. 1018. d. 29. Iul. N°. X. *ſis* Epiſcopi infauſtus *Satelles* erat. Hic in quodam ſilva *Mirumde* * vocata, magnum praedium habuit, quod ab ipſo iniuſte ſibi ablatum omnes Comprovinciales in *Niumagon* queſti ſunt. ---- [Reliqua fere, ut in DITMARO, mutato tamen ordine, excepto etiam, quod haec ſeqq. ſibi priva habet:]

* l. *Miruui-de.*

Omnisque illa Regio defenſore carens piratis in rapinam facta est. -- -- -- Eodem die BALDERICVS Leodicenſis Epiſc. obiit in *Tiele*, cui Walbodo ſucceſſit.

N. X. ANSELM. *Canon. Leod.* in *Baldrico* Epiſc. Leod. c. LIX. T. I. p. 223. in CHAPEAVILL. *Scriptt. Leod.*

BALDRICVS — morti propinquans, ipſo die eademque hora, qua in FLARDARGENSI praelio maxima noſtratium ſtrages facta est, deceſſit.

Additiones AEGIDII AVR. VALL. ad ANSELMVM c. LXIII. Tom. I. p. 238. CHAPEAVILL.

Ea nimirum tempeſtate DEODERICVS *Comes Freſoniae* bellis et ſeditionibus regnum exagitabat *Galliae*, et ob ſui firmita-

(19) *Nationes*] Non admodum honori noſtrae cedit nationi, quod *barbaris et remotis nationibus* et ſupra p. 68. *praedonibus*, et N. IX. b. p. *piratis* accenſeantur. Sed duo ſunt quae haec quadamtenus mitigant. 1. Digitum hic intendit auctor ad *Freſones* et *Freſoniam*, unde et ipſe *Diedericum Fre-*

Digitized by Google

mitatem loci, vel difficultatem vel opum potentiam, quietem perturbabat ſerenitatis Imperatoris: cuius audaciam, cum publicis detrimentis Regni, non eſt paſſus Imperator HENRICVS diutius impune graſſari. A. 1018. d. 29. Iul. N°. X.

Vnde *Gozeloni* Duci Lotharienſis regni mandat, ut paratis militum copiis, illius inſaniae obviam iret, eiusque inſolentiam manu valida opprimeret, ſe conqueri et iraſci vehementer de ipſius ignavia, cum profecto bellicoſa iuventus illi non deesſet, quae barbaras nationes ſubiugare, et Romani magnitudinem nominis valeret extendere.

Ille, fideli animo, Regiae maiestatis paret imperio, oſtendit Duces induſtriam, ſuos ſcribit ad militiam, nec Epiſcopos Galliae [i. e. Lotharingiae] ab hac excludit profectione.

Suggerit *Epiſcopo* noſtro, ſicut caeteris *Coëpiſcopis*, ut communibus Reipublicae ferat auxilium negotiis.

A ſocietate huius belli, primo ſuam benigne Antiſtes verbis excuſat praeſentiam, praetendit corporis, qua iam laborabat, moleſtiam, ſibi hac vice fore parcendum, ob praeteritae fidelitatis ſtudium; *barbaras et remotas esſe nationes* (19), ob quas ductare intendebat exercitum; locos difficiles; graviſſimo militum labori et irrito conſulendum. Dux Gozelo, his au-

Freſoniae Comes dictus; cuius populi *ferocia* in antiquis ſcriptoribus vulgata res est. 2. Auctor nonnihil hic ex affectu loquitur, ob *Theoderici Com. audaciam* in invadendis terris et praediis Epiſcoporum, quae in Inſula Zuidhollandica ſita erant, et quae cum ſuis *Freſonibus* occuparat *Comes*.

A. 1018 d. 29. Iul. N°. X. auditis, vehementer ira accendi, infidelem vocare, Regii contemptum praecepti obiicere, non cauſa morbi, ſed ſimulationis, ab hoc comitatu ſe velle ſubtrahere. Poſt haec, aliam impingit calumniae notam, videlicet, ob *ſocietatem cognati ſanguinis* (20) illum favere partibus inimici, illi victoriam, ſibi fugam votis optare, parum curare de Auguſti Caeſaris vel honore vel ſalute.

Ad haec Epiſcopus, ut ab ſe harum occaſionem removeret ſuſpicionem — — ſuam maturc paravit profectionem.

Sed

(20) *Sanguinis*] Haec *cognati ſanguinis ſocietas Baldericum* inter et *Theodericum* Comitem quae fuerit, non adeo videtur expeditum. In rem iam inquiſivit ſtrenuus noſtrae Hiſtoriae aſſertor VAN LOON, qui *Aloud. Hiſt.* D. II. bl. 276. coll. bl. 202. hanc nobis cognationem exhibuit:

WIGMANNVS Comes Gandens.
ux. LVTGARD, filia Arnulfi I. Com. Flandr.

LVTGARDIS. Quae 2ª. uxor fuit LVDOVICI Comitis Loſſenſis. Cuius ex I. uxore *Aleidis* de Limborg.	HILDEGARDIS, uxor THEODERICI II. C. Holl.
BALDERICVS Epiſcopus Leodienſis.	ARNVLFVS, Com. Gand. et Holl. ux. LVTGARDIS.
	THEODERICVS III. Comes noſter Friſiae.

Verum haec Cognatio, praeterquam quod hoc modo nulla foret, penitus eſt falſa. Nam *Ludovici Com. Loſſenſis* ſecunda uxor non vocatur in MAN-

TEL.

Sed tu, o Christe, bellatoris tui, ut toto ambiebat deſi- A. 1018. d. 29. Iul.
derio, curſum terminasti, ipſaque die et eadem hora, qua Nº. XL.
utraeque acies *apud Flandebergem* conflixerunt, ſubtulisti eum l. *Flarder-tingem.*
a facie gladii imminentis; a facie arcus intenti, a facie gravis praelii. — — Hic quarto calend. Augusti, ut dictum est, hominem exuit, anno D. incarn. milleſimo decimo ſeptimo [l. octavo].

N. XI. ANSELMVS in Vit. *Wolbodonis* cap. LXVII. ex Addition. AEGIDII *Aureae Vall.* p. 247.

ARNVLPHVS COMES GANDAVENSIS contra *Friſones* dimicans, victus, fuga ſalutem meditatus est, ſed praeventus ab

TEL. *Hist. Loſſ.* L. III. p. 38. *Wigmanni filia*, ſed *filia Comitis de Thoux*; quae monere neglexit LOONIVS. Fortaſſe erravit in eo, quod *Ludovico* Loſſenſi tribuatur frater *Arnulfus* II. cuius uxor MANTELIO *Hist. Loſſ.* p. 299. perhibetur LVTGARDIS, filia *Wigmanni Gandav.* et *Luitgardae*, quae fuit Filia Arnulphi M. Flandriae. Verum haec multo minus ad hanc cognationem facere posſunt. Meliora dare nequeo. Si quid coniecto, fortaſſe *Balderici* mater *Aleidis de Limborg* et *Theoderici* mater *Lutgardis de Lucelenburg*, Sigefridi Comitis Lucelenb. filia, inter ſe ſanguine coniunctae fuere. Habuit certe *Lutgardis* ſororem incognitam, cui filia *Iutta* datur, ut in *Diſſ. Geneal.* N. II. dicam. Ortam autem familiam *Limburgenſem* ex eadem *Luxemburgica*, (unde *Theoderici* III. Com. Holl. mater *Luitgardis*) docuit DV CHESNE *Histoire de la Maiſ. de Luxemb.* Henricus autem I. Com. Limburg. uxorem habuit *Jutham*, filiam *Frederici* Duc. Lothar., cuius pater *Fredericus* Com. Luxemb. frater erat nostrae Lutgardis. An hinc illa cognatio, inquirant alii.

Digitized by Google

A. 1018. d. 29. Iul. No. XII.

ab illis occiſus eſt. Cuius mortem (21) THEODORICVS filius eius ulciſci aggreſſus, totam pene *Friſiam* igni, ferro, omnique nocendi arte populatur. Ad quem debellandum (22) GODEFRIDVS *Dux Lotharingiae* ab *Imperatore* miſſus eſt. Et, conſerto praelio, vox repente, neſcitur unde, ab omnibus audita eſt: *fugite*, *fugite*, *capite*, *capite*. Cunctis ad tutum * inſtar locuſtarum fugientibus multisque adverſariorum hinc inde peremptis, Dux ipſe GODEFRIDVS ab hoſtibus captivatur: pro cuius liberatione venerabilis Epiſcopus *Wolbodo*, eo quod ibi notus eſſet et charus, transmiſſus eſt. Qui -- -- ab omnibus omnino eſt reveritus. Quid multa? *Praedonibus* veniam ab *Imperatore* obtinuit, *Ducem* ſanum recepit, pacatis omnibus, bellorum impetus conquievit.

* ſ. *actutum*.

N. XII. REINERVS *Monach. Leodiens.* in *Vita S. Wolbodonis* Cap. II. §. 11. Act. SS. T. II. April. p. 860.

Ceterum ad id tempus *Freſones* debellabat GANDAVENSIS COMES THEODERICVS eo, quod illius occiderint patrem ARNVLPHVM. Ad quem inhibendum Imperator GODEFRIDVM Lotharingiae Ducem cum exercitu miſit, et cum ſuccedere pax non

(21) *Mortem*] Nota occaſionem huius Belli, cuius *incentor* alibi perhibetur Epiſcopus Traiectens. Vnde facile credas, Epiſcopi opera Friſios Arnulfo Theoderici patri nocuiſſe. Cf. N. XII.

(22) *Debellandum*] Eſt hoc eiusdem AEGIDII eadem de re, ſed diver-

non potuiſſet; condicto die in pugnam pars utraque proceſſit. A. 1018. d. 29. Iul. N°. XIII. Iam in ſeſe acies concurrebant, dum novo repente monſtro pertonuit vox terrifica, neſcitur unde emiſſa, *fugite*, *fugite*. Hinc attonitus cum ſuis Dux, ac terroris quadam vertigine actus diffugium fecit. Perſtitere vero FRESONES, paucique plurimos cecidere adverſariorum, ipſo inſuper Duce capto, quoniam reputarent doli ac proditionis cauſa praelio illum exceſſiſſe. Permotus eſt Imperator, cum audiſſet, atque WOLBODONEM cum Legatis *Freſoniam* miſit, quod genere et ſanctitate clarus eo locorum haberetur. Qui etiam (ut ait Salomon – – –) ſua effecit induſtria, ut et captivitate Dux ſolveretur, et illata Duci et regno iniuria *Freſonibus* ab Imperatore donaretur.

N. XIII. HERM. CORNER. *Chronicon* in ECCARD. *Corp. Hiſtor. Med. aevi* T. II. p. 566. ad a. 1017.

THEODORICO COMITE GANDENSI pugnante contra *Friſones* in *Friſia* in vindictam patris ſui ab eis occiſi, praelio iam

verſius aliquanto, teſtimonium; unde ſatis apparet ex diverſo fonte hauſtum eſſe, in ipſa tamen re vero conſonum habendum, utpote ſic narratum Leodienſibus tunc temporis ab iis, qui interfuerunt. Certe exſtat iisdem verbis haec poſterior narratio integra in *Hiſtor. Monaſter. S. Laurentii Leodiens.* in Wolbodone §. 5. apud MARTENE *Collect. Ampliſſ.* T. IV. p. 1051.

A. 1018. d. 29 Iul. No. XIV et XV. iam conſerto, vox neſcitur unde emiſſa audita eſt; dicens, *fugite, fugite.* Et cunctis fugientibus Comes a paucis Friſonibus perimitur *cum potioribus ſuis* [l. multi perimuntur, non vero *Comes*] ſed GODFRIDVS capitur.

N. XIV. P. CHRIST. BROWER. *Annal. Trevir.* T. I. L. XI. §. 25. p. 509. ad A. 1019.

Godefridus Arduennas inferioris Lotharingiae ſive Belgicae Dux cum iuſſu atque auſpiciis *Henrici* nuper in Friſones pugnans, voce incertum unde miſſa, territus, fugiente exercitu, vivus in hoſtium poteſtatem veniſſet, *hoc demum anno*, cuſtodia miſſus, quinto Kalend. Octobris exceſſit, eique ſucceſſor Gozelo frater datus eſt.

N. XV. GESTA EPISC. LEODIENS. Cap. XXVIII. in MARTEN. *Coll. Ampl.* T. IV. p. 868.

Ipſo die eademque hora, qua praelium apud FLARDENGES committebatur, in quo maxima noſtratum caedes facta eſt, vitalem flatum exhalavit.

N. XVI.

(23) *Flandriae MS.*] Citatur apud DV CHESNE *Hiſtoire de la Maiſon de Guines et de Gand* P. II. p. 666. in Addit. nec non apud I. P. GRAMAYE *Hiſtor. Brabant.* in Catalogo MSS. nunc vero hoc ſeculo editus inter *Sacrae Antiquitatis Monumenta*, fol. A. 1731. in Oppido S. Deodati.

(24) *Friſones Morſatenos*] Per *Morſatenos* non alios intelligo, quam *Weſtfriſios*, qui in Paludibus *Moeren* dictis conſidebant atque habitabant.

Digitized by Google

A. 1018. d. 29. Iul. No. XVI. et XVII.

N. XVI. BALDVINVS NINOVENS. in *Chronico Flandriae MS.* (23).

In Friſia THEODERICO COMITE FLANDRENSI, filio ARNVLPHI GANDAVENSIS, debellante Friſones in vindictam patris ſui ab eis occiſi: GODEFRIDVS Dux Lotharingiae ad eum debellandum, et FRISONES MORSATENOS (24), qui ei conſenſerant, ab Imperatore mittitur. Conſerto itaque praelio, -- -- *Reliqua ut ſupra.*

N. XVII. HERMANNVS CONTRACTVS A. 1046. Auctor coaevus.

Rex Paſchale Feſtum apud *Traiectum* Freſiae urbem egit, et ſubſecutis diebus, navali expeditione in *Phladirtingam*, *fretum* (25) traiiciens, *Pagum* quendam, quem THEODORICVS *Marchio* ſibi uſurpaverat, ab eo *eripuit.* Vnde idem poſtea rebellionis cauſam ſumpſit.

Idem A. 1047.

THEODERICVS de *Phladirtinga Marchio* rebellaviſſe, et epi-

(25) *Fretum*] Per hoc *fretum* intellige Moſam, qua parte iuxta hodiernam Vlardingam olim ingens fretum ſive oſtium aperiebat. Venit enim ſecundo Rheni alveo navali expeditione: unde neceſſe habuit hoc *fretum traiicere*, ſi in Flardirtingam pagum ſive inſulam venire vellet. Sic etiam ſq. anno *in Phladirtingam traiecit*, teſte eodem; ac *Fieerdingen* cepit, teſte LAMBERT. N. XVIII.

Digitized by Google

A. 1018. d. 29 Iul. No. XVII. epiſcopatus ſibi contiguos ad iniuriam Imperatoris populatus eſſe nunciatur. [Et mox:] quibus de cauſis --- autumnali tempore navali exercitu collecto contra THEODERICVM in *Phladirtingam* arma commovit. -- -- Imperator, expeditione in *Phladirtingam* traiecta, *aquoſis* impedientibus locis, parum proficere potuit, et revertens, adverſariis *marino curſu* levibus ſcaphis latrocinantium more ſequentibus, et extremos quosque incurſando caedentibus, non modicam in exercitu cladem pertulit (26).

Idem A. 1049.

Interea glaciali hyeme ſuppeditante nonnulli de *partibus maritimis* (27) Milites et Principes cum Leodinenſi Epiſcopo, *Traiectenſi*, et Metenſi congregati, THEODERICVS in *Phladirtinga* inſidias tendunt, commisſaque pugna victum occidunt, et

(26) *Pertulit*] Huc etiam ſpectat ANSELM. *Canon. Leod.* in WAZONE Cap. CVII. pag. 304.

(27) *Maritimis*] Per *Partes maritimas*, ubi de noſtris rebus mentio eſt, hoc aevo intelligi Regiones Hollandiae ac Zeelandiae, qua proxime ad mare adiacent, alibi dictum. Hic imprimis Milites *Zeelandici*, *Vornenſisque* Inſulae incolae intelligendi videntur. Posſidebant Epiſcopi Traiect. hoc tempore multa in Zeelandia, iisque in ſpiritualibus praeerant. W. HEDA in *Adelbold.* p. 108. *Nec eo tempore aliquis in Freſia Batavia*, *Inſulisque usque ad Oceanum principatum tenuit*, *praeter ſolam Eccleſiam Traiectenſem*, *quae conceſſione Regum illa posſidebat.* Hinc BALDER. *Chronic. Camer.* de ADELBOLDO circa Zeelandos hoc miri enarrat L. III. C. 22. *Dominus Epiſcopus nobis narrare ſolebat ſibi certe ab Epiſcopo* ALBALDO *relatum; quia namque* AQVATICORVM FRISONVM *circa ipſam Parochiam moris eſt, aut vix paucos aut nullos Euchariſtiam in die ſancto Paſchae velle guſtare.*

Digitized by Google

et Provinciam illam Imperatori ſubiiciunt: quam tamen non A. 1018. d. 29. Iul.
multo poſt Gotefridus occupans, ab eisdem pugna petitus et N°. XVIII.
victus vix aufugit.

N. XVIII. LAMBERT. SCHAFNAB. A. 1047.

Aſcenſionem (Rex) in Augusta -- -- --. Deinde exercitum navalem per *Rhenum* duxit in *Friſiam*, contra GODEFRIDVM, eiusque adiutorem DIODERICVM, ibique duas urbes munitisſimas cepit, *Rinesburg* (28) et *Fleerdingen*.

N. XIX. CHRONICON EGMONDAN. A. 1048. [i. e. 1049.]

Theodericus Comes -- -- minus caute ſe cuſtodiens ab inimicis ſuis, apud *Dordrecht* occiſus eſt (29).

N. XVI.

(28) *Rinesburg*] *Rinesburg* legas an *Kenesburg*, inquirere nunc non refert: ſita fuit haec munitio intra *Rhenum* et *Moſam*. *Flerdingam* vero occupaturo Fretum ſive Oſtium Moſae traiiciendum ſibi erat, ut docet comparatio loci HERMANNI *Contract.* ad h. a.

(29) *Occiſus est*] Theodericum *apud Dordrecht*, i. e. in urbe *Dordracenſi* occiſum esſe, ad unum omnes conſentiunt Annales. At in Probb. N. XVII. a. 1049. diſtincte narratur, *Theodericum in* PHLADIRTINGA *inſidiis expetitum*, *et commisſa pugna victum occidisſe*. *Commisſa* autem *pugna* est intra urbem *Dordrechtum*, et poſtridie Comes *ibidem* per ſicarium *victus occidit*, *inſidiis expetitus*. Vid. WAGEN. *Vad.Hist*. D. II. bl. 164. Sita igitur Vrbs *Dordrechtum* fuit in *Pago* ſive *regione*, cui *Fladirtingae* nomen tunc temporis erat; unde et ipſe *Fladirtingae Marchio* dictus; ut fuſius alibi.

Digitized by Google

N. XVI.

A. 1007. et A. 1057. N°. I. Probationes ad *Infeodationem* WALACRIAE a. 1007. et 1057.

Ad Excurs. IV. *p.* 54-69. *et Excurs.* VII. *p.* 174, 184-190.

N. I. DITMAR. MERSBVRG. (1) *Chronic.* in LEIBNIT. *Script. Rer. Brunsv.* T. I. p. 383.

Vixit a. 1021.

Interea BALDVINVM Ducem iuventus et rerum affluentia ac mala iniquorum inflatio adverſus Regem armavit, et *Valentinam* urbem posſidere, potestatique ſuimet ſubdere ſuaſit. Quod Rex ubi primum comperit, ipſe cum ſuis militaribus accedens, eripere eandem asſidua pugnatione tentavit, et nil proſiciens abiit expeditionem ſuam in proxima aeſtate ſuper BALDVINVM fieri Orientalibus et Occidentalibus (2) firmiter indicens. Advenit optatum tempus; exercitus grandis colligitur, et a Rege cum eodem ad SCELLAM [i. e. Scheldam, Schal-

(1) Quis DITMARVS fuerit, et quantae fidei ſcriptor in rebus, quae ſuam attigerunt aetatem, vid. LEIBNITII Praefat. ad T. I. not. XXIX. *Script. Rer. Brunsv.*

(2) *Occidentalibus*] Sub his *Occidentalibus* comprehenduntur *Adelboldus Epiſcopus* Traiectinus, *Dux* Lotharingiae *Godefridus* et *Wicmannus* Comes Cliveuſis. Vid. N. II. Porro *Notgerus Epiſcopus* Leodienſis, apud ANSELM. LEOD. T. I. p. 207. Ed. Chapeav. *Bervardus Epiſc.* Hildesheimenſis apud I. I. MASCOV. *de rebus Imper. a Conrado* I. L. IV. p. 125.

(3) *Regis*] Var. Lect. ex integriore Codice: *Miles effectus*, *Walekorn et Valencinam praenom. urbem.*

(4) *Walekorn*] Per *Walekorn*, *Walekern*, vel diverſa pronunciatione *Walkeren*, (ſive ut in IPERIO N. VII. ſcribitur *Valkara*) intelligi *Walcheren* ſeu

Schaldem] fluvium pervenitur. Ibi ſe *Balduinus* armato milite praeſentans, transitum Regi prohibere fruſtratoria ſpe nititur, ſed prudenti conſilio quorumdam noſtri navibus alio latenter transvecti, eiusdem nimiam praeſumptionem, ex improviſo irruentes, confundunt. Fugiente eo, Rex in Christo victore laetatur, flumen transgreditur, vicinitatemque contiguam populatur. Cum autem ad Abbatiam, quae GENT dicitur, veniret, a confratribus illius Eccleſiae ſusceptus, loco eidem et bonis appertinentibus cunctis pepercit. Tandem *Balduinus* magna neceſſitate coactus, humili ſupplicatione veniam impetrat, et non longe post per manus Regis (3) WALECORN (4) et praenominatam urbem *in beneficium* adipiscitur. A. 1007. et A. 1057. N°. II.

N. II. ALPERT. *Divers. temp.* L. II. 10. in ECCARD. *Corp. Med. Aev.* T. I. p. 111.

In quo ſpatio temporis [a. 1006.] extitit cauſa, qua ab Im-

ſeu *Walacriam* Zeelandiae Inſulam vel Inſulas, nullum eſt dubium. BALDVINVS NINOV. N. VIII. diſerte ſcribit *Walachriam:* SIGEBERTVS N. III. *Walachras*, et ALBERICVS N. VI. *Valachras.* BALDERICVS *Walcras* N. IV. ALCVINVS *Vit. S. Willebr.* C. XIV. vocat *Inſulam Oceani Walacram.* ANNAL. SAX. ad a. 1014. p. 41. *in partibus Occidentalium regionum Walacheri et Flanderi*, pro quibus in eadem re CHRONOGR. SAXO Ed. *Leibnit.* p. 227. *Occ. reg. Walachre et Flanderae.* Saepius etiam plurali numero, ut hic SIGEBERTVS. DVDO *S. Quint. Decan. de Morib. Normann.* L. II. p. 74. B. et WILH. GEMMET. *Hist. Norm.* L. II. C. VII. p. 225. vocant *littora Walgrorum — Walgrenſes*, *Walgras.* IPERIVM autem per *Valkara* nihil aliud intelligere quam Inſulam *Walacriam*, ſtatim, not. (16.) dicam.

Digitized by Google

A. 1007. et A. 1057. N°. II.

Imperatore exercitus in Bratuſpantium fines mitteretur. Audierat enim a quibusdam importunis et ſeditioſis hominibus (5) regionem frequentibus incurſionibus devastari; cui exercitui ADELBOLDVS *Epiſcopus* et Dux GODEFRIDVS et WICMANNVS praeerant.

N. III.

(5) *Hominibus*] Intellige imprimis BALDVINVM cum ſuis.

(6) *Deſcriptum*] Multa verba disperdit, ac multifarias cudit criminationes Ill. Editor ad M. STOKE D. I. bl. 587–589. quo hoc *Sigeberti* de *Walacris* testimonium cum reliquis omnibus vel enervet, vel, ut aperte profitetur, penitus elidat, et pro ſuppoſiticio habeat, tamquam non ita a SIGEBERTO esſet ſcriptum. Si hoc testimonium de *Walacris* Vir. Doct. erroris posſet convincere, cetera putabat fore prona, et arrepta ſemel opinio firmius ſibi procederet. Si igitur *Sigeberti* testimonium genuinum probem, etiam reliquorum fides ſarta tecta maneat. Quapropter ut maiore fide docti Viri conatibus obviam irem, historicae veritati, non vero praeiudicatis opinionibus, litare ſatagens: ſcripſi ad Vir. Rev. politico atque erudito orbi inſigniter notum IOANN. NATALEM PAQVOT, tunc temporis in Abbatia Gemblacenſi commorantem, eumque rogavi, ut ad has quaestiones mihi reſpondere haud dedignaretur: rogabam autem

1. Num Originale, ut vocant, SIGEBERTI exemplar adhucdum exſtet Gemblaci? Et unde id conſtet?

2. Num in eo ſcripta habeantur ad a. 1007. haec verba, cett.?

Ad quas officioſisſime curatisſimeque pro more Paquotiano mihi reſpondit.

Ad 2am nempe, haec ipſa verba, quae ſupra dedi, ex ipſo Codice deſcripſit; unde omnia HVYDECOPERI contra *Walacras* ab Imper. Henrico Flandris datas molimina uno impetu corruant necesſe est.

Ad Primam autem ſua ipſius verba, quod pace Viri liceat! hic proferam, quia continent notitiam literariam accuratiorem Codicis MS. Sigebertini. Sunt autem haec:

„ Nititur auctoritas Exemplaris Gemblacenſis Chronicae Sigebertinae (ſic „ enim est titulus: INCIPIT CHRONICA DOMNI SIGEBERTI GEMBLACENSIS MONACHI, et quidem pallidiore, quam ipſum opus, „ atramento) nititur, inquam, traditione ipſius Monaſterii, in quo hoc „ Exemplar ab immemorabili, ut loquuntur, tempore habitum est pro „ authentica ipſius Sigeberti ſcriptura ".

„ Deinde

N. III. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *Chronic.* Ad a. 1007.

A. 1007. et A. 1057. N°. III.

Ex Originali Exemplari MS. deſcriptus (6).

HENRICVS imperator quia de obſidione *Valentianenſi* ineffi-cax redierat, contra BALDVINVM profectus caſtrum Ganda-vum

„ Deinde Character habet omnino ſigna XII. ſaeculi, quantum ex Diplomatica Mabilloniana iudicari poteſt, et ex aliis ipſis eiusdem ſaeculi codicibus, eo ſaeculo Gemblaci, Abbate Guiberto, item Alberto, ſcriptis ".

De ipſa Scriptura haec obſervat. „ 1°. Novum Characterem incipere anno 972. post haec verba: *Notgerus ordinatur eps Leodicenſium.* 2°. tertium characterem ad annum 1084. incipere ac deſinere anno MCXI. his verbis: *potenter eos proterebat.* 3°. Alios aliosque ſuccedere characteres a verbis illis dicti anni IIII. ſeu MCXI.): *Quid vel quomodo inter* — usque ad haec verba, quibus abſolvitur annus 1148. et ipſe Codex: *multa* ſic *milia Dacorum Sclavorum occidero gladiis.*

„ Et aiunt quidem *Anſelmum* Abbatem auctorem eorum eſſe, quae fluunt ab anno 1113. ad annum quo obiit 1136. Verum quae hinc ſubſequuntur, ab incerto ſunt. Neque ſatis ſcio, an non *Anſelmus* ab anno MCXI. (non MCXIII.) ſcripſerit; certe SIGEBERTVS ipſe, in ſuo *Scriptorum Eccleſiaſticorum* Catalogo, ait, ſe ſcripſiſſe ad annum MCXI. Sed haec intelligo de compoſitione (1), ſeu (ut ipſe loquitur) *ordinatione* Chronici, non de manuali formatione characterum, quam illius eſſe putem ad annum dumtaxat 972. ut ſupra innui.

„ Has autem characterum diverſitates credo ego, ſi bene conſiderentur, argumentum eſſe *Operis Autographi*; nec enim amanuenſibus tam diverſis committitur deſcribendum Opus ab alio confectum, nec adeo longum, ut plures adhibere neceſſe fuerit. Et quod *Sigebertus* ipſe ſua manu non ſcripſerit ultra annum 972., cum compoſuerit usque ad MCXI. in cauſſa eſſe potuit ſenilis infir-

(1) Quid ſi haec intelligas de compoſitione, quae *tertio* illo *Charactere* expreſſa eſt, inde ab anno 1084. usque ad a. MCXI. quam ipſe et compoſuit et ſcripſit; dum priora compoſuerit quidem, non vero ſcripſerit. "

A. 1007. et A. 1057. No. IV. vum invadit, et depopulata terra, aliquot Flandrenſium primores capit: unde *Balduinus* perterritus Imperatori ſatisfacit, Valentianas reddit, datisque obſidibus cum ſacramento fidelitatis manus ei dedit. Postea imperator ſeditione ſuorum coactus, Valentianas *Balduino* beneficiavit, ut ſibi contra motus ſuorum auxilio esſet. POSTEA EI ETIAM WALACHRAS ADDIDIT.

N. IV. A. BALDERICVS *Chronic. Camerac.* L. I. C. CXIV. p. I 3.

Interea obortis ſimultatibus inter Comites, BALDVINVM vide-

„ infirmitas. Obſerva autem elegantiorem esſe manum a. 972 ad 1084. quam ante, ac multo elegantiorem quam quotquot apparent post dictum annum 1084.

„ Hoc autem uſus Codice ad ſuam editionem AVB. MIRAEVS, ait in Prologo: „ Inter hos quidem [Codices quos adhibui] Gemblacenſis codex, ut domesticus, ſic et antiquisſimus fuit; ipſius nimirum auctoris manu ſi non ſcriptus, deſcriptus ſaltem ex eius, quantum ex litteris paene fugientibus coniicere licet, autographo. Secundas obtinet exemplar Aquicinctinum ". Et quae plura.

„ Qui Gemblacum adiere circa an. 1717. Patres DVRAND et MARTENE e Congregat. S. Mauri, auctores librorum duorum, quibus titulus: *Voyage Litteraire de 2. Bénédictins de S. Maur.*, nihil adverſantur huic opinioni. Vidimus, inquiunt, Chronicon Sigeberti, *qui paſſe pour l'Original.*

„ Quartum locum tribuit MIRAEVS Codici *Abrahami Ortelii*", qui (ait) nunc a Patribus ſoc. Ieſu Antuerpiae adſervatur ". Subditque continuo: Viſi nobis et alii codices ".

„ Porro Gemblacenſe is ubique ſequutus est, et additamenta in aliis Codicibus obvia diſtincto Charactere imprimenda curavit.

„ Neque tamen negat esſe, et quaedam in Codice Gemblacenſi, ſed et iſta Charactere discrevit. Ego tamen Characteris ſimilitudine ſtilique adducor, ut dubitem, num pauca illa „ huius

Digitized by Google

videlicet Flandrenſem, atque ARNVLFVM Valentianenſem, aſperrima exercuit diſcordia, quae uſque ad bellum procedens, quietem huius civitatis plerumque [l. plurimum] interpolavit. — Balduinus civitati huic multas incommoditates irrogabat. A. 1007. et A. 1057. N°. IV.

B. Ibid. p. 106.

Ipſe vero BALDVINVS interim multa manu collecta *Valentianenſe* caſtrum obſedit, atque ARNVLFO, quia longe numero erat inferior, expulſo, vindicare praeſumpſit. Quibus ita geſtis, HEINRICVS Rex excitatus, BALDVINVM ſaepe ad iuſtitiam

„ huius Codicis additamenta ab alia, „ quam *Sigeberti*, manu ſint".

Hactenus perquam officioſe ad me perſcripſit V. Cel. I. N. PAQVOT. Quod ex Miraei praefatione addit de MS. Codice in Bibliotheca PP. Exieſuitarum Antverpiae; elegantisſimum hunc Codicem Membranaceum in fol., quem ex eius fine ſatis colligas ſcriptum eſſe ante a. 1239. ipſe manibus trivi, ibidemque etiam diſerte invenitur haec lectio, quam tantopere impugnat V. D. *Poſtea ei etiam* WALACHRAS *addidit.*

Porro Codex ille MS. qui olim *Lipſii* fuit, nunc vero ſervatur in Bibliotheca Publica Leidenſi, (vid. Catalog. Bibl. p. 531. N. 2.) etiam habet WALACHRAS. De quo Codice obiter hic obſervo, agnoſcere ſcriptorem *Affligemenſem*, eumdem fortasſe, qui ſub *Auctarii Affligemenſis* nomine ab a. 1152—1164. ab *Aub. Miraeo* editus eſt p. 208. ſqq. Hoc abunde patet ex ipſo Cod. ad a. 1087. Pro eo enim, quod MIRAEVS p. 40. ex MS. Lips. edidiſſe ſe dicit: *Domnus Fulgentius* AFFLIGEMENSIS *coenobii primus abbas* — —, in MS. habetur: *Domnus Fulgentius* HVIVS *cenobij primus abbas hoc anno electus eſt*. Et ad a. 1096. *Ida Bolon. Comit. tradidit* NOBIS *eccleſiam que eſt in uilla Genapia*, pro quo MIR. p. 164. *Ida Bolon. Com. tradidit* AFFLIGEMENSIBVS —. Habeo alia maioris momenti ex hoc Cod. MS. notanda, quae nunc ſilentio praetermitto. Sufficit docuiſſe contra V. D. HVYDEC., omnes conſentire in *Feudum* WALACRARVM.

Digitized by Google

A. 1007. et A. 1057. N°. IV. titiam vocavit; ſed ſemper renitens, vocationes eius ſprevit. Rex itaque paucis poſt diebus, multitudine ſuorum Principum fultus, immo etiam cum ROTBERTO Rege Karlenſium, ſed et pariter cum RICHARDO Duce Rotomag. idem Caſtellum cum indignatione aggreſſus, ſuper Balduinum irruit, ſed — fruſtrata ſpe, nihil proficiens in ſua remeavit.

C. Ibid. L. I. C. CXV. p. 107.

Poſtea huius obſidionis incentorem ERLVINVM (7) Epiſcopum BALDVINVS exiſtimat, ideoque in ipſum et in viſcera totius urbis [Camerac.] diſtrictam ultionem ſe facturum eſſe minatur. Vnde Praeſul perterritus, civitatis ſtatum et reipublicae negotium Archidiaconis et primis militum commendavit, et ne incaute ab ipſo minace tyranno opprimeretur, Regem expetiit. Vbi ſane tam diu demoratus eſt, donec videlicet Rex, coacto multo milite *Caſtrum Gandarum*, ad devaſtandam terram invadit (8), captisque aliquot ex Balduini primis Militibus, adeo Balduinum perterrefecit, ut mox ſuus effectus, ad totius generis ſatisfactionem veniens caſtellum *Valentianenſe* ei red-

(7) *Erluinum*] Sedit Erluinus a. 996–1011 vel 1012.

(8) *Invadit*] Sigeb. a. 1007.

(9) *Gerardus*] Epiſcopus Cameracenſis a. 1014. creatus eſt, ab Rege Henrico rediens.

(10) *Pervenit*] Ergo iam illo a. 1014. urbem habebat.

Digitized by Google

reddiderit, datisque obſidibus cum ſacramento quoque, fidelita- A. 1007.
et
tem et pacem ei ſervaturum eſſe in antea ſpoponderit. Postea A. 1057.
No. IV.
tamen gravibus et multis ſeditionibus premitur, et ideo BALDVINO, ut ſibi eſſet auxilio, Castellum hoc Valentianenſe beneficiavit.

D. Lib. III. C. I.

His ergo comitantibus, cum iter faciens GERARDVS (9) *Valentianenſe* castrum pene ſubiret, BALDVINVS Comes, audito rei exitu, etiam comitaturus occurrere festinavit, tantaque copia fultus, in urbem pervenit (10), a populo videlicet et clero cum laeta et officioſiſſima celebritate ſusceptus.

E. L. III. C. II.

Procedente vero aliquo temporis (11), ipſe Domnus GERARDVS ordinatis ſuis rebus, vasſallisque ac clericis ſibi ſacramento conſtrictis, ad Imperatorem in villam videlicet *Noviomagum* (12) ſe contulit, et cum aliis Imperatoris fidelibus, etiam BALDVINVM *Comitem* pariter duxit, ubi EI Imperator *villam* WALCRAS *beneficiavit*. Hoc autem in loco ipſum *Domnum*

(11) *Temporis*] Igitur post a. 1014. et vivente *Gerardo*.

1016—1018. Vid. ſupra p. 67. et a. 1021. BALDER. l. l. L. III.

(12) *Noviomagum*] Fuit illic a. C. 17.

A. 1007. et A. 1057. N°. V. *num* GERARDVM in ſua praeſentia fecit ordinari presbyterum (13).

N. V. A. ANNAL. SAXO, a. 1006. p. 404.

Interea BALDVWINVM Ducem Flandrenſem iuventus et rerum affluentia ac mala *iniquiorum* inflatio adverſus Regem armavit et *Valentinianam* urbem poſſidere in *Marcha Franciae* et *Lotharingiae* ſitam volebat. Quod Rex ubi primum comperit, ipſe cum ſignis militaribus accedens eripere eamdem aſſidua impugnatione tentavit, ſed nil proficiens, abiit, expeditionem ſuam in proxima aeſtate ſuper BALDVWINVM orientalibus et occidentalibus firmiter indicens.

B. Idem a. 1007. p. 405.

Rex HEINRICVS collecto grandi exercitu ad *Sceldam* fluvium contra BALDVWINVM venit. Ibi ſe BALDVWINVS cum armata manu praeſentans transitum Regi prohibere frustra niti-

(13) *Presbyterum*] Integrum dedi locum, ut aequus iudicet Lector, quo iure ſcripſerit Editor AEM. STOK. D. I. bl. 587. nihil de his habere BALDERICVM; quae autem de WALCRIS habeat, reſpicere non ad *Balduinum*, ſed ad *Gerardum*. Concedimus *villam* non eſſe *Inſulam*. Sed illorum tempore periti ſatis norunt, *villam*, *pagum*, *marcam*, *inſulam*, ſaepe tamquam ſynonyma poni. Potuit etiam ſcriptor rem narrare, quam ab ipſo *Gerardo* praeſente audiverat,

nititur. Nam Regis milites navibus alio transvecti praeſum- A. 1007. et A 1057. N°. VI. et VII.
ptionem eius ex improviſo irruentes confundunt. Quo fugiente Rex in Christo laetatus flumen transgreditur, Regionemque contiguam populatur. Cum autem ad Abbatiam, quae *Gend* (14) dicitur, veniret, a fratribus illius loci ſuſceptus loco eidem et bonis adpertinentibus cunctis pepercit. Interim BALDVWINVS necesſitate coactus humili ſupplicatione veniam impetrat, et non longe post, per manus *miles Regis effectus*, *Walecorn et Valentinianam in beneficium adipiscitur* (15).

N. VI. ALBERICVS TRIVMFONT. *Chron.* p. 44.
Ad a. 1006. et 1007.

Eadem habet quae SIGEBERTVS N. III. excepto quod pro *ſeditione ſuorum* legit *ſuaſione.* Et *Valachras.*

N. VII. A. IO. IPERIVS *Chron. S. Bertin.* C. XXXIV. p. 570. E. in MARTEN. *Thes. Anecd.* T. III.

Anno quarto Henrici Imperatoris Comes Flandriae BALDVINVS BARBATVS castrum imperatoris *Valenthines* invaſit. Impera-

verat, et tamen, ut fit, loci ſitum atque indolem haud noviſſe. De *Gerardo* autem tamquam *Walcris* donato non eſſe ſermonem; ſed de *Balduino*; clariſſime docent verba ſqq. *ipſum Gerardum.*

(14) *Gend*] Fuit igitur urbs *Gent* in Ditione Balduini.

(15) *Adipiscitur*] Sumta haec ſunt ex DITMAR. VI. p. 383. ubi eadem ſupra p. 95.

Digitized by Google

A. 1007. et A. 1057. N. VII. perator cum rege Francorum illud obſedit, ſed inefficax rediens *Gandavum* invaſit, et plures de maioribus Flandriae cepit: tandem in palatio Aquisgrani BALDVINVS reddens imperatori *Valenthinas*, cum eo pacificatur. Post hoc Imperator ſeditione ſuorum coactus BALDVINVM ad ſe vocavit, cuius auxilio ſibi rebelles omnino ſubegit. Tunc imperator ei *Valenthinas* beneficiavit, et terram de VALKARA (16) ſuperaddidit.

B. Idem p. 576, 577. Pars II. de *bello Comitis Flandriae Balduini Inſulani contra Imperatorem et de novo foſſato, quo ipſe ab Occidente clauſit Flandriam.*

Anno post elevationem corporis beati Bertini Imperator HENRICVS ſecundus contra BALDVINVM Inſulanum Flandriae Comitem bellum movit: HERMANNO Montenſi comite defuncto, viduam eius BALDVINVS Pius Filius Balduini inſulani iam iam dicti duxit uxorem, imperatore non conſulto, et Hannoniae comitatum invaſit. Balduinus Inſulanus Tudinium, Balduinus filius eius Hoïum vastarunt et incenderunt. Imperator,

(16) *Valkara*] Ad hanc *Valkara* ſcripturam V. D. HVYD. *ad* STOK. D. I. bl. 588. notavit, ex ſolo *Sigeberto* poſſe probari mentionem hic eſſe *Walacrae*; atqui *Sigeberti* testimonium reiicit. Errat vero Vir Doctus; quod ut probem, ſufficit dicere, ſic et alibi de *Walacria* ſolere ſcribere IPERIVM. En

tor indignans contra Balduinum venit usque ad fluvium Scaldim, A. 1007.
et Balduinus ex altera fluvii parte conſedit. Imperator transire et A. 1057. No. VII.
non valens, partem exercitus ſui per Cameracum et Scluſam mittit, ut Balduinum a tergo comprehendat. Sed Balduinus ſibi praecavens, Liſam fluvium transiens ſe tutavit, ſicque Imperator terrae partem vastans per Tornacum rediit anno Domini MLIV.

Anno post hoc tertio defuncto Imperatore HENRICO ſecundo, ſuccesſit filius eius Henricus tertius, qui iam cum patre expertus Orientalem partem Flandriae fortalitiis, gentibus et fluviis ſic munitam, et partes Orientales invalidas, exercitum per Tornacum ducens, huc accesſit, ut per has partes Flandriam intraret. BALDVINVS comes hoc praeſentiens, populum ſuum undique collegit, et fosſato Flandriam claudi fecit ab illa parte; quod fosſatum per novem leucas in longum ducens, id est a castro de Vrhoult usque ad Basſeiam in ſolis tribus diebus et noctibus conſummavit, et ibidem Imperatori reſtitit; admirans Imperator fortalitium et multitudinem armatorum, via qua venerat recesſit. Comes vero cum ſuis ipſum per Flandriam inſequens usque Neomagum, palatium Imperatoris

En locum p. 696. B. *Ferrandus Comes Flandriae et Reginaldus — navigium regis quod ſuit apud Dam combusſerunt, et magnis theſauris ſpoliatis; et inde ad* WALKARAM ZELANDIAE INSVLAM *cum praeda ſe receperunt.* Cf. quae dixi EXCVRS. VII. p. 275.

A. 1007. et A. 1057. N°. VIII. toris combuſſit, et ſic in Flandriam rediit. Postmodum in Tornaco per HENRICVM Francorum regem pax facta est inter eos, ſicque Comiti Flandriae remanerent perpetuo et hereditarie pars illa Brabantiae, quam ipſe BALDVINVS comes conquiſierat ultra Teneram fluvium et comitatus Alostenſis *cum terra Quatuor Officiorum*; inſuper in ZELANDIA *quinque inſulas* Imperator ei ſuperaddidit, cum conditione *quod eas ab Imperatore teneret.*

N. VIII. BALDVIN. NINOVENS. ad A. 1006. p. 142. Ed. *S. Deod.*

A. 1006. HENRICVS Imperator Castrum *Valencias* ſitum in Marchia Franciae et Lotharingiae ſuper *Scaldim* flumen obſidet, quod BALDVINVS Com. Flandrenſium invaſum praeripuerat, ſed ab obſidione rediens inefficax, contra Gandavum ſe vertit, depopulataque terra incendio caede et luctu pleroſque Primatum capit, totiusque Flandriae excidium minatur; ſed *Balduinus Comes cum timore perculſus* ſatisfeciſſet Imperatori, *reddidit ei Imperator Valencias, nec non et* WALACHRIAM.

N. IX.

Digitized by Google

N. IX. HERMANNVS CORNERVS *Chronic.* Ad a. 1057. p. 594. A. 1007. et A. 1057. N°. IX. et X.

Primo anno HENRICI, qui eſt Domini MLVII. Coloniae generali conventu Principum habito, ſecundum Sigibertum, Baldowinus et Godfridus, mediante Victore Papa, ad gratiam Regis et pacem reducuntur, et omnes bellorum motus ſedantur. -- -- --

BALDOWINVS Comes Flandriae, ſecundum Wilhelmum, ab Imperatore Valentianas et WALACRIAM in beneficio ſuscepit.

N. X. H. D'OVTREMAN *Hiſtoire de Valentiennes* fol. a. 1639. L. I. C. XV. p. 91.

„ Du depuis l'Empereur ſe voyant empresſé d'affaires, „ plusieurs grands Seigneurs s'eſtans reuoltez contre luy, ſe „ reſouuenant de la valeur du ieune Comte Baudouin, et deſireux de l'obliger, luy rendit la ville et Comté de Valen- „ tiennes; et en oultre luy donna *l'Iſle de Walcheren.* Voila „ ce qu'en diſent tous les anciens et modernes vnanimement. „ Mais pas vn d'eux ne nous donne asſeurance en quel an cela „ ſe fit. Car *Sigebert* et autres racontent cecy l'an mil et „ ſept. *Baldric* rapporte la donation de *Walcheren* apres que „ Gerard II. fut placé au ſiege de Cambray, c'est à dire l'an

Digitized by Google

A. 1007. et A 1057. N°. XI. „ mil douze. La Chronique de Gand remet l'vne et l'autre „ donation *à l'an mil vingt* " (17).

N. XI. SANDER. *Flandr. Ill.* T. I. p. 45.

BALDVINVS IV. pulchrobarbus -- -- damna ab Henrico II. Caeſare accepit, --- a quo tamen amicitiam, Valencenas, et *Zelandiae Inſulas* in fide Imperii tenendas poſtea eſt conſecutus.

(17) *à l'an mil vingt*] De BALDERICO vid. ſupra p. 100. n. 9, 11, 12. De *Chronico* vero *Gandenſi*, quod poſtea animadverti, errat D'OVTREMAN. Narrat fere eadem MS. Codex *Chron. Gand.*, quae SIGEB. GEMBL. N. III. p. 97, 98. idque ad a. 1007. unde coniecto, hunc ſcriptorem Gandavenſem ſua ex SIGEB. hauſiſſe.

N. XVII.

A. 1071. LAMBERTVS SCHAFNABVRG. *Chronic.* in PISTORII *Rer. Germanic. Script.* p. 182. Ed. 1613. T. I. p. 344-346. Ed. 1726. (1).

A. 1071.

Ad Chronic. p. 57. ſqq. etc.

Rex, ſicut inſtituerat, in Baioariam abiit, ibique compoſitis mediocriter, prout tum copia erat, regni negotiis, ad Rhenum re-

(1) Quo integrum magis noſtratibus foret iudicium de criminationibus, quas in hunc Scriptorem congeſſit Vir Ill. ad *Chronicon Rhythm.* STOKEANVM D. I. bl. 279—296. quasque variis iam locis tetigi, ac profligavi; locum integrum dare, conſultum duxi. Vocat Vir Doctus hunc ſcriptorem l. l. bl. 279. *een ſierlijk Romanſchryver.* — bl. 280. *Zyne onkunde was zoo groot, dat hy zelfs noit geweeten heeft, dat Goverd Holland* over-

rediit; caſtellum Hamerſtein, quod à ſuperioribus regibus iam olim dirutum fuerat, ſummo niſu inſtauravit; Paſcha Coloniae celebravit, ibique rurſus Ottoni duci inducias usque in Pentecoſten dedit: exacta ſolennitate Paſchali Leodium abiit. Ibi ad eum vidua Balduvini comitis venit, regiae maieſtatis patrocinium expetens contra violentiam improbitatemque RVTBERTI fratris Balduvini, qui et fratrem prælio victum vita privasſet, et comitatum eius, expulſis uxore et liberis, tyrannica crudelitate occupasſet. Non ingratum fortasſis lectori ſecero, ſi geſtae rei hiſtoriam, quam paucis potero, abſolvam. In comitatu Balduvini eiusque familia id multis iam ſeculis ſervabatur, quaſi ſancitum lege perpetua, ut unus filiorum, qui patri potisſimum placuisſet, nomen patris acciperet, et totius Flandriae principatum ſolus haereditaria ſucceſſione obtineret; caeteri vero fratres aut huic ſubditi, dictoque obtemperantes ingloriam vitam ducerent, aut peregre profecti, magis propriis rebus geſtis ſlorere contenderent, quam deſidiae ac ſocordiae dediti, egeſtatem ſuam vana maiorum opinione conſolarentur. Hoc ſcilicet fiebat, ne in plures diviſa provincia claritas illius familiae per ino- A. 1071.

overweldigd hadt. bl. 283. *Al waar hy geweest, in rebus Germanicis een accuratisſimus ſcriptor, nochtans is hy geweest, in rebus Belgicis, een ineptisſimus nugator.* bl. 294. *Wat geldt hier tegen een Lambertus of Pſeudolambertus? een Romanſchryver? een Logenaar in veele opzigten, doch allerzekerst in zyne zotte vertelling van de Avontuuren van Robert den Vries* — Haec aliaque ſcommata in probum ſcriptorem congesta vindicent Germani; ego

A. 1071. inopiam rei familiaris obſoleret (2). Igitur cum Balduvinus ſenior duos genuisſet filios Balduvinum et Robertum; Balduvinum omnium quae habebat haeredem inſtituit; Ruberto, ubi primum aetas faciendis ſtipendiis matura viſa est, naves paravit, aurum, argentum et caeteras longinquae profectionis impenſas affatim praebuit, iusſitque ut ad gentes exteras iret, et ſi vir esſet, propria ſibi virtute regnum divitiasque pararet. Ille patri acquiescens: asſumpta ſecum multitudine, qua regio praegravari videbatur, navem aſcendit, et in Gallitiam ire, eamque, ſi votis Deus ſuccesſum annuisſet, ſibi ſubdere cogitavit. Cumque post paucos dies ad ignota quaedam littora applicuisſet, et egresſus in terram, ab incolis loci praedas agere coepisſet: illi ex omnibus partibus ad arcendam vim ilico armati conveniunt. Facta congresſione eum, cum aliquandiu pugnam fortiter ſuſtinuisſet, in fugam vertunt, fugientem usque ad naves perſequuntur, ſociosque eius pene ad internicionem proſternunt. Ipſe cum paucis vix fuga elapſus, ad patrem tantae calamitatis nuncius rediit, à quo propter male gestas res contumelioſe repulſus, alia rurſum via, quomodo hac non ſuccesſisſet, fortunam

ego vero quod ad nostram ſpectat historiam ſatis redargui in not. *ad Chronic.* T. I. P. I. p. 57. ſqq. et P. II. p. 71, 74. Multa enim, quae bene dicta ab illo fuerant, confuſe illic traduntur, et aliis aliisque alligantur annis. Concedo equidem, nonnulla dari in LAMBERTO, quae magis accurate, ſaltem clarius enarrari potuisſent. Nec tamen propterea ſcriptorem falſi, fraudisque arguere licet. Multa eiusmodi aliis in ſcriptoribus occurrunt, quae iudicii lan-

Digitized by Google

nam tentare adgreditur; omnia paratus, etiam extrema perpeti, ut maculam veterem factis recentioribus elueret. Reparatis navibus, et numero militum inſtaurato, marinis iterum fluctibus ſe credidit, in regionem longinquam, ubi ſedem vaganti Deus oſtendisſet, iter facturus. Et ecce post paucos dies tempeſtate infestisſima circumuentus, multis ſuorum naufragio amisſis, ipſe nudus, omniumque rerum egens, vix et aegre in littus evaſit. Dehinc asſumpto plebeio habitu, inter eos qui Hieroſolymam cauſa orationis pergebant, Conſtantinopolim ire parabat, vocatus eo crebris legationibus Nortmannorum, qui ſub imperatore Conſtantinopolitano militabant, quique ei, ſi illuc veniret, totius Graeciae principatum pollicebantur. Sed imperator Conſtantinopolitanus, comperto hoc conſilio, omnia flumina, per quae transitus in Graeciam esſe poterat, appoſitis cuſtodibus obſervari fecit, ut deprehenſus ilico trucidaretur. Sic conatus coeptumque eius irritum fuit (3). Tandem advertens ſic infeliciter ſibi cedere, quamcunque viam tentasſet amplificandae gloriae ſuae; deinceps in perpetuum ab oppugnatione exterarum gentium animum avocavit, atque in *Friſiam*, quae confinis A. 1071.

lancem requirant; imprimis ſi ex auditu res narrantur.

(2) *Familiaris obſoleret*] Haec certe non peculiare Flandris, ſed in omnibus maioribus Feudis; uti in Anglia hodiedum iure primogeniturae obtinet.

(3) *Irritum fuit*] Has Roberti expeditiones ridet et conſictas cenſet V. D. ſed ſine iusta causſa. Nihil enim attulit, quo coaevi ſcriptoris narrationem falſi inſimulet.

Digitized by Google

A. 1071. nis est Flandriae (4), (cui THEODERICVS quondam Comes, et poſt hunc FLORENTIVS frater eius imperaverat) irruptionem fecit. Bis ibi commiſſo praelio victus ac fugatus est. Tandem incolae loci multis certaminibus exhausti, cum animum eius vel ad mortem, vel ad victoriam obſtinatum cernerent, ultro ſe ei dediderunt. Quod ubi frater eius (5) Balduinus comperit, (iam enim pater eius morbo ac ſenio confectus naturae conceſſerat) armata multitudine his eum ſedibus proturbare, magna vi, magno molimine parabat. Cui cum exercitu adventanti Rubertus legatos obviam miſit, obteſtans per Deum, ut ſe fratrem ſuum reminiſceretur, nec iura germanitatis, apud barbaros quoque ſemper ſacroſancta et inviolata, pollueret; miſereretur potius peregrinationis, laborum et calamitatum, in quibus totam aetatem ſuam detrivisſet; gauderet ipſe beatus ſorte ſua, quod totam communis patris haereditatem, quam iure gentium ſecum dividere debuisſet, ſolus ſine conſorte obtineret: ſe patriis finibus extorrem, paterna haereditate deſtitutum, ab ſumma gloria maiorum ſuorum ad ultimam egestatem coactum, exteras gentes bello laceſſiſſe, terras ac maria concitaſſe, nihil denique praetermiſiſſe, ne de portione paternae ſubſtantiae, quae ſe con-

(4) *Quae confinis est Flandriae*] Fieri potest, ut haec ex locorum ignoratione non usquequaque accurate ſint digesta. Sed omnium optime fortaſſe narrat LAMBERTVS. Obſervavi enim in EXCVRS. VII. p. 168. extimos *Friſiae* limites per haec tempora *Flandris* fuiſſe contiguos, et ad *Sincval* protenſos; *Sincval* vero fuiſſe in ipſa Flandria. Minime igitur erraverit ſcriptor, ſi *Zee-*

contingeret, fratri moleſtus eſſet: nunc laboribus exhauſtum, A. 1071.
adverſitatibus defatigatum, vix et aegre parviſſimo terrarum angulo inſediſſe, cuius nullam partem conſtet ad eius dominium pertinere: poſtremo id ſe animo fixum habere, nec à ſententia ulla vi, ulla neceſſitate abduci poſſe, ut hic aut inſtantis iam ſenectutis requiem, aut honestae ſaltem mortis ſepulchrum ſit habiturus. Nihil ille his verbis motus, exercitum haud ſegniter ad Friſiam admovebat. Tum Rubertus neceſſitate compulſus, armata iuventute quam ſecum lectiſſimam habebat, obviam ei proceſſit: commiſſoque praelio ex parte Balduvini multi occiſi, plures vulnerati, omnes in fugam verſi ſunt: quos dum ipſe loco pulſos ſiſtere, pugnamque reſtituere ſummo conamine moliretur, in confertiſſimos hoſtium cuneos temere invectus occiditur: cuius morte comperta Rubertus ilico in Flandriam irruptionem fecit, eamque ſibi tanquam ex iure debitae ſucceſſionis totam mancipavit. Filius erat Balduino impubis adhuc adolescens, et nec dum armis militaribus maturus: is repente et peremti patris et hoſtilis irruptionis atroci nuncio attonitus, ad regem Francorum Philippum nomine confugit, auxilium et necis paternae vindictam expetens, eo quod pater eius

Zeelandiae Inſulas, quas revera poſſedit *Robertus Freſo*, intellectas voluit. Cf. EXCVRS. V. p. 77–80.

(5) *Pater eius*] Vid. EXCVRS. V. p. 74. (*h*) ubi docui in mortuo patre errare ſcriptorem, neque pugnam ob Friſiam fuiſſe, ſed ob Flandriam. Cf. ib. p. 71.

Digitized by Google

A. 1071. eius tam ipſi quam maioribus eius ſaepe in arduis rebus commodisſime affuisſet, et civitates quasdam ex his, quas Rubertus occupaverat, pro donativo ab eo accepisſet. Ille rei indignitate gravisſime permotus, ſtatim temere et tumultuario tantum milite collectum exercitum duxit in Flandriam, de magnitudine virium ſuarum et hoſtis imbecillitate nimium praeſumens. Sed Rubertus, quo viribus erat impar, eo magis ut rem astu tractaret intentus, ſimulato aliquandiu metu et fugiendi ſtudio, ex inſperato atque ex inſidiis copias ſuas ſuper exercitum regis effudit, tantumque eis terrorem incusſit, ut abiectis armis fugiendo ſaluti conſulere ſumma ope conarentur. Filius Balduini, cum deinceps parum ſpei in armis Francorum poneret, asſumpta matre ſua ad regem Teutonicorum Heinricum Leodii (ut praedictum est) tum temporis poſitum venit, opemque eius adverſus patrui violentiam ſupplex imploravit, atque ut magis eum ſibi obnoxium faceret, comitatum Reginheri quondam comitis cum caſtello munitisſimo Mons nomine, quae ſcilicet praedia mater eius à priore marito ſuo dotis nomine acceperat, ſancto Lamperto tradidit: quae rurſus epiſcopus Leodienſis duci Godefrido, ille itidem ipſi filio Balduini beneficii loco

(1) *Brugis*] Habet has literas et rem ipſam ex VREDIO etiam *Scriptor* BATAV. SACR. in *Wilhelmo Episc.* p. 133. Obſervatque ad eum Belgicus Editor VAN RIJN bl. 177. not. (9) in iis agi de ſola posſesſione *Ecclesiae Donatiani*; non vero de Iurisdictione eatenus extenſa. Id quod rectum! nam Eccleſiam quidem posſidebat *ad uſus ſtipendiarios Canonic. Traiectens.*, ſed ſua

loco dedit. Hoc rex quaſi pretio redemptus, epiſcopo Leodienſi, atque duci Godefrido, item aliis Lotharingiae principibus praecepit, ut in arduis rebus praeſidio illi esſent, et Rubertum, ſi iniuste invaſis ſedibus ultro excedere nollet, vi et armis expellerent. Qui protinus coadunato exercitu, in Flandriam profecti ſunt; ſed comperto, quod Rubertus cum rege Francorum iam in gratiam rediisſet, et expiata veteri contumelia firmum ſibi eum fidelemque fecisſet, infectis rebus in ſua rediere, temerarium iudicantes, cum rege potentisſimo privatis viribus acie confligere. Sic Rubertus deinceps Flandriae principatu in ſecuritate potiebatur. A. 1071.

N. XVIII.

De Dioeceſis Traiectinae extenſione usque ad urbem Brugas, vel certe S. Donatiani templi posſesſione Brugis (1). A. 1075. No. 1.

A. 1075. (2)

Ad Excurs. VII. *p.* 167. *ſq.*

N. I. OLIVAR. VRED. *Hiſtor. Com. Flandr.* Prodr. II. p. 520.

Ab huius [S. Bonifacii] morte reliqui Traiectenſes Epiſcopi *Quatuor Officia*, *Bierſletum*, *Walachriam*, aliaque loca enar-

ſita illa erat in *Epiſcopatu Noviomenſi* ſeu *Tornacenſi*. Proxime tamen adfuit. Cf. Charta a. 1122. et 1124.

(2) A. 1075.] Radbodus evectus eſt ad ſedem Noviomens. a. 1068. *Wilhelmus* Trai. ſuffectus a. 1061. obiit a. 1076. *Gregorius* Papa ſedit ab a. 1071. ad 1085. In nullum igitur alium annum Indictio XIII. cadere potest quam in a. 1075. quem propterea poſui. Errat igitur VRED. qui a. 1070.

Digitized by Google

A. 1075. N°. 1. enarrata ſibi retinuerunt, et Flandram Orientalem cum Eccleſia *Brugenſi* praetenderunt, per ducentos, et amplius, annos. Vnde gravis controverſia est exorta in curia Romana; cuius testis est epiſtola S. *Gregorii* Papae VII. Lib. II. Ep. 58. Tom. III. *Conciliorum generalium*, editionis Colonienſis, apud IOANNEM GYMNICVM, anni 1618. fol. 298. hoc titulo: *Vt Noviomenſem Epiſcopum ad Brugenſem villam a Traiectenſis Epiſcopi Iurisdictione ereptam, ſi id ibi conſtiterit, reſtituendum compellat: ſi quid autem iuris ſe putet habere, in ſynodo cauſſam agat.* Tenor vero epiſtolae ſic ſe habet, a BVCHELIO * quoque recitatae: „ *Gregorius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei „ *Manaſſi* Remenſi Archiepiſcopo Salutem et Apoſtolicam „ benedictionem. Confratris nostri, Traiectenſis Epiſcopi, „ *Wilhelmi* querelam, de *Brugenſi Eccleſiâ* in Noviomenſi „ Epiſcopatu ſita, literis ipſius expoſitam accepimus, quam, „ et ante D. et praedeceſſorem nostrum P. Alexandrum de- „ poſitam, necdum competenti termino contigit definiri. A- „ ſtruit autem *Epiſcopus Traiectenſis* eandem eccleſiam *tradi-* „ *tione antiquâ* ſedi ſuae delegatam *ducentis ferme annis* (3) ab- „ ſolute, et quiete ad uſus ſtipendiarios Can. Traiectenſium de- „ tentam; donec *Raboth* Noviomenſis epiſcopus absque ullo ca- „ nonico iudicio ſibi eam ſurripuit: et, ut affirmant legati (quod „ gra-

* In Hedom p. 136.

(3) *Ducentis ferme annis*] Nota fere *annorum poſſeſſionem*, id est *Antiquam traditionem*, ac *ducentorum* fere ſeculo IX. fere medio.

Digitized by Google

„ gravius eſt, et omnino illicitum) alteri cuidam Clerico vendi- A. 1075. N°. II.
„ dit. Quapropter Suffraganeum tuum Noviomenſem Epiſcopum
„ per te conveniendum eſſe cenſuimus, et de *tantâ perverſitate*,
„ (ſi ita eſſe conſtiterit) ſevere eſſe *increpandum*, ac ſubinde ad-
„ monendum, imo etiam compellendum, ut canonum ſtatuta ſe-
„ quendo, *eccleſiam Traiectenſem*, quae *tanto tempore posſedit*, ſi-
„ ne expoliatione, ſine morâ, reinducat: ac postea ſi quid ha-
„ bet, quod iure conqueratur, Synodali iudicio disceptare con-
„ tendat. Quod ſi huic authoritati nostrae, vel monitis tuis ob-
„ temperare neglexerit, tam diu Epiſcopali privetur officio,
„ quoad usque cauſas eccleſiasticas non potentiae magnitudine,
„ ſed iustitiae cenſurâ finiri oportere doceatur. Huius ergo ne-
„ gotii deciſionem per te ſtudioſe, et impigre volumus adimpleri,
„ et literis iudicium nobis, quantocitius poteris, notificari. Da-
„ tum Romae 3. Non. Martii, Indict. XIII."

N. II. AEG. BVCHER. *Belg. Roman.* L. XX. C. XII. p. 606.

Dioeceſin Traiectinam antiquam a parte Flandriae ita deſcribit:
„ Continebat ea Dioeceſis quidquid ab istis Flandriae quatuor Am-
bachtis ad Amiſiam usque fl. Oceano haustum extenditur. — —.
Quidquid Rheno defluente, Vahali, veterique Moſae fluxu, per
Zelandiae Brabantiaeque confinia; usque et ultra brachium Scal-

 dis

A. 1075. N°. II. dis Occidentale, quod *Honte* modo dicitur, et quatuor illa Flandriae Ambachta concluditur. -- -- -- Iſtorum Ambachtorum Decanatus, Eccleſiis duabus ſupra triginta memorabilis: quarum nomina (4) ſunt iſta: Hulst, Hontenesſe, Osſenee, Heinsdiik, Paulepolder, Axel, Polder van Namen, Meere alias Sudorp, Zoestenblide, Saamſlag, Alendijk, Ottenee, Trinitas, Asſenee, Winkel, Wachtebeke, Cluſa, Artenvelde, Nyekerk, Peerboom, Hertingen, Vroomdyk, Moerkerk, Willamsken, Steekerk, Boechout, Prera, Eccleſia S. Laurentii, Weswale, Biervliet duae Eccleſiae, Coudkerk. Iſtae ſunt quatuor Officiorum in Flandria Paroeciae, Decanatibus geminis Tornacenſibus antiquis contiguae, Ardenburgenſi et Waſiae".

N. XIX.

(4) *Nomina*] Dicitur hic Indiculus confectus ex rationibus Ioann. Wael, Canon. Traiectenſis a. 1406. ib. p. 607. *b*. Cf. *Batav. Sacr*. p. 133. et 140. Antiquitus vero, obſervante AEG. BVCHERIO *Belg. Rom*. L. VIII. C. x. §. I. Eccleſiastica Iurisdictio Dioeceſeonque partitio civili reſpondebat aut proxime accedebat; idque imprimis in Galliis et in Belgio verum fuisſe deprehenditur. In Belgica ſecunda erant ſedes Epiſc. Atrebatenſis, Cameracenſis, Tornacenſis, Morinenſisque ſeu Taruanenſis. Traiectenſis vero ſedis inſtitutio non ante ſeculi VII. finem locum habuit. Ad antiquos Decanatus Tornacenſes ſpectabant *Waſia* et *Ardenburgum*. Contra ad Traiectinam ſedem pertinuit quidquid quatuor Ambachta complectebantur. Exſtat in MIRAEI *Opp. Dipl*. T. II. p. 958. Charta *Burchardi* Epiſc. Traiectens., qua a. 1108. donat Eccleſiae S. Salvatoris Eccleſias 4. *Boekholt*, *Asſenede*, *Axelam*, et *Hulſtam*, cum earum decimis. Posſederat igitur eas iam antea Epiſcopus Traiect. In nominibus, ſupra vitioſe ſcriptis, nihil mutavi.

Digitized by Google

N. XIX.

THEODERICVS V. Comes Holtlandenſis confirmat Progenitorum conceſſiones Eccleſiae EGMONDENSI factas (1). A. 1083. d. 26. Iul.

A. 1083. d. 26. Iul.

Ad Chronic. p. 19, 20, 21, 28--30, 36. 110. a.

(Ex Originali penes Vir. Rev. L. TH. ROYER, Seren. Principis Arauſion. Capellanum Hagae Comit.)

IN NOMINE SANCTE' ET INDIVIDVE' TRINITATIS EGO THEODERICVS DEI GRATIA (2) HOLTLANDENSIS COMES (3) REPVTANS MECVM INCERTOS CASVS HVMANE FRAGILITATIS · DECREVI IVSTIS PETICIONIBVS ASSENSVM PREBERE · VT DIVINAM MISERICORDIAM IN ILLO DISTRICTO EXAMINE PLACABILEM MEREAR HABERE · Qua propter notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris Christi fidelibus · quod STEPHANVS bone' memorie' (4) abbas ekmundenſis e'ccleſie' quasdam auctoritates donationum (5) detulit manſuctudini nostre' · qua-

Vbi in Orig. ę habetur, ob eius notae defectum per e' ſcribendum curavi.

(1) Huius Diplomatis Vindicias egi ad eius calcem p. 128. ſqq.

(2) *Dei gratia*] Vid. infra p. 129.

(3) *Holtlandenſis Comes*] Vid. infra p. 138.

(4) *Memorie'*] Egi hac de formula p. 132.

(5) *Auctoritates donationum*] Voces *Auctoritas* et *Diploma* medio aevo idem notare, docet *nota* MATTH. ad *Ann. Egm.* p. 190. Obſerva autem hinc, priores Comitum Chartas Egmondanis datas olim exſtitiſſe; quae utinam non periiſſent, minus accurate forte ſervatae ob confirmationem rerum; modo revera perierint, neve hic illic in angulis latitent. Quod fere ſuſpicor.

Digitized by Google

A. 1083. d. 26. Iul. qualiter piiſſimi comites anteceſſores noſtri expropriis poſſeſſionibus et aregibus (6) iure hereditario ſuſceptis eandem eccleſiam dei conſtruxerunt (7) · ditaverunt et honoraverunt ·

THEODERICVS frater WALDGERI cum legitima coniuge ſua GEVA inprimis ligneam conſtruxit ibi e'ccleſiam · inſtituens ſanctimonialium uitam · et offerens deo ad eundem locum · in *franlo* (8) mansſus nouem · in *Alcmere* duos mansſus · in *Callinge* medietatem totius poſſeſſionis ·

THEODERICVS ſecundus predicti filius cum HILDEGARDA coniuge ſua conſtruxit ex lapidibus magno ſumptu e'ccleſiam · remouens inde Sanctimoniales feminas · et inſtituens monachicam uitam · optulit et ipſe ad eundem locum · in *Scagon* ſex mansſus · in *haragon* XI mansſus et quartam partem manſus · in *Wimnon* manſus et dimidium · et ab eodem manſu usque in *heram* omnem terram cultam et incultam inagris et pascuis Eccleſiam *Heilgalo* · in *Alcmere* omne theloneum · in *Osdem* mansſus duos · et dimidium · in *Limban* mansſus ſeptem et dimidium · in *Smithan* manſus duos · in *bacchem* manſus tres · in *Ordebolla* manſus duos · in *thoſe* mansſum · I · in *Obbingem* mansſum · I · in *hem-*

(6) *Ex propriis — et aregibus*] Duo hic dicuntur, *propriae poſſeſſiones*, quae *hereditariae* per ſeſe; et *a regibus iure hereditario acceptae*. Habuerunt igitur Comites, praeter immenſa illa Regum praedia, ſuas his in terris poſſeſſiones ſive *Alodia*; quae hinc *propriae poſſeſſiones* vocantur.

(7) *Conſtruxerunt*] Contra hanc Eccleſiae conſtructionem inſurgunt V. D. MATTH. l. l. p. 190. aliique, obliti verborum *Chronici* noſtri ad a. 878.

Digitized by Google

hemſtede manſſum · I · in *Velſon* VI manſus · et altare eiusdem e'c- A. 1083. d. 26. Iul.
cleſie' anona usque ad nonam inſestiuitate ſancte' Agathe' · iuxta flumen *bamestra* manſſum · I · inter riuulum *Sculingleke* · et *hureſtede* manſſus · IIII · unacum piscatione · in *Forenholte* e'ccleſiam cum decimatione · in *Saxnem* e'ccleſiam cum decimatione. Ornata ergo bonis moribus uxor predicti comitis HILDEGARDA uenerabilis. optulit et ipſa deo ſanctoque ADALBERTO tabulam altaris fabricatam auro claro · gemmisque precioſis (9) · Textum e'uuangeliorum etiam auro gemmisque decoratum · Hiſtoriam · I · medicinalem librum;

EKBERTVS nominati comitis filius dei gratia treuerice e'ccleſie' archiepiſcopus honorauit eundem locum *ekmundenſem* offerens deo ſanctoque Adalberto crucem auream · Caſulam precioſam. Stolam pulcherrimam · Cingulum auro intextum · Dalmaticam · Subtile · Miſſale · Capitulare · Historiam uetus nouumque testamentum continentem · multosque alios libros · Scrinium argenteum plenum reliquiis Sanctorum;

ARNVLFVS comes cum condigna uxore ſua LIVTGARDA optulit ad predictum locum · in *thoſa* manſſus duos · in *Kasterchem*

878. p. 20. Quae quomodo accipi debeant vid. ibi *not.* (57). Locus enim antea *Hallem* dictus. Erat illic iam a. 992. *Eccleſia Egmond.*, data a Carolo ſimplice Rege Comiti Theoderico I. qui hanc inſtauravit, dotavitque.

(8) *Franlo*] Dixi de his locis in *Chron.* ubi et de *manſis* p. 20. (58) et (59).

(9) *Precioſis*] De hoc altari vid. not. ad CHRON. EGM. p. 30. (92).

A. 1083. d. 26. Iul. *chem* duos manſus et quartam partem unius · in *Velſon* tres manſus · et unum agrum · in *Saxnem* dimidium manſum · in *forenholte* tres manſus · in *Nortga* manſus · v · in *Lopſen* nouem manſus · iuxta flumen *marne* manſum · et quartam partem unius · in Villa *Leythen* manſum · et ſextam partem unius · in Villa *bergan* ab occidente *rheni* poſita tres manſus · E'ccleſiam *Flardinga* cum decimatione terre' inter *fluuium matlinge* · et riuulum *thurlede* qui uocatur *harga*;

THEODERICVS tercius predicti ARNVLFI filius cum coniuge ſua OTHELHILDIS[ſic] optulit ſancto Adalberto in *Radenburch* · IIII[or] · manſus · x · libras ſingulis annis ſoluentes · in *Radenburgarebroke* terram XVI[cim] vncias ſoluentem · in *Suetan* · terram XIII[cim] vncias ſoluentem · in *Waldmanne uenna* terram · XVI vncias ſoluentem · in Comitis *fritgerſa* terram XVI vncias ſoluentem;

SIFRIDVS cognomento SICCO predicti frater THEODERICI dedit ſancto ADALBERTO pro anime' ſue' remedio terram ſuper *geſt* nominatam *Northorpe* · *Smithen* · *Adgeringelant* · *Hildebrandislant* · *Siuuirdingelant* · v · fiertelen · Lantloſamade (10) · in *Ekerſlato* · XII · libras · in *banez* · II · libras;

FLO-

(10) *Lantloſamade*] Sitne vox propria, non auſim affirmare. Haec loca recenſet etiam CHRONIC. p. 41.

(11) *Escmundelf*] Vid. hac de voce *Chron.* p. 47. not. (54). et ad *Codi. Dipl.* p. 16.

(12) *Fui ego quartus*] Vid. p. 133.

(13) *Placitum habere*] En! originem Dynaſtiarum, quae nobis vulgo *hooge en vrije heerlijkheden* vocantur,

quae

FLORENTIVS tercii THEODERICI filius cum bone' memorie' uxore ſua GERTHRVDE optulit ad ſepe predictum locum terram in *Eſcmundelf* (11) · v · libras et vnciam ſoluentem · in *Buſchuſa* manſum XXXII vncias ſoluentem · in *Scherwich* · manſum · XXVIII · vncias ſoluentem · iuxta *delf* · X · manſſus. Ex altera parte *delf* · VIIII · manſſus; A. 1083. d. 26. Iul.

Huius FLORENTII filius fui ego quartus (12) THEODERICVS · quem humiliter deprecatus eſt predictus Abbas *Stephanus* · ut pro amore dei · et reuerentia Sancti *Adalberti* renouarem et confirmarem auctoritate mea omnia predeſceſſorum meorum dona, ad *ekmundenſem* e'ccleſiam pertinentia · Cuius peticioni libenter aſſenſum prebui · et ſumme' Karitatis auctoritate confirmaui · ut omnia ſupra ſcripta libere teneat poſſideatque predicta e'ccleſia · et aterra Wimnoraſuetha usque in *herem* que' tota eſt eiusdem e'ccleſie' nullus mortalium audeat *placitum habere* (13) ſine abbatis permiſſione · uel iniuste aliquid inde deripere · hominesque eiusdem e'ccleſie' in *toto comitatu* nostro ſine *theloneo* (14) eſſe · nullusque debeat eos opprimere · ſed ſint ſub abbatis poteſtate · et cum Cauſidico ſuo placitum cum eis habeat ipſe. Quod ſi aliquis ex eis qui exparentibus ſuis iuste per-

quae plerumque dabuntur hac ſimpliciſſima formula, poſtea pedetentim amplificata, orta ex iurisdictione patrimoniali.

(14) *Sine theloneo*] Haec prima videtur *Teloneorum* per terras ſuas a Comitibus ſcripto exhibita immunitas; cuiusmodi poſtea infinitum fere excreverunt.

A. 1083. d. 26. Iul. pertinet ad predictum locum negare et contradicere uoluerit. liceat memorato abbati ſuiſque Succeſſoribus cum aduocato ſuo illum tenere · et ad iuſticiam trahere in cuiuscumque miniſterio ſit. Similiter faciat de reditibus ſuis. Quicumque ſedet ſuper terram predicte' e'ccleſie' · et non uult ſoluere quod debet iuste · aduocatus abbatis intret domum illius · et tantum de rebus accipiat · quantum debet ille · ſine alicuius iudicis contradictione. Si quis uero (15) quod futurum non credimus noſtrorum uel extraneorum hanc libertatem e'ccleſie' uoluerit infringere · iram dei · et omnium ſanctorum incurrat · et hoc quod nititur numquam perficere ualeat · ſed cum iuda traditore domini · et diabolo et angelis eius indie iudicii · et cum his quorum uermis non morietur · et ignis non extinguetur partem poſſideat · Qui autem hoc noſtrum conſeruauerint preceptum · gloriam et honorem et benedictionem percipiant adomino · et miſericordiam conſequamur · et gratiam inueniant in auxilio oportuno.

Vt

(15) *Siquis vero*] Vid. infra p. 137.

(16) *Adal. Castelanus*] Nulla dubitandi ratio est, quin hic cenſeri debeat inter Progenitores familiae *Castellanorum de Leiden*, ſiue Dominorum *de Wasſenaar*. Fidem rei facit A LEID. *Chron. Belg.* L. XV. c. 8. qui ſub hoc *Theoderico* V. inter Hollandiae *Nobiles* recenſet *Adelwinum Castellanum Leidenſem*; nec non duos eius fratres *Stataloch* et *Rusſingum*, qui non alii niſi qui hic inter testes *Schathaloch. Hruſinc.* Anno vero 1168. d. 27. Febr. iam diſerte in Charta Probb. occurrit *Elinand Castellanus de Leithen.* De hoc *Adelwino* conſentit Doctus Nostras P. C. BOCKENBERG, Hollandiae Ordd. Historiographus, in *Histor. Batav.* ed. 1592. p. 123. Huius autem filius videtur alter *Elwinus Castellanus de Leyden*, qui cum Comite Theoderico Holl. testis adſtitit Epiſcopo Traiect. Egmondanam

Vt autem iſtius noſtre' conceſſionis auctoritas ſtabilis et inconuulſa omni tempore permaneat · hanc cartam conſcribi fecimus · et beniuolentie' dilectionisque noſtre' ſigillo corroborari · A. 1083. d. 26. Iul.

Huius rei teſtes ſunt

domnus abbas STEPHANVS ·

FOLCRICVS et AZCELINVS presbiteri ·

Laici

ADALBERO ·

HEREMANNVS filius POPPONIS ·

ENGELBERTVS SCHATHALOCH.

HRVSINC ·

ADALUUIN CASTELANVS (16).

tres germani GERBRANDVS · ISBRANDVS . GVNTWACHAR ·

DEDDO DE RISUUIC (17) ·

THIEDARD · THIETBOLD · THIETGER BLANKARD ·

aliique plurimi · Eo-

nam Exemtionem confirmanti a. 1143. in *Batav. Sacr.* T. I. p. 145. b. Ex qua *Castellanorum* diſerta mentione refellitur error eorum, qui cenſeant, *Iacobum* huius Adelwini filium, qui ab anno 1198. notus est, primum fuiſſe Castellanum Leidenſem, quem errorem iam tetigit idem BOCKENB. p. 124. Occurrit hic *Iacobus* postea saepius tamquam Castellanus. Vid. *Chronic.* p. 183. ubi diſerte *Iacobus Castellanus de Leiden*. Cf. ibid. notata, et ad p. 188. (37). Add. MIER. *Charterb.* I. D. bl. 208. ad a. 1231. Sed plura de his alibi.

(17) *Risuuic*] Hunc *Deddonem* vel *Dodonem de Rijswijc* agnoscit etiam ALEID. l. l. et ex ipſa Charta cap. IV. Agnoſcunt et alii. Pro *Guntwathar* in MS. literae ductus magis accedebat ad *Guntwachar:* uti et MIRAEVS dedit. Alii tamen T. praeferunt.

A. 1083. d. 26. Iul. Eodem die coram eisdem testibus mutuaui contra Sanctum *Adalbertum* nouem manſus in *maſeland* *aſchipleda* in *moſam* (18). et in *Westerbeiran* (19) tres manſus · *amoſa* in *vronanſtat* · dans cenſum (20) in *alcmera* octo librarum ſingulis annis · inſuper precante et adiuuante OTHELHILDA uxore mea dilectiſſima conceſſi abbati *Stephano* ſuisque ſucceſſoribus *iudiciariam potestatem* (21) in *alcmere* · que *ambach* uocatur teotonice ·

Actum est hoc publice in FLARDINGA (22) coram populi multitudine (23) · Anno dominice Incarnationis milleſimo octuageſimo tercio · Indictione VI (24) · Regnante · IIII[to] · HEINRICO (25) uigeſimo octauo anno imperii ſui · CVONRADI traiectenſis e'cleſie' anno epiſcopatus ſui octauo · Domni STE-PHA-

(18) *Moſam*] Nota magnitudinem ſpatii IX. manſuum, quippe qui inde a *Schiplede* (hodie *Schipluide*) usque ad *Moſam* pertingerent.

(19) *Westerbeiran*] Nomen loci hodie mihi incognitum. Si quid coniicio; *Beirendrecht*, ſeu hodie, *Barendrecht* quum nomen ſuum debeat voci *Drecht* (Traiectus) et *Baren*; hinc in *Barendracht* quaeſiverim, praeſertim quum hi manſus ad *Moſam* iacuerint. Ni fallor, etiam *Westbarendrecht* ibidem occurrit.

(20) *Dans cenſum*] Senſus est, Comitem pro *novem* et *tribus* his *Manſis*, quos a *S. Adalberto* accepit in *Maſelant*, ei dediſſe in concambium *cenſum in Alcmera*.

(21) *Potestatem*] Minus hic datur, quam in priore dono not. (13).

(22) *Actum — in Flardinga*] Non mirum, quod in *Flardinga*, quum maiores eius dicti ſint *Marchiones Flardingenſes*; et ipſe terrae tractus *Marchia Flardingenſis* audiat. Vid. EXCVRS. III. p. 53. Habuit Theodericus hoc loco Castrum ſuum ſive Arcem, in qua Dux *Godefridus* a. 1076. per postica transfoſſus periit, qua de re vid. CHRONIC. p. 57. not. (73). ad a. 1075. De ipſo *Castro* HISTOR. ANDAGIN. MONAST. in MARTENE *Coll. Ampl.* T. IV. p. 951. *Godefridus inde deſcendens* FRISIAM, *dum apud* CASTRVM FLARDINGIS *moraretur, per quosdam neceſſarios Roberti Comitis* Flan-

Digitized by Google

PHANI abbatis (26) anno vigeſimo ſexto ſuſcepti paſtoralis offi- A. 1083.
cii · Die Septimo Kl. Auguſti · In dei nomine feliciter · AMEN. d. 26. Iul.

Ad imam Chartae Pergamenae partem (pro more huius temporis, de quo vid. infra p. 136. et ad Sigillum Chartae a. 1168. d. 27. Febr.) affixum eſt Sigillum, *Equitem* repraeſentans; cuius in perigraphe hae literae:

TEODERIC⁹ DI VIRTVTE HOLLANDENSIS CoMES. Vid. TABVLAM I. ad h. pag.

Flandrenſis — —. Recte per hoc *Caſtrum* cum V. D. WAGEN. *Vad. Hiſt.* D. II. bl. 182. qui hunc locum citavit, intelligas urbem Delft, tunc villam modo, ſitam *in Comitatu ſive Pago Flardingi* ſeu *Flardinga*. At quum ſimpliciter hic ſermo de *Flardinga*, intelligi hoc oportebit de noto adhuc opido *Flardinga* ad Moſam ſito.

(23) *Coram populi multitudine*] Nota ritum tunc adhuc ſollemnem, quo Comes, *coram toto populo* pro tribunali ſedebat; ad quod tamen poſtea admiſſi tantum *Vaſalli* Comitis, qui maiora Feuda obtinebant. Qua de re alibi.

(24) *Indictione VI.*] Negat V. D. ad STOKE D. I. bl. 492. Comites noſtros ſolere addere Chartis annos *Indictionis*. Res refutatu indigna eſt, et taedet talia recenſere; vid. ad a. 1108. d. 13. Apr.

(22) *Heinrico*] Quando deſierint *Traiectini Epiſcopi* et *Comites Hollandiae* annos Regni Germanici ſuis in Chartis omittere, alibi fuſius docebo. Hactenus moris fuiſſe, ſatis conſtat.

(26) *Stephani Abbatis*] Etſi V. D. HVYDECOPER, ex titulo *bonae memoriae* huic Abbati tributo argumentum contra Chartae Authentiam depromſerit; conſenſit tamen poſtea hunc vixiſſe uſque ad a. 1105. Vid. not. (92). ad CHRON. a. 1105. p. 65. Cf. MATTH. not. ad *Ann. Egm.* p. 189.

Vin-

Digitized by Google

A. 1083. d. 26. Iul.

Vindiciae Chartae Theodericianae proxime antecedentis, a. 1083. d. 26. Jul. quae Comitum Hollandiae omnium antiquiſſima proſtat.

Ex veteribus hanc Chartam protulerunt, *Chronographus* noster ex parte, IO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XV. C. 4. IO. DE LEID. *Ann. Egm.* C. XVII. p. 15. Ex ſerioribus DOVZA, FVRMERIVS, SCRIVERIVS, MIRAEVS, MIERIS, MATTHAEVS, et alii permulti. Nulla autem ex omnibus Hollandiae Comitum Chartis, magis doctos offendit viros, maioremque νοθείας ſuſpicionem incurrit, quam haec; argumentorum tamen ſpicula contra eam vibrata nullo pondere nullaque vi in vanum nunc abibunt, postquam ipſam Chartam, hactenus latentem, ex *Autographo* deſcriptam hic profero, in quam neque ex forma neque ex literis, neque ex ſtilo, ulla cadat ſuſpicio. Quidquid autem olim, ac nuperrime etiam, huic obiectum Chartae est, istud nostratium vel ignorantiae vel depravatis lectionibus imputari debet; idque iam olim egregie vindicatum est a V. Rev. VAN RIJN, *Kerkelijke Historie en Oudheden* D. IV. bl. 124–126. fol. quod hinc maius accipit robur.

Vt tamen omnes penitus hac de re dubitationes in perpetuum ceſſent, quaecumque nunc et olim argumenta alicuius momenti ex Chartae verbis depromta ſunt, examinare nunc lubet. Habemus, quae obmoventur, in MATTH. not. ad *Ann. Egm.* p. 189. et de *Nobilit.* L. I. p. 136. HVYDEC. ad STOKE D. I. bl. 485. et 491. alibique. Contra genuinam habent FVRMERIVS, DOVZA, MIRAEVS, VAN LOON, SCHEID. *Origg. Guelph.* T. IV. p. 575. et qui primo numerandus erat loco W. HEDA, qui ipſam Chartam *Originaliter* ſe vidiſſe testatus est, et in quem non est, quod propterea tam vehementer invectaretur Vir Ill. HVYD. l. l. bl. 495. Neque enim ſolus HEDA, ſed et IO. DE LEID. *Ann. Egm.* C. XVII. ſuo tempore eam asſervari in Abbatia Egmund. asſeruit. Chartam quidem *genuinam* cenſet SCRIVER. *Toetſteen op 't Goudsch Chronijckje* bl. 211. ſed eius contenta ab Egmondanis Monachis Comiti exhibita eſſe falſa. Quae enarrare est refutare. Quis enim *ſcribas*, quis *testes*, quis ipſum *Comitem* tam ſimplicis pectoris hominem fuiſſe crediderit, ut non exhibitis Parentum ſuorum, Comitum, *Privilegiorum Chartis*, contra morem receptiſſimum haec omnia ſimpliciter confirmaret. Praeſertim quum Comes testetur, per Abbatem ad ſe fuiſſe delatas ipſas *Donationum Auctoritates*, i. e. ipſa Diplomata. Vid. not. (5). HEDAE testimonium iam a. 1632. A. BVCHELIVS in MEELII *Epist.* 80. p. 122. defendit, testatus, *exſtare* etiam in *Registris Com. Holland. declarationem Epiſcopi Zudenſis Iacobi, qua indicat ſe huiusmodi Inſtrumentum vidiſſe.* Num quis

quis plura deſiderat? Et tamen plura habeo. Non ſolum enim eiusmodi *Decla-* A. 1083.
ratio Epiſcopi exſtat in *Registris Hollandiae*; non modo ipſa exſtat Charta in d. 26. Iul.
iisdem Registris haud ſemel deſcripta; ſed hanc Originalem *Declarationem* oculis uſurpavi, ex qua IACOBVS *Epiſcopus Zudenſis* et GERARDVS *Dominus de Voerne et Castellanus Zelandie* a. 1317. testantur, et totidem verbis repetunt hanc *Theoderici* V. Chartam, cuius finis hic est: *Datum in Haerlem anno domini milleſimo trecenteſimo decimoſeptimo in die natalis ſancti Iohannis apostoli et Ewangeliste*; appendentque in veri fidem duo adhuc Sigilla, prius Epiſcopi, alterum Domini Vornenſis cum Leone Hollandiae integro, et cum eiusdem contraſigillo; cuiusmodi contraſigillum dabo *Tabula* XVI. ad Chartam a. 1331. Neque haec modo datur Declaratio, ſed et altera itidem in Originali *Officialis Traiectenſis*, a. 1404. *Indictione* XII. *die Sabbati*, V. *Iun.* cum eius Sigillo. Postremo, tertiam hic memoro Chartam, quae rem cum iuridice tum historice penitus conficiet; nimirum Comes Hollandiae, *Wilhelmus* VI. hanc Egmondenſium Chartam confirmavit, et per formam *Vidimus* has Maiorum ſuorum donationes ratas fecit, *Datum Hagae anno* 1407. *menſe Maii die ſexta*, cum integro adhuc *Comitis* Sigillo. Quae tres Chartae ſuperſtites etiamnunc proſtant in *Archivis primaevae Camerae Rationum Hollandiae*, quae Hagae ſunt.

His igitur tanta fide ſtabilitis, videamus nunc paucis argumenta inficiantium, genuinum eſſe Diploma. Obmovent 1°. inſolitum illud, quod Theodericus ſe *Dei gratia Comitem* vocet. 2°. Quod praeter morem voculam EGO *Comes Theod.* adiiciat. 3°. Quod *Abbas Stephanus* vivus et vigens *bonae memoriae* Abbas audiat. 4°. Quod Theodericus huius Chartae dator ſe *quartum* vocet, quum ſatis conſtet, fuiſſe *quinctum*. 5°. Quod *imprecationes* ac *diras* adiiciat, Comitibus haud uſitatas. De ſingulis ſeparatim erit dicendum.

Et 1°. vocat ſe Comes in Chartae principio *Dei gratia*, in ſigillo vero *Dei virtute Comes*. At nihil futilius ac magis est ridiculum, quam argumentum, quod nonnulli hinc contra hanc Chartam fecerunt; quaſi titulus *Dei gratia* non quadraret in eos, qui alieni eſſent vaſalli. Vnde concludunt, vel falſam eſſe hanc Chartam, vel Comites non fuiſſe Vaſallos Imperii. Vtrumque coniungit HVYD. D. I. bl. 46. Vtrumque abſurdum. De priori nunc dicam. Ignorant vel ignorare ſimulant hi ſcriptores, haec verba *Dei gratia* olim non fuiſſe *dignitatis* vel *auctoritatis* titulum, ut nunc; ſed tantum abhibita ex *pietatis* affectu; qui ſaepe aliis permutabatur titulis: e. gr. *Dei permiſſione*, *Dei beneficio*, *Dei virtute*, *Dei miſericordia*, *Dei miſeratione*, *divina miſericordia*. Sic ab antiquisſimis inde temporibus *Comites Flandriae* vocantur *Dei gratia Comites*. Vid. modo Chartas huius ſeculi apud OLIV. VRED. *Sigill. Com.* p. 4. ad a. 1056, 1063, 1065, 1067.

Digitized by Google

A. 1083. pag. 7. a. 1080, 1090. et BVZEL. *Gallo-Flandr.* L. II. p. 327 et 357.
d. 26. Iul. Et ſic conſtanter inſecuti noſtri Comites *Florentius*, *Theodericus* VI., *Wilhelmus*, in Chartis a. 1108, 1116, 1199, 1202, 1204. in MIER. *Cod. Dipl.* D. I. bl. 80, 83, 134, 137, 140. pro quo *Florentius* a. 1162. infra, ſe ſcribit: *Ego Florentius tertius huius nominis* DEI BENEFICIO *Comes Hollandiae.* et in Chartis ineditis infra a. 1209. *Willelmus de Holl.* DEI PERMISSIONE *Comes.* D. 20. Febr. a. 1202. *Ego Theodricus Dei gratia Holl. Comes.* A. 1198. *Ego Th. Dei gratia Comes.* Quarum media ex Originali eſt deſumta. Nec modo hi, ſed etiam alii. E. gr. Comes de Los in MANTEL. *Hiſt. Loſſ.* p. 103. a. 1135. *Ego Arnoldus* DEI GRATIA *dictus Comes de Los*; et in MIERIS l. l. bl. 144. a. 1204. *Ego Ludovicus* DEI GRATIA *Comes de Loſſ.* Fecerunt autem hoc ex imitatione Regum Francorum, qui *Dei gratia*, *Dei favente clementia*, *divina fav. clem.* ſcribebant. Vid. ſupra Chart. a. 839, 889, 922, 966, 969, 976, 985. Nec modo *Comites* hoc imitati ſunt, (de *Epiſcopis* nota ſatis res eſt; de quibus vid. BATAV. SACR. T. I. p. 137. b.); ſed fecerunt hoc etiam *Abbates*. *Arnoldus* DEI PERMISSIONE *Egmondenſis Abbas* in Chart. apud MATTH. *Ann. Egm.* p. 201. *Ego Petrus* DEI GRATIA *dictus Abbas in Middelburch*, in Charta inedita, quam ad a. 1214. in *Probb.* exhibeo. De Abbatibus S. Pauli Traiectinis idem mihi conſtat ex multis, quas ineditas ſervo, Chartis. Sic *Dei gratia Abbates* audiunt *Henricus* a. 1278, 1280. *Henricus de Ricle* a. 1313, 1314, 1318. *Gervandus* a. 1329. tribus h. a. Chartis. *Theodericus de Arnem* a. 1333. *Hermannus Wolff* a. 1339. Alio modo *Dei patientia Iohannes* a. 1310. *Henricus de Boechout* a. 1347. *Willem van Nyerkercke bider onthengniſſe Goits Abt* a. 1519. *Gerrijt vander Nyekerck byder genaden Gods Abt* a. 1536, 1539, 1549. Quod autem velim obſerves! Florentius III. cuius Sigillum ad a. 1168. d. 27. Febr. exhibeo, eamdem adhibuit in Sigillo formulam, ac noſter Theodericus, *Dei* nempe *virtute Comes*. Minoris etiam momenti homines hoc titulo gaudebant. Ne dubites! *Praepoſitus* ac *Decanus* Traiect. *Dei gratia* ſe ſcriptitant a. 1196. in Charta apud MIERIS D. I. bl. 131. Et in Charta a. 1329. inedita *Clays bi der ghenaden goets proest van Coninkvelde.* Nec primus ſum, qui hanc *pietatis* ſpeciem obſervo. Docuit iam STRVV. *Corp. Iur. Publ.* c. 8. §. 6. id feciſſe ex affectato pietatis zelo *Epiſcopos*, *Duces*, *Comites*; nec hos modo, ſed etiam *Dynaſtas*, *Barones* vel *Nobiles*, ibid. p. 257. Immo vero *priſcos Francorum Reges* interdum titulis ſuis adieciſſe *Dei gratia* vel *divina favente clementia*, vel ſimilia, eſt obſervatio V. D. CONRINGII ad *Iac. Lampad.* T. II. *Opp.* p. 70. b. ubi GÖBEL not. (3). certum eſſe dicit, olim hanc formulam *ſupremae poteſtatis civilis ſignum* HAVDQVAQVAM *fuiſſe*; quum et *Duces*, *Epiſcopi*, *Comites*, *immo Abbates et Praepoſiti*

ea

Digitized by Google

ea uſi ſint: quod et pluribus probat, etiam ex HEDAE Chartis p. 75, 146, A. 1083.
155, 160, 161, 186, 190. cett. Cf. I. P. DE LVDEWIG *Reliq. MSS.* T. V. d. 26. Iul.
Praef. p. 5. Audiamus DOM. DE VAINES *Dictionn. Diplom.* T. II. p. 365. Voc. *Suſcription*: „ Les formules *Dei gratia*, *Dei dono*, *per Dei gratiam*, „ que l'on trouve dans la plupart des ſuſcriptions des puiſſances tant laïques „ qu'eccléſiaſtiques, ſont des expreſſions purement religieuſes, et qui n'ont „ point été excluſivement réſervées aux Souverains de l'antiquité en ſigne de „ leur indépendance, comme l'ont cru beaucoup de Savants. Des temoigna„ ges ſans nombre contrediſent leurs aſſertions à cet égard ". Post exhibita dein testimonia ſic pergit: „ Les Prélats, les Ducs, les Comtes &c. s'intitulent „ *par la grace de Dieu*, moins comme Souverains, qu'en ſigne de piété —— „ l'Idée d'indépendance abſolue n'a été attachée à cette formule qu'au 15. ſie„ cle ". Eadem monet V. D. IEAN BESLY *Hiſt. des Comt. de Poictou et Ducs de Guyenne*, 1647. P. II. p. 133. qui factum dicit *en ſigne de modeſtie et d'humilité.* En! ad ſaturam probatum id, quod, niſi virorum DD. cogeret importunitas, probatione vix indigeret. Rideat igitur hunc titulum nostris in Comitibus V. D. HVYD. D. I. bl. 46. ſed ſine cauſſa riſerit.

Alterum argumentum petitur a formula, EGO *Comes Theodericus*, quam ſuſpectam habet V. D. MATTHAEVS. Id quod tanto Viro excidiſſe nolim. Is, qui tot Chartas manu tractavit, meliora novit. In Diplomatibus Epiſcoporum et Comitum nihil hoc aevo frequentius. Vid. not. STRVVII *Corp. Iur. Germ.* p. 183. (68). Nec aliter fere unquam Comites Flandrenſes; EGO *Theodericus Dei gratia Flandrenſium Comes*; quod vel quinquies occurrit apud OL. VRED. *Sigill. Com.* p. 16, 17. EGO *Arnulphus* a. 961. p. 3. EGO *Balduinus Dei gratia Flandr. Comes* ad a. 1056, 1063, 1066, 1067. p. 4. EGO *Robertus* a. 1080 et 1090. p. 7. Si exempla a nostris depromta Comitibus vultis; inſpicite modo duo Diplomata, quae ex Originali in aes inciſa exhibeo ad a. 1199. ubi ſimiliter *Ego Theodericus.* Atque ita etiam in Diplomatibus ſuis ſolent Epiſcopi Traiectini, *Ego Conradus*, *Ego Burchardus*, *Ego Andreas*, etc. in Charta a. 1094, infra, et quas deſcriptas ſervo ad a. 1108, 1131, 1133, 1156, 1169.

Tertium maiori quadam ſpecie profertur Argumentum, nimirum quod *bonae memoriae* titulus non niſi *mortuis* competat; unde huius Chartae Architectos ſui perquam oblitos fuiſſe volunt, quando hunc titulum viventi adhuc *Stephano* dederint. Haec dictatoria est Viri Illuſtr. ad STOKII *Chron. Belg. Rhythm.* D. I. bl. 485. et 491. argumentatio, ad quam refellendam, ſi non alia ſuppeterent argumenta, vel ſola ſufficeret obſervatio V. D. SCHEIDII ad ECCARD. *Origg. Gaelph.* T. III. p. 197. (k). ubi ECCARDVS vult emendanda eſſe verba Chartae

A. 1083. d. 26. Iul. intra a. 1195–1199. datae, *Acta ſunt haec coram bonae memoriae Imp. Henrico*, et legendum contendit: *coram bonae memoriae* DVCE *Henrico*, quia Henricus Imperator iam obierat. Vbi SCHEID. ad haec ita: „ *ſed haec*, inquit, *emendatio naturae rei adverſatur. Nam vel propterea quod Henricus Imperator tum obierat, Henricus autem Palatinus in vivis erat, illud* BONAE MEMORIAE *ad Imperatorem potius, quam ad Palatinum erit referendum.* EQVIDEM NON IGNORO, *illud* BONAE MEMORIAE *viventibus quoque, praeſertim hominibus* SACRIS, *adſcribi. Sed hoc ſit rariſſime* ". Conſentit igitur vir ille elegantis eruditionis, hoc fieri interdum, praeſertim in hominibus ſacris, qualis hic est *Abbas Ekmundenſis*. Quo autem clarius pateat, quam parum in re Diplomatica verſatus ſit V. D. HVYDEC., exhibebo nonnulla verba ex *Prolegomen. prim.* fol. XIII. §. 16. T. I. R. P. MARQ. HERRGOTT *Genealog. Diplom. Aug. Gent. Habsburg.* Vienn. 1737. *Maius*, inquit, *negotium genealogis faceſſit diplomatis contextus, qui obvius clarus et planus videtur, re ipſa autem decipulam habet, quae cautiſſimos etiam haud raro ſeducit. Si enim vulgus in Chartis genuinis legerit,* RVDOLPHVM *v. g. appellare Hartmannum ſuum parentem, mox credet, hunc eius* PATREM *eſſe; ſi* FRATREM, *hunc eius germanum eiusdem nominis. — — Si denique formulam illam,* BEATAE *vel* SANCTAE MEMORIAE, *nomini proprio adiiciat; uno ore, non modo vulgus, ſed et docti atque eruditi conclamabunt, Hartmannum illum e vivis migraſſe. — — Formula illa,* BONAE, BEATAE, PIAE, *vel* SANCTAE MEMORIAE, *non tantum de* MORTVIS *olim dicta ſcriptaque est, ſed etiam ſuperſtitibus ac viventibus viris tributa. Hoc ipſum obſervari in Diplomate Conradi Salici pro monaſterio S. Blaſii dato* MXXV., *quod in* ORIGINIBVS SAN-BLASIANIS, *quas typis evulgare meditor, pluribus docebo. Interim ex Clar. Mabillonio adnotaſſe ſufficiat* (*Annal Bened.* T. III. p. 94. *de literis pro S. Dionyſio datis*) „ *Quod Ludovicus Abbas Dionyſianus, cuius interventu literae conditae ſunt, quibus etiam ipſe ſubſcripſit, in contextu,* PIAE MEMORIAE HLVDOVICVS ABBA, *dicitur; cui rei alia exempla exſtant tum in libro de vita S. Wilfridi Epiſcopi Eboracenſis, auctore Stephano Eddio eius aequali, tum in libro* VI. *de re diplomatica, ubi Carolus Calvus et Goiſſenus Epiſc. Sueſſionenſis, adhuc viventes, itidem* PIAE MEMORIAE *titulis afficiuntur* ". Hactenus *Herrgott*. Nunc adde Chartam *Arnoldi Dei gratia Comitis de Los*, a. 1135. ubi, *Hanc etiam*, inquit, *donationem a Patre nostro univerſalis Eccleſiae Pontifice* BONAE MEMORIAE *Innocentio firmari fecimus.* Ad quae haec notavit MANTEL. *Hist. Loſ.* p. 103. „ Verba illa *Pontifice bonae memoriae Innocen-*
„ *tio*, non ſignificant, illum tum obiiſſe, cum vitam protraxerit ad annum 1143.;
„ ſed quod pius Comes ſuaviſſimae Pontificis Leodii praeſentiae recoleret me-

 „ mo-

„ moriam, qui tanti hanc fundationem fecit, ut ſub ſua ſacrae ſedis protectio- A. 1083.
„ ne ſuſciperet ". Idem ad hanc ipſam Chartam obſervavit MIRAEVS *Cod.* d. 26. Iul.
Don. Piar. .T. I. p. 100. Sed propiora dabo. Dynaſta FRETHEBOLDVS vivente adhuc Epiſcopo Traiectino *Anſfrido*, a. 1010. defuncto, bona ſua in *Teiſterbantia* a. 997. tradens Traiect. Eccleſiae, *Dominus*, inquit, *Praeſul Anfridus* PIA MEMORIA. *recolendus - congesſit ei* cett. — — *Actum est in Traiecto in praeſentia Domini* PIAE RECORDATIONIS *Anfridi Praeſulis*, *ſuique Praeſulatus anno ſecundo*, apud HEDAM p. 94. BERTA *nobilis* ſub Epiſcopo Trai. BENNONE ib. p. 119. a. 1050. (in MS. a. 1026.) *Ego*, inquit, *Berta* — *ſuggestione et exhortatione Domini glorioſi Epiſcopi Bennonis.* — — *Excommunicatus ſit* — *a Domino Papa Leone*, *et glorioſo Epiſcopo* PIAE MEMORIAE *Bennone* —. *Actum* — *ſub praeſentia memorati Epiſcopi.* Adde et aliam Chartam ſub Epiſcopo GODEBALDO a. 1118. ib. p. 152. *Factae ſunt autem hae traditiones* (1) *anno Dominicae incarn.* MCXVIII. *Indict.* XII. *quarto vero ordinationis anno* GOD. PIAE RECORDATIONIS *Epiſcopi.* — An ovum ovo ſimilius? His igitur Abbatis noſtri STEPHANI exemplum addatur. At vero eiusdem, de qua ago, Chartae argumentum ſive contextus alterum exhibet exemplum. Comes enim de ſuis ipſius Parentibus p. 125. locutus: *Florentius*, inquit, *cum* BONAE MEMORIAE *uxore ſua* GERTHRVDE. Atqui *Gertrudis*, nupta *Roberto Friſoni*, in Flandria tunc adhuc habitabat, et uſque ad initium ſq. ſeculi fuit ſuperſtes, cuius et Charta a. 1094. exſtat apud MIRAEVM *Opp. Dipl.* T. III. p. 20. Quod autem mireris, non ignoravit nec negavit ipſe V. A. HVYDECOPER, p. 485. in Chartis apud Dom. MABILLON. *de Re Diplom.* dari alia exempla, in quibus *bonae* vel *piae memoriae* elogium viventibus detur. Quae fortaſſe hauſta ex notis Viri D. VAN RIJN l. l. p. 126. (p. 101. 8°.) Et tamen pro huius Chartae falſitate argumentum hinc deſumſit, et in Charta a. 1162. infra in *Cod. Probb.* iterum urſit. Interim cf. quae ſcripſit Dom. DE VAINES *Dictionn. Diplom.* T. I. p. 542. ad tit. *d'Heureuſe Mémoire*, et not. ad *Chronic.* p. 61.

His igitur profligatis, videamus 4°. quae porro contra Chartae αὐθεντίας proferuntur ex verbis: *Huius* FLORENTII *filius* FVI *ego* QVARTVS *Theodericus.* Contra quae maxime omnium inſurgunt nonnulli, et quidem dupliciter. 1°. Abſurdum eſſe dicunt, ut quis vivus ac ſuperſtes, non *eſſe* ſe, ſed FVISSE *alicuius filium* perhibeat, quaſi iam mortuum. 2°. Hunc Theodericum non fuiſſe huius nominis *quartum*, ſed omnino *quinctum*. Quemadmodum vero gravis haec poſterior eſſe videtur obiectio, quamquam fortaſſe facilis ſolvi; ita levis ac futilis eſt prior. Nam 1°. non ita ſemper in Chartis ſuas locutiones ad obruſſam exigebant ſcribae, quin aliquando minus accurate vel du-

(1) Sic exſtat in *Cod. MS. Tradit. Eccleſ. Maior. Pergam.* fol. m. XLIII].

A. 1083 durius loquerentur. Durius autem hoc dictum eſſe, non nego; dici non poſ-
d. 26. Iul. ſe, nego. 2°. Saepe obſervatum eſt, non vitiari nec pro falſis propterea habendas eſſe Chartas, quae hoc vel illo vitio, etiam graviore, laborant. 3°. Verum et hoc adverte. Reverane vox *fui* refertur ad *Theodericum*? nonne rectius dixeris, referri ad patrem iam mortuum *Florentium*. Huius *Florentii*, dudum iam mortui [a°. nempe 1061.] FVI ego filius. Non inquirendum, utrum ſatis accurate, ſed ſciendum, fuiſſe monachos vel notarios, ſive ſcribas, qui haec ſcriptitarent, doctos ſaepe, ſed ſaepe indoctos quoque. Sed confer praeterea VAN RIJN l. l. p. 125. qui hanc difficultatem ſatis diſcusſit. Quod ad alteram, τὸ *quartus*; concedo, *Theodericum* fuiſſe *quinctum* huius nominis. Sed tentemus explicationem, et videamus, quo fieri modo potuerit, ut *quartus* pro *quinctus* hic vel irrepſerit, vel de induſtria per Abbatis *Stephani* Dictamen intruſum ſit. Nam ex *ignorantia* profectum, ne credas. En Stemma Comitum!

DIEDERICVS I.
ux. GERBERGA ſeu Geva.
Ambo Egmondanis benefici.

DIEDERICVS II.
ux. HILDEGARDIS, Gandavens.
Ambo Egmondanis benefici.

ARNVLFVS
ux. LIETGARDA, Reginae Cunigundis ſoror.
Ambo Egmondanis benefici.

DIEDERICVS III.
ux. OTHELHILDIS Saxonica.
Ambo Egmundanis benefici.

SIFRIDVS, cognom. SICCO.
Egmondanis beneficus.

DIEDERICVS IV. Comes.
omiſſus in Charta, nec
Egmondanis beneficus.

FLORENTIVS I.
ux. GERTRVDIS Saxonica.
Ambo Egmundanis benefici.

DIEDERICVS V.
Huius Chartae dator,
Egmondanis beneficus.

Nunc rogo! Cur hac in Charta memoratur SIFRIDVS, frater Theoder. III. at contra omittitur THEODERICVS IV. Theoderici III. filius? immo cur, memoratis

ratis uxoribus reliquis, omittitur uxor *Sifridi?* An alia huius rei cauſſa, quam A. 1083.
quod hi, praeſertim *Theodericus* IV. nulla *immunitatis* neve *pietatis* ſpecimina d. 26. Iul.
exhibuerint? Notemus igitur hic non errorem, ſed calliditatem Abbatis! qui Munificos Eccleſiae ſuae Donatores tantummodo exhibere ſatagens, *Theoderici* IV. memoriam, quia hic ſolus nihil dederat, obliteratam esſe maluit, quaſi nulli antea *Comites* fuisſent, niſi donatores. Omisſa igitur Theoderici *quarti* mentione impedivit callidus iste Abbas, quominus *Theodericus* V., quem adierat, animum induceret, posſe ſe quoque, ad exemplum *Theoderici* maioris, ſuperſedere donando. Omisſo vero eius nomine debuit necesſario huic Theoderico *quarti* nomen adſcribi, ne fraus animadverteretur; praeſertim quum *Genealogia* per ſe ipſa ſatis conſtaret, quoniam nostri Theoderici V. pater *Florentius*, etſi non directe, revera tamen patri ſuo *Theoderico* III. ſucceſſerit, altero *Theoderico* a. 1049. ſine liberis mortuo. Praeterea nondum erat tunc temporis in more, ut *primi*, *ſecundi*, *tertii* nomina tamquam Characteres diſtinctivi perſonarum adderentur, uti hodie fit; unde facile fucum facere potuit. His adde, quod *Theodericus* huius Chartae donator hoc a. 1083. admodum fuerit iuvenis, adeoque a clero id agente in re tam minuta obiter circumſcribi facile potuerit; omne autem illud tempus, quod ab a. 1049. ſub eius patre *Florentio*, ac deinde ſe puero, ſub *Gertrude* Tutrice, ſub *Roberto Friſone*, ſub *Godefrido Gibboſo* et *Epiſcopo Traiectino*, terrae invaſoribus, praeterierat, multis turbis, bellis, armis, obnoxium fuerat. Concludo: *callide*, non *ex errore*, hic *quarti* nomen poſitum est. Verum invertamus paginam, et fingamus, hanc Chartam, prout iacet, et in Originali adhuc exſtat, non esſe genuinam, ſed ſeriori tempore confictam: ac videamus, quo tunc evadat res? Et 1°. haec Charta fabricari iam debuisſet ante annum 1200. ſiquidem nostri Chronici Scriptor, qui a. 1205. deſiit, et plures ante annos res ſui temporis gestas deſcripſit, ad hanc *Chartam* iisdem Chartae verbis ad a. 1083. p. 62. provocat. Ecquis vero fabricaverit? Hoc etiam certum. Nemo facile fuerit, niſi cuius res agebatur; vel cuius erat, ut bona Abbatiae Egmondanae validius confirmarentur. Atqui haec in neminem quadrare posſunt niſi in Abbatem vel Monasterii Egmondani ſodales. Hos autem, eorumve ſcribas, tam crasſum errorem in tam recenti Genealogia Comitum, in Patruo Theoderici V. commiſisſe, quis credat? An Monachi Egmondani, qui tam accurate, teste Charta, norant, quid requireretur in *forma* ac *materia* eiusmodi Chartae, quae reſpondere deberet Characteri istius ſeculi XI.; illi, qui *primam* Chartae *lineam* pro more illius aevi literis vetustis uncialibus exarare norant; illi, qui annos *Regni Germ.*, qui *Abbatis* Epocham; qui *Indictionem*, qui *testes Nobiles* aliaque omnia tam religioſe adiecerant, *Sigillumque*, non ex more ſequentis aevi appenderant, ſed, uti a. 1083. adhuc moris erat,

A. 1083. erat, ad imam Chartae partem affixerant: illi, qui in his omnibus tam ſedulo caverant, ne quid praeter morem Chartae ineſſet: an hi, inquam, ignoraſſent ſuorum Comitum invicem ſubſecutorum ſeriem, ignoraſſent Theoderici V. patruum? praeſertim quum rerum geſtarum Annales domi et ſuis in Necrologiis ac Chronicis conſervarent? Credat haec Iudaeus Apella! Vtrumcumque autem eligas, manifeſto hinc conſtat, non ex errore *quarti* nomen pro *quincto* hanc in Chartam irrepſiſſe. De induſtria hoc igitur factum ſit, quo nempe occultarent, *Theodericum* tertii Theoderici ſucceſſorem nihil Egmondanis benigne donaſſe. Siluit hac de re VAN RIJN, quia in vetuſtis Editionibus ac Verſionibus apud ALEIDIS, et in CHRON. M. *Belg.* nomen *quincti* ſubſtitutum eſt. Nec urſit, quod ſciam, *Matthaeus*. Sed vidit DOVZA *Ann.* p. 492. cui ratio τοῦ *quarti* ferme ſuboluit.

d. 26. Iul.

Venio tandem ad ultimum ſcripulum huic Chartae obmotum, nempe *diras* et *imprecationes*. Has concoquere nullo poteſt modo vir D. ad STOK. I. D. bl. 494. „ Voorcerst, inquit, vindt men 'er den zelfden Vloek — Het welk by my aan„ gezien wordt als onnatuurlijk, als affchuwelijk; en, zo 'er eenige andere re„ denen van twijffeling bykomen, krachtig medewerkt, om zulk eenen Brief „ buiten alle geloof te ſtellen ". Splendida profecto verba! Eiusmodi Imprecationes, utcumque contra naturam horrendasque, in Clero fuiſſe frequentiſſimas, in Principibus vero ſecularibus minus ſollemnes, ſatis certum eſt. Vnde admodum ſit probabile, hanc Chartam, ſi non ab ipſo Abbate, certe illo dictante eſſe compoſitam. At quis ſanae Critices et Rei Diplom. gnarus hinc argumentum pro eius νοθείᾳ petat? Audiamus Doctiſſimum Auctorem DES VAINES *Dictionn. Diplom.* T. II. p. 24. tit. *Imprécations.* „ Cet uſage devint plus „ commun dans les diplomes des Princes du 10e. Siecle. Tous les genres d'im„ précations, excepté la menace de la depoſition, ſe trouvent réunis dans le „ teſtament de Guillaume, Comte d'Auvergne & Duc d'Aquitaine, fondateur „ de Cluni. Les chartes privées de ce même temps n'en ſont point dépourvues.

„ Dans *le* XIe. *Siecle*, les peines ſpirituelles, dont on menace les violateurs „ des privileges & des fondations furent ſi multipliées, & furent reproduites „ ſous tant de formes, qu'il faudroit un volume pour en donner le détail. El„ les ſont communes à tous les Souverains, *à tous les Seigneurs*, & à toutes „ les perſonnes privées qui faiſoient des chartes ". Addamus exempla. Beatrix Dom. de Putte, in quadam Charta Fundationis in HOYNCK VAN PAPENDR. *Anal. Belg.* T. III. P. 2. p. 40. *Iram et indignationem omnipot. Dei incurrat, et a liminibus Sancte Matris Eccleſiae extraneus efficiatur.* Vbi *in not.* docet Editor, alias etiam feminas illuſtres eadem uſas eſſe formula apud MARTEN. *Coll. Ampl.* T. I. p. 12 et 18. Sed propius accedamus. Vſus eſt noſtri Theoderici V. filius *Florentius* eisdem fere Imprecationis formulis in Chartis, a. 1108. et 1116.

nec

nec non et alter *Florentius* in Charta a. 1162. d. 28. Aug. Verum quum Vir D. has Chartas aeque ſpurias cenſeat (vid. infra ad hos annos); reſpiciamus ſupra p. 55. ad huius Theoderici V. Proavum ARNVLFVM, cuius in Charta d. 5. Mart. 981. ſimiles habemus diras in Chartae contradictores vibratas. Add. ARNVLFI Flandr. Com. Chartam a. 939. ſupra p. 22. et Chartam prox. ſq. a. 1094. p. 141. A. 1083. d. 26. Iul.

Quae praeterea contra hanc Chartam inſinuat V. D. ad STOK. D. I. bl. 494. ſq. nullius ſunt pretii, et per ſe corruunt. Quod autem ſupra dixi, ex more h. aevi Sigilla ipſis Chartis adhuc affixa fuiſſe, teſtem produco OLIV. VRED. *Sigill. Com. Flandr.* p. 7. qui ex *Archiv. S. Bertin. Audom.* profert ROBERTI *Com. Fland.* Chartam a. 1093. quam vidiſſe ſe teſtatur *cum Sigillo pergamenae affixo.* Qui itidem p. 9. docuit, *Balduinum* Com. qui anno praeeſſe 1112. coepit, primum contraria coepiſſe. *Balduinus*, inquit, *Sigillum non affixit membranae, ut omnes, ante eum, Comites, ſed appendit; quod ipſum caeteri, eum ſecuti Comites, hodieque imitantur.* Hic autem mos Sigilla Chartis affigendi duravit adhuc ſeculo XII. eoque medio paullatim invaluit conſuetudo ea ex vittis pergam., filis ſericis, aliisque modis appendendi. Sed quid alienis teſtimoniis opus eſt. Vidi ipſe in Capitulo B. MARIAE Traiectenſi Chartas Epiſcoporum BVRCHARDI a. 1108. ANDREAE 1131. et HERMANNI a. 1155. et in Capitulo S. IOHANNIS ibid. Diploma CONRADI a. 1094. et BVRCHARDI a. 1105. quas ambas in Cod. Probb. alia de cauſſa ſiſto; quae omnes Sigilla ſua Chartis affixa habent. Sed propiora dabo ac domeſtica. Vidi in *Archivis primaevae Camerae Rationum Hollandiae* 5 Chartas iſtius etiam ſeculi, nempe a. 1143, 1147, 1156, 1162, 1175. quae omnes ad Egmondanam Abbatiam pertinent, et in quibus Sigilla Chartae pergamenae ſunt affixa; in his eminet FLORENTII III. Com. Hollandiae, de quo vide not. ad a. 1168. d. 27. Febr. ubi ad Sigillum, iſtius Chartae a. 1168. iam appenſum, (quum contra a. 1162. d. 28. Aug. adhuc membranae affixum eſſet) obſervavi, Epocham immutati iſtius moris noſtro in Belgio poſſe conſtitui intra annos 1162—1168. Id quod admodum congruit doctrinae IOH. MICH. HEINECCII Syntagm. Hiſtor. *de Sigillis* P. I. C. XVI. p. 170. ubi obſervat, ex *Imperatoribus* neminem ante ſeculum XII. *Sigillum penſile* uſurpaſſe; e Ducibus Principibusque *Henricum Leonem* anno 1154. uſum adhuc eſſe Sigillo *impreſſo*, HENRICVM vero eius filium, *appenſo.* At ſupra docui, *Balduinum* Comitem Flandriae a. 1112. *appenſo* uſum eſſe Sigillo. Vnde facile tranſire mos ille noſtram in terram potuit. De Sigillis cereis hactenus ſermonem eſſe, non eſt quod moneam. De bullis enim aureis, argenteis, plumbeisque contrarium iam olim obtinuit. Quod vero adieci, non moris hoc aevo fuiſſe, ut notae numerales characteres eſſent diſtinctivi, non aliam accipi in ſen-

A. 1083. tentiam volo, quam quod nondum eo fine in Chartis adhibebantur. Alioqui nihil
d. 26. Iul. inſoliti habet eiusmodi recenſio. Variis enim modis ſimplici hoc aevo ſeſe circumſcribebant Principes. Noſtro admodum conſonat Charta Balduini Com. Hann. a. 1185. apud D'OVTREMAN *Hist. de Valenc.* App. ad fol. 326. *Vnde* EGO *Balduinus Hainodienſis Comes*, QVINTVS *ab illo Balduino, qui Flandriam et Hainodium poſſedit.* Nec non ibid. in Charta a. 1086. ad fol. 425. *Balduinus dono Dei Comes.* — EGO *itaque Balduinus Comes, filius Balduini Flandrenſis Monarchae, cuius pater, meus ſcilicet avus, Philippum Regem Franciae nutrivit.* Cf. MARTEN. *Collect. Ampl.* T. I. p. 962. Singularis admodum est enumeratio maiorum ſuorum, quam facit BALDVINVS Flandriae et Hannon. Comes a. 1195. apud MIRAEVM *Opp. Dipl.* T. II. p. 981. *Notum ſit, quod Balduinus Comes Hayn. Marchio* PRIMVS *Namurc. Balduini Comitis et Aëlidis Comitisſae Filius, qui ex parte eiusdem Matris ſuae*, et quae ſequuntur plura. Eadem ratione a. 1116. Balduinus C. Flandr. inſcribitur: EGO *Balduinus Dei gratia Flandrenſium Comes* FILIVS *Roberti* II. *Marchionis et Clementiae Nobilis Comitisſae.* Numquis vero per haec tempora ignorabat, cuius esſet filius Balduinus? Ignorant genium ſeculi, qui ad talia offendunt. Et hinc nihil inſoliti etiam in noſtra hoc est, praeſertim quum conſtet, Comites Hollandiae ita crebro feciſſe. Sic infra a. 1162. d. 28. Aug. EGO *Florentius* TERTIVS *huius nominis.* Et a. 1174. d. 3. Oct. *Florentius Comes Holl.* DECIMVS, *filius Theoderici* NONI *Comitis.*

Obſervatio ad p. 119. de titulo:

HOLTLANDENSIS COMES.

Ne quis miretur *Holtland* ſcribi, pro quo nunc *Holland.* Sic enim antiquitus fere ſemper. Ita *Gertrudis* huius *Theoderici* mater, Florentii vidua a GALBERTO *Gertrudi* coaevo ſcriptore in *Vit. B. Caroli Boni* §. 109. p. 204. vocatur *Comitisſa Holdlandenſis.* Et paullo post §. 111. ad a. 1070. *Robertus Friſo*, huius Theoderici privignus, diſerte audit *Comes Holdlandenſis.* Ipſa regio, vel, ut olim pagus vocatur *Holtlant* in antiquisſimo Bonorum Traiectens. Regiſtro apud HED. p. 65. c. n. (*g*). Sed hac de re vid. EXCVRS. III. p. 48—53. Aliud notatu dignum occurrit, quod FVRMERII *Ann. Friſic.* L. IX. p. 153. verbis docebo: „ *Primum* nempe *hunc fuiſſe Theodericum*, qui nomen *Friſii* maioribus ſuis „ occupatum omiſit, et *Comes Hollandienſis* audire voluit", vel, ut alibi p. 161. *antea uſitatum fuiſſe ſola nomina ſine titulis apponere.* Vtrumque verum. Nam hi apud antiquos Scriptores vocantur *Friſiae* vel *Freſoniae Comites*, ne ipſo qui-

quidem *Gerulfo* ſec. IX. excepto. At circa haec tempora penitus invaluerat, A. 1083.
ut *Comites* a Regionibus, Caſtris et Territoriis, quibus praeerant, cognomen d. 26. Iul.
adipiſcerentur, et ſic *Gentile* quaſi *nomen* obtinerent. Nam, etſi optime V. Ill. IVNG. *Com. Benthem.* L. II. c. 2. §. 8. contra ANT. MATTHAEVM et eius aſſeclas oſtendit, *hanc a Caſtris et territoriis petitam denominationem* poſt ſeculum XI. medium non demum incepiſſe, ſed iam a ſeculo IX. paullatim invaluiſſe: fundus tamen rei manet ſalvus, nempe, quod, mutato priſtino more, quo *territorio* nomen a *Comite* venerat: e. g. *Comitatus Gerulfi*, *Theoderici*, *Egberti*; nunc verſa vice nomen *Comiti* a *Territorio* vel Caſtro daretur; unde iam in Charta a. 1064. occurrit *Gerardus Comes* DE GELRE; quippe qui mos non paullatim, ſed *penitus* hoc ſeculo XI. medio invaluit. Cf. MARQ. HERRGOTT. *Geneal. Dipl. Aug. Gent. Habsburg.* Tom. I. p. 108. n. 5. Praeterea, etſi etiam in contrarium nonnulla dantur exempla, obſervatu tamen dignum eſt, in hoc Diplomate, et alibi, Comites noſtros ſeſe non ſcripſiſſe primitus *Hollandiae Comites*, ſed *Hollandenſes*, vel *Hollandienſium*. Sic ſupra *Gertrudis* et *Robertus*. Sic in Charta a. 1156. Abbae Epternac. ANN. EGM. p. 30. *honorabili viro Theoderico Hollandenſium Comiti.* Et Charta infra a. 1162. d. 28. Aug. *Florentius Hollandenſis Comes*, quamquam in Chartae principio etiam ſe dicat: *Comes Hollandiae.* Idem de *Flandrenſium Comitibus* obſerves in OLIV. VRED. *Sigill. Com.* p. 16, 17. Vtrumque poſtea promiſcue invaluit. Quam in rem memorabilia ſunt, quae infra exhibeo duo Theoderici VII. Sigilla in aes inciſa, quorum unum perſpicue exhibet ad a. 1199. *Theodricus Dei gratia* HOLLANDENSIVM *Comes*; alterum a. 1202. *Theodericus Dei grat.* . . HOLLANDIE *Comes.* Nomen tamen *Comitatus de Holland* Sec. XI. medio iam audiri coepit. Arg. Chart. a. 1064. in HEDA p. 130. A quo tempore *Hollandorum* invaluit mentio, quorum iam a. 1107. FREDERICVS Archiepiſc. Hamburg. meminit in Charta, *qua quibusdam cis Rhenum commanentibus, qui dicuntur Hollandi*, loca quaedam inculta ac paluſtria in ſua Diioeceſi, in terris Bremenſibus concedit; quam pluribus illuſtrat IO. ERLKING, in Diſſert. Hiſtor. Iurid. Inaugur. *de Belgis ſec.* XII. *in Germaniam advenis, variisque inſtitutis atque iuribus ex eorum adventu ortis.* Goetting. a. 1776. 4°. p. 6–10. Extat etiam haec Charta in MIERIS *Charterboek*, D. I. bl. 79.

N. XX.

A. 1094. CONRADVS Epiſcopus Traiectenſis donat Eccleſiae S. Iohannis in Traiecto Eccleſiam *Scorlam* cum quatuor eius Capellis.

A. 1094.

Ad Diplom. a. 1168. d. 27. Febr.

(Ex Originali, in Archivis Capitul. S. Ioann. Traiect.)

IN NOMINE SANCTE' ET INDIVIDVE' TRINITATIS ET GLORIOSE' SEMPERQVE UIRGINIS GENITRICIS DEI MARIE' ET BEATI IOHANNIS ET PRECVRSORIS DOMINI ET OMNIVM SANCTORVM. Notum ſit omnibus xpi fidelibus tam futuris quam pre'ſentibus · Qualiter ego CONRADVS traiectenſis ſedis Epyſcopus pro remedio anime' mee' beato iohanni et canonicis eius in TRAIECTO e'ccleſiam *Scorla* cum · IIII · appendiciis capellis conceſſi et in perpetuum poſſidendum tradidi; ut fructus eius ad neceſſarium veſtimentorum uſum habeant. De quatuor Capellis illis una *Berga* ſcilicet · *Matri* e'ccleſie' uicina eſt · tres alie' *Sudrekercha* · *Bernardeskercha* · *Aldenkercha* ultra aquam *richara* ſite' ſunt in uilla *ſcorlewalth*; Dimiſi autem eis omnino liberam a circatu · a cenſu · et ab

ab omni epyſcopali debito quod prius ſoluebat · Tantum ad ho- A. 1094.
norem dei et *Synodalis iustitie'* executionem archidiacono ſuum detur ſeruitium · Et ut huius mee' traditionis auctoritas ſtabilis ſemper et inconuulſa permaneat, hanc cartam fieri et ſigilli mei impresſione roborari precepi · Siquis autem eandem eccleſiam a predictis fratribus unquam alienare vel ex his que' concesſi aliquid diminuere temptauerit · dei omnipotentis ira maneat ſuper eum · et odio et maledictione dignus non gaudeat neque proficiat in ſuis operibus · Testes affuerunt idonei · clerici ·

Godeboldus prepoſitus ·
Luitbertus prepoſitus ·
Engelbertus prepoſitus ·
Lambertus prepoſitus ·
Tietbertus ·
Poppo ·
Rodolfus ·
Laici Wilelmus aduocatus.
Gerardus Comes de Mogontia.
Wichardus Comes ·
Giſebertus et frater eius Albero.
et multi alii.

Actum est hoc Anno Dominice' incarnationis M · XCIIII ·

A. 1094. Indictione · II · Regnante quarto HEINRICO imperatore Anno regni eius XXXVIII · Imperii · X · epiſcopatus domni Cuonradi · XVIII ·

* * *

Impreſſum membranae est Sigillum Epiſcopi ad imam partem paginae dextrae, ſed aderat etiam in eius medio duplex vitta pergam., quae nihil habuit nec habuerat (1). His literis, CONRADVS DI G TRAIECTENSIS EPS

(1) *Habuerat*] Quemadmodum in hac CONRADI Charta, ita etiam in proxima BVRCHARDI anni 1105. ſingulare hoc admodum esſe, mecum agnoſcent omnes, qui obſervaverint ex not. praeced. p. 137, 138. circa hoc tempus iam vacillare coepisſe modum, Sigilla membranis affigendi. Immo vidi in Capitulo *S. Iohannis* Traiect. eiusdem *Conradi* Epiſc. Chartam a. 1085. (quam edidit W. HEDA p. 142.), cui iam appenderat Sigillum ex duplici vitta pergamena, quamquam temporis iniuria nunc periit. Dicamus igitur *Conradum* et *Burchardum* iam dubios haeſisſe, utrum eligerent. Verum quum BVRCHARDVS post a. 1105. iterum ſine his vittis membranae affixerit Sigilla ſua, credibile est, eum antiquo mori iterum inhaeſisſe. Idemque dicendum de Chartis Epiſcopi GODEFRIDI, quas vidi ann. a. 1163, 1169, 1176. quibus appendebant Sigilla ex vitta duplici, quum contra idem a. 1156. Sigillo *affixo* adhuc uteretur. Vnde epocha immutati moris apud *Epiſcopos* Trai. ſtatui potest in GODEFRIDO a. 1156—1163. quemadmodum apud *Comites* Hollandiae in FLORENTIO III. intra a. 1162—1168.

N. XXI.

A. 1105. BVRCHARDVS Epiſcopus Traiectenſis componit controverſiam inter Eccleſias de *Slidrecht* et *Houweningen*.

A. 1105.

Ad Dipl. a. 1168. d. 27. Febr.

(Ex Originali, in Archivis Capituli S. Ioannis Traiect.)

✠ Deuiare a tramite iustitie' deo contrarium est · iusticiam ſequi · rectum facere iudicium ' deo conſtat acceptisſimum

mum eſse. Notum ſit ergo Christi fidelibus tam futuris quam A. 1105.
preſentibus' quod ego BVRCHARDVS Dei gratia Trai. Epiſc. controuerſiam · que erat inter homines de *Schlidrecht* et illos de *hougninke*, quam rectius potui ſecundum ueritatem et iusticiam terminaui · et ad finem perduxi . controuerſia autem hec erat' Quod illi de Hougninke dicebant Eccleſiam ſuam *Botteskerke* vocatam matrem eſſe per ſe liberam et e'cleſie' de Schlidrecht non debere eſse ſubditam; et illi de Schlidrecht affirmabant illam ad ſuam e'ccleſiam pertinere · et omnia que' debet matri filia · e'ccleſiam de hougninke · e'ccleſie' de Schlidrecht debere perſoluere; Auditi ſunt utrique in preſentia mea · et illi de hougninke prolata in medium carta quam dederat eis Cōnradus epiſcopus' conati ſunt per illam cauſam ſuam roborare ac defendere · Carta diligentisſime perlecta est · ſed quia *legitima non* erat' recto iudicio prepoſitorum et omnium clericorum qui aderant' repudiata est · et ita cauſa et ratio eorum de Schlidrecht preualuit · et uera et firma eſse omnibus innotuit; Itaque decretum ac iuste iudicatum est; quod homines de hougninke e'ccleſie' de Schlidrecht deberent ſubditi eſse · Synodum ibi obſeruare · e'ccleſiam conſtruere · Sepem atrii facere · et alia omnia' que' debent filii matri e'ccleſie' · Tamen concesſi eis in ſua e'ccleſia ſcilicet Botteskerke' misſam audire · baptismum et ſepulturam habere . ſic tamen ut presbiter de Schlidrecht ſi uult cantet ibi · Si non uult . ha-

Digitized by Google

A. 1105. habeat ibi presbiterum uicarium ſuum; Bannum autem epiſcopalem appoſui · et omnia que' feceram in hac cauſa rata et firma eſſe multis preſentibus clericis et laicis · epiſcopali banno precepi · Et ut in hac re nostri decreti auctoritas ſtabilis ſemper et inconuulſa permaneat' cartulam hanc inde conſcribi · et ſigilli nostri impresſione roborari atque inſigniri iusſimus; Testes affuerunt idonei tam clerici quam laici ·

Clerici' Rodulfus maioris eccleſie prepoſitus.
Herimannus S. Bonifacii prepoſitus ·
Godebaldus S. Iohannis prepoſitus ·
Engelbertus prepoſitus de eleste ·
Adalbertus capellanus epiſcopi ·
De ſancto Bonifacio · Razo · Dodo · Euerwacrus · Theodericus · Adalhardus ·
De ſancto petro · Sigbandus · Lantfridus ·
De ſancto Iohanne · Fredericus.
De ſancta MARIA · Rodulfus · Wezelo ·
Presbiteri Parochiani'
Hugo de Papendrecht.
Sigfridus de duplamunde ·
Franco de Herradeskerke ·
Engelfridus de Almiſuthe ·
Giſebertus de Wolfgersdike.

Euer-

Euerwocrus de Fornhe· A. 1105.

Rauengerus de Herdingfelde·

Adelhelmus de Riede;

Seruientes epiſcopi·

Otto Caſtellanus·

Galo Scultetus·

Ansfridus Scultetus de Muthen·

Wolfgerus Scultetus de Ameſtello·

De Traiecto·

Ansfridus·

Giſelbertus·

Abbo·

Lieferus·

Gelpradus·

Lantfridus·

Arnulfus·

Liberi homines·

Altgerus·

Wolbodo·

Aldrauen·

Euerwalo·

Heinricus·

Sileph·

Sibrandus·

Digitized by Google

A. 1105. Fredebertus·

Ico·

Adeloldus·

Euerboldus·

Herebrandus·

Isbodus·

Actum eſt hoc anno dominice' incarnationis Milleſimo c. v. Indictione·XIII· Regnante Heinrico·IIII^to. imperatore (1);

• • •

Affixum eſt Sigillum ſolitum Burchardi, quod ope ſchedulae pergamenae tegitur, habetque in perigraphe has literas: ✠ BVRCHARDUS D̄I GRĀ TRAIECTENSIS EPC.

Appendet etiam in media Charta duplex vitta pergamena; quod admodum ſingulare. Hoc BVRCHARDI nec non praecedens CONRADI Sigillum tabula aenea delineavit FR. VAN MIERIS opere Belg. *Beſchrijv. der Biſſchoplijke Munten en Zegelen van Utrecht*, Leid. 1726. Tab. II. n. 3 et 4.

(1) *Imperatore*] Hanc Chartam mutilam valde et ne pro dimidia quidem parte dedit BVCHEL. ad W. HED. *Hiſt. Epiſt. Trai.* p. 145, ſq. Haec edendi mihi ratio eſt, quae iungatur cum altera, quam videſis not. (1) pag. 142.

N. XXII.

Digitized by Google

N. XXII.

FLORENTIVS II. Comes Hollandiae concedit nonnulla Privilegia Civibus *Heilegomenſibus* (1). A. 1108. d. 13. Apr.

A. 1108. d. 13. Apr.

Ad Codic. Diplom. p. 130.

(MIERIS *Charterboek* D. I. bl. 80. ex IO. DE LEID. *Ann. Egm.* p. 19.)

In nomine Sanctae Trinitatis et individuae Vnitatis: ego FLORENTIVS, Dei gratia *Hollandienſis* Comes, reputans mecum incertos caſus humanae fragilitatis decrevi iuſtis petitionibus

(1) Quae me moverit ratio, cur hanc Chartam denuo edam, conſiſtit in eo, quod nuperrime hanc etiam Chartam furcillare ſuſtinuit Doct. Editor STOKII D. I. bl. 492. ſqq. cuius argumenta ne quem in errorem inducant, paucis refellere placebit. Argumenta, quibus uſus eſt Vir D. huc redeunt:

1. Non ſolent noſtri Comites *annos Indictionis* addere; nec congruit *Indictio.*
2. *Idibus Aprilis, quando Octavae Paſchae celebrantur*, ortum eſt ex Impoſtoris imperitia. Nam *Octavae* incidunt in d. 12. Apr. non vero in d. 13. ſive *Idus.*
3. Comes Abbate Adelardo praeſente Sigilloque id confirmante vocat hunc *dilectiſſimum Deo et hominibus.*
4. Datum dicitur Privilegium *Civibus Heylegommenſibus*; Interpres vero Vernaculus dedit *Ingezetenen van Heylo.*
5. Haec donatio vocatur *Teſtamentum.* Non vocari tamen poteſt *teſtamentum*, quo *nihil* penitus donatur.
6. Data dicitur Charta Egmondae in S. Petri Eccleſia.
7. Carpit Vir D. multa verba ſine ſenſu, ut Viro D. videntur, poſita.
8. Complectitur Diras, quas Comes ſuis poſteris imprecatus eſſet. En! Argumenta numero multa, pondere levia.

Diu autem dubitavi, an haec ſerio refutari mereantur. Vt vero ſua Chartae conſtet integritas, paucis haec habete.

Digitized by Google

A. 1108. d. 13 Apr. nibus aſſenſum praebere, ut divinam miſericordiam in illo diſtricto examine placabilem merear habere; quapropter notum ſit omnibus Christi fidelibus tam praeſentibus quam futuris, quod dul-

bete. Ad 1um. de *Indictione* Comitibus noſtris non uſurpata: reſpondeo, Viri Ill. partes fuiſſe, probare, non audacter cenſere. Quum autem nihil probet, quid refutatu opus est? Habetur ſupra in Charta a. 1083. *Indictio ſexta*. Infra a. 1116. d. 16. Iul. *Indictio* VIIII. et a. 1156. apud MIERIS D. I. bl. 101. *Indictio quarta*. Infra a. 1162. d. 28. Aug. *Indictio* IX. Porro infra a. 1174. d. 3. Oct. *Indictio ſeptima*, et a. 1198. N. II. *Indictio prima*. Cuiusmodi multa postmodum occurrent. An haec omnia falſa? Praeterea! cur Comites Hollandiae hoc ſeculo neglexiſſent id quod tunc moris erat. Quod autem non congruat *Indictio* huic anno, quum *prima* Indictio cadat in annum 1108. non vero *ſecunda*! Reſpondeo cum Doct. DOM DES VAINES *Dict. Diplom.* Voc. *Dates* T. I. p. 325. „ qu'on ne doit pas facilement ſoupçonner de faux les diplomes ou l'indiction ne convient pas avec les années de I. C. puisque tous les Savants, (*Muratori Antiq. Ital.* t. 3. Col. 50. *Gattola*, *Acceſſiones ad Hist. Caſſinens.* p. 40.) conviennent, qu'il y a un grand nombre d'actes ſinceres, dont l'indiction est fautive & très embarraſſante ". Nec opus fortaſſe eo recurrere. Notum est, quam facilis in his librariorum lapſus. Ex lapſu autem deſcriptoris ad Chartae falſitatem quis concluſit unquam? Si produci aliquando Charta Originalis poſſet, fortaſſe omne dubium ceſſaret.

2. Impostoris imperitiae tribuit Vir Doctus, quod librariis imputari oportet, ut *Idus Aprilis octavis Paſchatis* aequiparentur, ſiquidem *prid. Id. Apr.* ſcribi debuiſſet. Sed nec opus est in unius diei lapſu ad librarios recurrere. An credibile Chartarum Architectos ex ignorantia haec ſcriptitaſſe? quum conſtet in maxime genuinis Chartis ſaepe eiusmodi vitia inveniri. Audiatur in partes iam antea vocatus ac vocandus DES VAINES T. I. p. 374. „ Au reste, les dates pourroient être réellement fauſſes & la piece ou elle ſe trouvent, très authentique: il en est mille exemples qu'il feroit facile de conduire jusqu'à notre ſiecle même; il ſuffira d'en donner un que préſente un acte des plus ſolemnels, c'est le diplome fameux du couronnement de Pétrarque au Capitole. Cet événement ſe paſſa le jour de Pâques 1308. & l'acte est daté, V°. *idus Aprilis*; il falloit mettre VI°. *Idus*, parceque „ c'etoit

Digitized by Google

dulciſſima interventione ATHALARDI Abbatis, Haecmundenſem eccleſiam digne regentis, cuius donatio ab anteceſſoribus noſtris legitime ad nos perlata eſt, civibus *Heylegommenſibus* A. 1108. d. 13. Apr.

„ c'etoit le 8. d'Avril ". An ovum ovo ſimilius? Atqui hoc de Originali! Quanto igitur magis de hac Charta, quam deſcripſit DE LEIDIS, ex quo hausta eſt.

Ad 3. 4 et 6. nihil reſpondeo. His inhaerere pudet. Nihil enim ad rem; verba ſunt, et merum nihil.

Ad 5. de voce *teſtamentum*. In his ſimilibusque fallunt ſaepe ignotos! Non ignoravit ipſe Vir D. omnia acta, privilegia, contractus, omnesque in genere Chartas ac Conceſſiones, quae TESTIBVS *praeſentibus* fierent, *teſtamenta* vocari (Vid. DES VAINES in Voc. Add. MARTEN. *Theſ. Anecd.* T. I. p. 93.), ac propterea ſicco pede tranſiit, negatque videlicet *Teſtamentum* poſſe vocari eiusmodi diploma, in quo nihil datur. Nimirum perſtringit Vir D. verba: *quod pro ſepultura iniuste et immoderate magis ab eis extorquebatur quam debebatur — perdonamus, — ea conditione, ut decimam de omnibus fructibus — ſicut ubique iuste fit, ſine ullo malo ingenio perſolvant:* quaſi per haec minus daretur quam auferretur; quum contra immunitatem quamdam Comes de ſe largiatur, addita *conditione* de decimis ſolvendis, in qua forte antea refractarii fuerant. Rem ipſam de Sepulturae iure ad hanc Chartam explicat V. Cl. MATTH. *Ann. Egm.* p. 190.

7. Sine ſenſu poſita Viro D. p. 491. videntur verba: CVIVS *donatio Anteceſſorum noſtrorum ad nos perlata eſt.* Fac ita eſſe! An propterea Charta ſpuria? Dictum nollem! Concedo dure dictum eſſe, *cuius donatio —*. Videtur enim ſenſus poſtulare A QVO *donatio* ANTECESSORVM *noſtrorum ad nos perlata eſt.* Verum Chartane propterea non genuina? Nonne contra magis credibile, ſi falſa foret, curaturos fuiſſe falſarios, ne eiusmodi durae ac horridae locutiones Chartam vitiarent. Sed age explicemus verba! Voces: *cuius donatio*, accipi debent pro *donationis Charta*, ut ſatis vulgare. *Mea*, autem, *tua*, *cuius Charta* vel *donatio* aeque paſſive atque active exponi poteſt, *quae mihi*, *tibi*, *cui donata eſt ab anteceſſoribus.* Eſt igitur Brachylogia ex ſtilo monachali petita, quae nonnihil a vernaculo trahit. Dictionis igitur falſitatem nego, duritiem non nego. Sed quid haec ad Chartae *vitium*. Firmiora dare oportet, antequam Chartas ex Archivis depromtas fraudis ſuſpiceris. Actum alioquin eſt de fide Archivorum.

Digitized by Google

A. 1108. d. 13. Apr. *ſibus* illud ſtatutum, quod pro ſepultura iniuste et immoderate magis ab eis extorquebatur, quam debebatur, ab hac die praeſenti perdonamus, et deinceps in perpetuum perdonatum eſſe volumus ea conditione, ut decimam de omnibus fructibus, quos eorum terra protulerit, ſicut ubique iuste fit, ſine ullo malo ingenio perſolvant. Inſuper de pullis equarum, vaccarum, de gregibus ovium, porcorum, et anſerum, quod iure debent, adimpleant. Si quis vero, quod futurum non credimus, ſucceſſorum nostrorum vel Abbatum vel extraneorum hoc testamentum infringere, vel aliquo modo immutare voluerit, iram Dei et omnium Sanctorum incurrat, et hoc, quod nititur, nunquam perficere valeat, ſed cum Iuda traditore Domini et diabolo et angelis eius die iudicii, et cum his, quorum vermis non moritur, et ignis non extinguitur, partem poſſideat. Qui autem hoc nostrum [a] obſervaverint praeceptum, gloriam et honorem et benedictionem percipiant a Domino, et miſericordiam conſequantur, et gratiam inveniant in auxilio opportuno.

[a] *Nomine* Mier. *nostrum* margo de Leid.

Denique 8. *Irae* et *dirarum imprecatio* etiam Virum D. offenderunt. Egi ſupra p. 136. de hac Imprecationis formula, et ſimilem dedi ex Charta Originali, a. 1083. nihilque hoc ad Chartae *vitium* facit.

En! habetis Viri D. argumenta levi, ut confido, brachio disiecta. Longe fortius argumentum petere Vir D. potuiſſet, quod FLORENTIVS Holl. Comes, qui donator est, inter Chartae testes numeretur, quod monere non omiſit idem ad Chartam Originalem infra a. 1162. d. 28. Aug. At dicam quod res est. Lege praecedentia. *Duos homines — hoc ſacramentum*, i. e. hanc Imprecationis formulam, *in praeſentia omnium fecimus confirmare, deinde hanc Chartam*

tuno. Et ut iſta noſtrae [b] conceſſionis auctoritas ſtabilis et inconvulſa permaneat omni tempore, duos probos homines WVLFARDVM et HERICONEM hoc ſacramentum in praeſentia omnium fecimus confirmare, deinde hanc chartam conſcribi [et] ſigillo noſtro et dilectisſimi Deo [c] et hominibus ATHALARDI Abbatis praecepimus corroborari. A. 1108. d. 13. Apr.

Huius rei teſtes ſunt D. ATHALARDVS Abbas.

THRIEWINVS [d] Decanus.

BALTHICVS, ANDREAS, et tota Deo dilecta s. ADALBERTI congregatio.

Presbyteri ſeu Clerici.

REYNOLDVS.

WIBODO.

REMBRANDVS.

Laici FLORENTIVS *Hollandenſis Comes*, GALO et YSEBRANDVS fratres ipſius Abbatis.

DODO

b *Noſtra* Mier. c *Deo Domino* Mier. d *Thiew.* Bockenb. *Thebin.* Fris. apud de Leid.

tam conſcribi. — Huius rei teſtes ſunt D. Athalardus Abbas — — Laici Florentius, etc. Spectat igitur haec *Teſtificatio* magis ad *iusiurandum* ſuper Imprecatione *in omnium praeſentia* factum. Additio autem *Laici* hoc tempore ex more erat. Vid. Chartam a. 1101. HED. *Hiſt. Ep. Trai.* p. 145. ubi *Layci Florentius Comes de Hollant*, *Henricus de Kuc.* — Neque ita abſurdum, ut, qui prius de ſe loqueretur, poſtea tertiam induat perſonam. Vidi in Archivis Capituli S. Mariae Traiect. Chartam Originalem Burchardi Epiſc. a. 1108. qui in initio EGO *Burchardus* —, in fine vero praefert *anno Epiſcopatus Domni Burchardi.* Sic et in aliis. A. 1138. EGO *Lietardus — Praeſulatus domini Lietardi.* A. 1156. EGO *Godefrid. — Epiſcopatus Dom. God.*

A. 1108. d. 13 Apr. DODO miles Comitis et THEODORICVS filius ipſius.

VOLPARDVS et LVDOLFVS, et alii quamplures innumerabiles, et maxima pars populi illius Provinciae.

Actum eſt hoc publice in *Haecmunda* in Eccleſia beati Petri Apoſtoli anno incarnationis Domini milleſimo centeſimo octavo, Indictione ſecunda, Idibus Aprilis, quando octavae Paſchae celebrantur, regnante quinto HENRICO, anno Imperii ſui tertio, BVRCHARDI Traiectenſis Eccleſiae Epiſcopi anno Epiſcopatus [c] ſui nono, Domini ATHALARDI Abbatis anno ſuo quarto ſuſcepti Paſtoralis officii, in nomine Dei Amen.

[c] Mier. *Imperii*, ſed in marg. Alii *Epiſcopatus*.

N. XXIII.

A. 1116. d. 16. Iul. FLORENTIVS II. Comes Hollandiae concedit civibus *Alcmarienſibus* immunitatem a tributo Sepulturae (1).

A. 1116. d. 16. Iul.

Ad Chronic. p. 67.

(MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 83. ex Libr. MS. Dom. I. van der Nyenburg. EIKELENBERG *beſchr. van Alkmaar* bl. 112. et DE LEID. *Ann. Egm.* p. 20.)

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. Ego FLORENTIVS Dei gratia Hollandenſium [a] Comes, reputans mecum incer-

[a] *Hollandenſis* Mier.

(1) Contra hanc etiam Chartam inſurgit Vir Ill. HVYDEC. ad STOKE D. I. bl. 491. ſqq. iisdem fere argumentis, quibus ſupra a. 1108. p. 147. Quae ſpecialia habet, ceteris miſſis, ſuis locis tangam; quae enim de mortuo a. 1112. Comite *Florentio* dicuntur, refutavi quantum opus erat, ad CHRONIC. p. 67. not. (100).

Digitized by Google

certos caſus humanae fragilitatis decrevi, iuſtis petitionibus aſ-ſenſum prebere, ut divinam miſerecordiam in illo diſtricto examine placabilem merear habere. Quapropter notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris Chriſti fidelibus, quod dulcisſima interventione bonae memoriae ADALLARDI Abbatis, Hecmundenſem [b] Eccleſiam (2) digne regentis, cuius donatio ab antecesſoribus noſtris legitime ad nos perlata eſt, civibus Alcmarienſibus illud ſtatutum, quod pro ſepultura iniuste et immoderate magis ab iis extorquebatur, quam debebatur, ab hac [c] die praeſenti perdonamus, et deinceps in perpetuum per hanc Chartam perdonatum esſe volumus, ea tamen [d] conditione, ut decimam de omnibus fructibus, quos eorum terra protulerit, ſicut ubique iuste fit, ſine ullo malo ingenio perſolvant [e]. Inſuper de pullis equarum, vaccarum, de gregibus ovium [f], porcorum, et anſerum, quod iure [g] debeant, adimpleant, excepto quod in Chace [h] vigeſimum manipulum fideliter reddant, quod A. 1116. d. 16. Iul.

pro

[b] *Tunc Ecmund.* Mier. [c] *Dabatur*, *adhuc* Eikel. et *perdonavimus*. Mier. *in perpetue.* [d] *Perdonatos* • *ea tamen* Eikel. [e] *Solvant* Idem. [f] *Omnium* male Mier. [g] *Que iure* Eik. [h] *In Eathe* de Leid. p. 10.

(2) *Hecmund. Eccleſ.*] MIERIS p. 83. addidit, unde neſcio, TVNC *Egm. Eccl.* Hinc ſine cauſa argumentatur V. D. ad Chartae falſitatem. At non habet Editor primarius, unde ſua MIERIS. Quod ſi ſummum vox *tunc* adiici debet: nihil hoc ad *notitiam* Chartae. Eiusmodi enim formulam, *tunc*, *tunc temporis* de perſonis viventibus et praeſentibus interdum addebatur. Vid. MABILLON. *de re Dipl.* p. 162. Et ſic idem in *Annal. Bened.* T. V. p. 309. ubi ſignavit Chartam a. 1093. *Ego Hugo Epiſcopus* TVNC TEMPORIS, *et Cancellarius ſcripſi et ſubſcripſi.* Quam tamen Chartam propterea nemo in dubium vocavit.

Digitized by Google

A. 1116. d. 16. Jul. pro gratia et non[i] pro iustitia iis conceſſimus. Si quis vero, quod futurum non credimus, ſucceſſorum noſtrorum, vel Abbatum vel extraneorum hoc teſtamentum infringere, vel aliquo modo immutare voluerit, iram Dei et omnium Sanctorum incurrat, et hoc, quod[k] nititur, nunquam perficere valeat, ſed cum Iuda traditore Domini, et diabolo et angelis eius in die iudicii et cum hiis, quorum vermis non morietur, et ignis non extinguitur, partem poſſideat. Qui autem hoc noſtrum conſervaverint[l] praeceptum, gloriam et honorem et benedictionem percipiant a Domino, et miſericordiam conſequantur, et gratiam inveniant in auxilio oportuno. Et ut iſtius noſtrae conceſſionis auctoritas ſtabilis et inconvulſa omni tempore permaneat, duos probos, homines, Embonem et Philgerum, hoc Sacramento in praeſentiam[m] omnium fecimus confirmare, deinde hanc Chartam conſcribi, et Sigillo noſtro et dilectiſſimi Deo nobisque ADALLARDI Abbatis praecepimus corroborari. Huic rei pro teſtimonio inſuerunt[n] Dominus Abbas Adallardus.

Meinolfus[o].

Wlbodo.

Wi-

i *Noſtra* Mier. k *Id quod* Eik. *De verme non moriture* omiſit Eik. l *Conſervaverit* Mier. m *[illegible]* Eikel. *Embonem* ſupra Mier. n *Inſuerunt* Mier. o Multa in nominibus vitioſa ex Eikel. emendavi.

(3) *Sacramento confirm.*] Nomina *velis*? Haec ſunt quae praeter ea quae confirmantium nudis nominibus poſita dedi p. 147. ſpeciatim contra hanc carpit V. D. Sed hoc ex more iſtius ſeculi, praeſertim ſi monachi S. Adalberti eſſent. At! quid haec ad Chartae Chartam protulit V. D. Reliqua omnia, ipſo tacite conſentiente, tam egregie ſibi conſtant, et Characteri huius ſeculi

Wibrandus, Presbiteri. A. 1116. d. 16. Iul.

Laici Galo.

Luidolfus.

Burchardus.

Bertolfus.

Abbo, aliique quam plurimi.

Hanc etiam conditionis ſtabilitatem p, hii, qui ſubter notantur ſuper reliquas ipſius Sancti Adalberti Sacramento confirmaverunt (3), nunquam deinceps in perpetuum q violandum, Thiedmer, Hera, Hereman, Gerthbrand, Thiedric, Hereman, Sibold, Thiedard, Sibold, Sigereb, Bono, Broecter, Sita, Thiedric, Bono, Reinold, Geldric, Vbbo, Redward, Galo, Agget, Gherard, Nanno, Walfrid, Thietger, Ekgehard, Etelgis, Hereman, Tilbrand, Walfrid, Wigerd, Entet, Nanno, Hereman, Reinert, Falco, Everger, Brocher, Bertold, Alnoch, Embo, Everhard, Sidi, Wibod, Etelmer, Nanno, Hetſel, Hildebrand, Sibold, Ama, Ebeko, Meinhard, Rainhard, Thiedric, Gerbrand, Wibrant,

Beier,

p *Conditionem ſtabilitam* Eik. q *Perpetuo* Mier. *Salo* Eikel. *Eale* Mier.

li ita reſpondent, ut nihil ſupra. Praeterea IOHANNES DE LEYDIS, qui ſcripſit *Annales Egmondanos* iuſſu vel rogatu *Nicolai de Adrichem*, qui a. 1477. Abbas Egmund. factus est (V. *Praef.* MATTH.), postquam ex Archivis priorem a. 1108. Chartam protulit, de hac Florentii Charta p. 20. ita addit: *Fecit et adhuc unam aliam donationem* etc.

A. 1116. d. 16. Iul. Beier, Heinko, Meintek, Everhard, Thiedric, Rainbold, Saxperter, Otger, Fretheric, Volpertus, Widrik, Havic, Herar, Gebat, Waszo, Luna, Wigerd, Ockeman, Berchot, Ivo, Adolf.

Actum est hoc publice apud ALCMERE in Eccleſia r Sancti Laurentii (4) martyris coram innumerabili multitudine ipſius patriae, anno Incarnationis Domini M°. C°. XVI°. Indictione VIIII. die XVII. Kalend. Aug. regnante V. HENRICO, XI. Imperii ſui anno, GODEBOLDI s Traiectenſis Eccleſiae anno Epiſcopatus ſui III. Domini ADALLARDI Abbatis anno XII. ſuſcepti paſtoralis officii, in Dei nomine feliciter, Amen.

r *Eccleſiam* Mier. qui *martyris* paullo post omittit. s *Gondelboldi* Elkel. qui post *Trai.* addit *Epiſcopi.*

(4) *In Eccleſiam S. Laurentii*] Inſinuat Vir D. p. 493. hanc *Eccleſiam* tunc nondum alibi *nuncupatam*. Exſtiteritne? Tacet. Quid ad talia reſpondeas?

N. XXIV.

Digitized by Google

N. XXIV.

LAMBERTVS Epiſcopus Tornacenſis reſtituit ECCLESIAE TRAIECTENSI poſſeſſionem Eccleſiae DE SISELE in Flandria prope Brugas (1). A. 1122.

A. 1122.

Ad Excurs. p. 168.

(Habetur in MIRAEI *Opp. Dipl.* Supplem. T. II. p. 963. nunc coll. cum antiquiss. MS. pergameno, cui titulus: *Codex Donat. Imperial. Traiect.* fol. XLV. VI.)

	MIRAEVS l. l.	Cod. MS.
Col. a. l. 1	In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego LAMBERVS Tornacenſis ac Noviomenſis Eccleſiae Dei gratia Epiſcopus.	Ego LAMBERTVS dei gratia tornacenſis epiſcopus.
L. 8.	legitima ſua	ſua legitima.
L. 9.	in *Sysſeele.*	in *Siſele.*

L. 14.

(1) Meminit huius Chartae HEDA p. 148. *Hic Epiſcopus recuperavit bona in Siſelich alienata* a. MCXX. [l. MCXXII.] Quae quo melius intelligantur, conferri cum ea debet Charta *Godebaldi* Epiſc. Traiect. a. 1116. qua hanc *Eccleſiam Sanctae Mariae in Brugge, quae erat prius in Sisſela Matri ſuae ſubiecta, communi aſſenſu Capituli S. Martini* ſibi vindicat; conſtituitque, debere illius Praepoſitum eligi e gremio Canonicorum Cathedralis Vltraiectinae, eumdemque Praepoſitum iure ſuo conferre Praebendas in ſua Eccleſia vacantes, quam rei ſummam exhibet POPPENS. Editor *Opp. Dipl.* MIRAEI T. II. p. 961.

Digitized by Google

A. 1122.

L. 14. meos ſaepe ſuper	meos fratres.
L. 19. Remfridum hui. ini. her.	reinfridum heredem huius iniurie'.
L. 20. Cononis Romanae Ecclesiae Legati	cardinalis.
L. 23. Cononis Legati	CONONIS.
L. 26. Dominus Legatus	cardinalis.
L. 27. in praeſenti	mihi preſentj.
Col. b. l. 5. Canonicis	concanonicis.
L. 14. Ludovico	LOTHOWICO.
L. 19. S. Rodbodi Archid.	S. Rotbertj archidiaconj.
L. 21. S. Walkeri thes.	S. Walcharij theſaurarij.
L. 22. S. Theodorici	S. Teodericj.
L. 23. S. Tidberti	S. Thibertj.
L. 24. S. Henrici	S. Heinricj.
L. 25. S. Lidberti	S. Libertj.
L. 32. S. Thancranni	S. Thancmarj.
L. 33. S. Almalrici	S. Amalrici.
	S. Hunradi decanj.
L. 35. S. Folcardi Decani	S. Fulcardi decanj.
S. Sigabodi.	
S. Erambaldi.	
S. Gotelonis.	
S. Balduini.	
S. Riperti.	

N XXV.

Digitized by Google

N. XXV.

„ Inſtrumentum ſuper reſtitutione Eccleſiae in *Siſele*, quae nunc A. 1124. „ est eccleſia beatae Mariae in Brugis ".

A. 1124.

Ad Excurs. p. 168.

(Ex Codic. MS. *Donat. Imper. Mai. Eccles. Traiect.* fol. L X I.)

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis et beate dei genitricis marie. Notum ſit omnibus fidelibus tam preſentibus quam futuris quia precepto · GODEBALDI uenerabilis epiſcopi et communi conſilio prioratus ſui LVTHARDVS prepoſitus eccleſiam que est in SISELA cum ſuis appendicijs diu iniuste et per ſurreptionem a ſuo capite alienatam ad proprios vſus fratrum requiſiuit. Quam annuente deo et manifestata iusticia attestante ſub testimonio probalium (*sic*) perſonarum in Tornacenſi ſynodo priſtino Honori ſuo reformari fecit · vt autem indisſolubili pacis uinculo ſupradicta posſesſio ſancte congregationi beati Martini perpetuo ſtabiliretur · eccleſia ſancte marie *in Brugge* que erat prius *in ſiſela* matri ſue ſubiecta communi asſenſu Capituli ſancti Martini libertati est asſignata et tradita quam libertatem qualicumque ratione

prius

A. 1124. prius confirmauerat apoſtolica auctoritas. Est autem huius traditionis talis conditio. — (1).

Siquando canonici eiusdem eccleſie ſancte Marie priuentur ſuo prepoſito · vnus ex eis cum asſenſu ſuorum confratrum *Traiectum* ueniens in *Capitulo Sancti Martini*, prepoſitum ſibi dari orabit · quem decanus et fratres communiter ſucceſſione perpetua omni reſpectu · epiſcopi et maioris prepoſiti excluſo tamquam ſuper propria et ſpeciali posſeſſione ſua prouidebunt et illius electioni tradent. Statutum est etiam in Capitulo ut idem frater Bruggenſis donec expectatione prepoſiti ſui pendebit communi prouidentia fratrum procuretur. Tradito autem ſibi prepoſito ei tantum adhereat etiam ſi neceſſe fuerit · ſumptum in repatriando ſufficientem ab eodem ſuſcipiat. Preterea ad maiores concordie unitatem uiſum est fratribus pium et honestum · vt quandocumque aliquis fratrum illorum huc uenerit more clauſtrali ſe habeat · chorum frequentet et obedientiam decano tamquam ceteri ſeruet. Quia igitur ſic et vnita et incorporata huic eccleſie illa · quotienscumque aliquis ex istis uel illis fratribus obierit vtriusque obitus utrique congregationi denuntietur · vt triceſimus dies *depoſitionis eius* · et anniuerſarius uigilijs orationibus psalmis et misſis ſtatutis rite celebretur. Vt autem hec rata et inconuulſa maneant communi asſenſu fratrum iusſa

(1) *Conditio*] In margine Cod. *apoſtolica facta per dominum calixtum* MS. habentur: *Hec est confirmatio papam iuncta huic inſtrumento publico.*

Digitized by Google

Iuſſa eſt hec carta conſcribi · et ſigilli ſui impreſſione firmari · A. mi. vt ſiquis voluerit diſſipare · anathemati perpetue dampnationis ſubiaceat.

Tradita eſt anno incarnationis dominice · M· C· XX·...(2) indictione ij · anno uero ſecundo epiſcopatus God.

Huius rei teſtes fuerunt Hij traiecteñ · eccleſie Lidbertus decanus ·

Altetus · Theodericus archidyaconus ·

Luthardus prepoſitus ·

Hugo ·

Luzo ·

Hardbertus ·

Blidgerus ·

Gelmarus ·

Baldricus et ceteri fratres.

Rodbertus tornacenſis archidyaconus ·

Bertulfus Brugenſis prepoſitus ·

Helyas decanus ·

Litera ·

Blitro ·

Balduinus ·

N. XXVI.

(2) Reliqui anni legi non potuerunt ſed docet *indict.* ij. ſcribendum eſſe in Orig., teſte margine Cod. MS. MCXXIIII.

N. XXVI.

A. 1135. d. 1. Aug. LOTHARIVS Rex Germ. frater PETRONELLAE Comitiſſae Holland. Privilegia confert Monaſterio *Lutteringeburg*, ex quo Moniales RIJNSBVRG in HOLLANDIAM translatae ſunt.

A. 1135. d. 1. Aug.

Ad Chronic. p. 83. (33).

(Ex vetusto Diplomatario MSS. depromto ab ECCARD. in SCHEID. *Origg. Guelph.* T. II. p. 514. Probb. L. VI.)

In nomine Sancte et individue Trinitatis. LOTHARIVS divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Sicut pro augmentando religionis cultu nova inchoare ſalutiferum est; ita non minoris apud Deum meriti est, inchoata antiquitus, ſed neglecta, in melius mutare et ordinare, eorumque redintegrationi vigilem curam adhibere. Cumque hunc conſulendi affectum omnibus debeamus eccleſiis, ſpecialius tamen et familiarius eas amplecti nos oportet, quas provida *Parentum noſtrorum* devotio ad hoc plantavit et Deo obtulit, ut ſue ſuorumque heredum ſaluti proficeret. Hunc itaque circumſpectionis ocu-

(1) *Alibi*] Nempe *Rijnsburgi*, *in Hollandia*. Sic verba CHRONIC. p. 83. ad a. 1133. *Sanctimoniales de Saxonia* LVTTERLINGEBVRCH, *faciente Comitiſſa* PETRONILLA RENESBVRCH *adductae ſunt*; quibus ex verbis cum hoc Lotharii R. Diplomate comparatis ſatis patet origo Abbatiae Rijnsburgenſis ex Saxonia repetunda, quae eo translata per Petronellam Comitiſs. Holland. ope Regis Lotharii, fratris ſui uterini.

(2) *Levitate earum*] Laudatur prima Rijnsburgenſium Monialium inſtitutio, et ſatis haec laudabilis fuiſſe videtur. Sed ſervo omnes Abbatiae Rijnsburg. Chartas, quas ſi conſulueris, imprimis quae iuſſu Romani Pontificis Monaſterii reformationem, et Regularum inſtaurationem identidem ſpectant, dicendum erit, a primis Inſtitutis postea ad-

oculum Eccleſie noſtre in *Luttere* a Proavis noſtris fundate, accommodantes, *ablatis inde Sanctimonialibus et* ALIBI (1) *locatis*, monaſticam ibi vitam pro concilio religioſorum noſtrorum ordinavimus. Que videlicet *Sanctimoniales*, licet ab initio ibi poſite fuerint; ex conſilio tamen prudentium et bonorum ſatius viſum eſt, *eas removeri et aliorſum transferri*, quia ex levitate earum (2) non parum religio et res eccleſie illius dilapſe et minute erant. Predictum itaque locum monaſtice religioni fouentes [lege *vouentes*], monachos ibi in perpetuum ſub ſingulari tramite [i. e. *regula*] Deo ſervire decreuimus: A. 1135. d. 1. Aug.

— — —

— — — Signum Domini LOTHARII tertii Romanorum Imperatoris inuictiſſimi.

CONRADVS vice ADELBERTI Archicancellarii recognoui.

Acta Kal. Aug. MCXXXV. Indictione XIII. regni Regis LOTHARII X. Imperii tertio, in *Neuenberg* in Chriſti nomine feliciter Amen.

N. XXVII.

admodum deſcivisſe. Huc potisſimum pertinent *Statuta et Ordinationes Abbatiae Rijnsburg.* iusſu Papae, factae per Iacobum Decanum Eccles. Colleg. S. Pancratii Castri te Voirne, d. 6. Apr. a. 1454. confirmatae iusſu ſedis Apost. d. 11. Sept. a. 1500. ut omnes in posterum de incompoſita harum Monialium vita querelae cesſent. Nec non *nova ſtatuta Abbatiae* de eligendo Capellano, de recipiendis hospitibus atque amicis, de egresſu et ambulationibus Monialium, de laeto novarum ingresſu, etc. compoſita iusſu Papae d. 5. Mart. a. 1499. et promulgata d. 11. Sept. a. 1500. Quae ad illuſtrandas res nostras edere aliquando animus est.

N. XXVII.

A. 1150. LAVRETTA Comitiſſa Aloſtana Abbatiae S. Michaëlis Antverpiae benefacit.

A. 1150.

Ad Excurs. VII. p. 261.

(Ex Originali, in Archivis Abbatiae S. Michaëlis Antverpiae ex Capſa 1 x. n. 9. (1).

IN NOMINE SANCTE ET INDIUIDUE TRINITATIS. Quia omnipotenti deo plurimum placere cognouimus · ut labores ſibi ſeruientium beneficijs ſustententur fidelium' ego LAVRETTA (2) pia deuotione commonita · una cum filio meo · THEODERICO · dedimus in elemoſinam ſingulis annis iure perpetuo absque contradictione · et omni pando · fratribus ſancti michaelis in *antwerpia.* decem arbores alneos in ſilua que' *coninces forest* dicitur · quales ibidem elegerint · et · ad opus piſcationis ſue' habiles eſſe perſpexerint · Dedi etiam predictis fratribus in elemoſinam · pro remedio anime' mee' et · omnium parentum meorum · et · pro anima donni [ſic] *ywaini* mariti mei die decimo post mortem ipſius uectigal et · conductum liberum de omni-

(1) Habetur haec etiam ſcripto conſignata in S. Michaëlis Abbatia Antverpiae *Volum. Pergam.* T. I. n. 95. cuiusmodi ſi bene memini VIII. Volumina elegantisſime pergameno deſcripta illic proſtant: quorum pervolvendorum mihi copiam ab Illustriss. ac Rever. Dom. Abbate beneſice concesſam, gratus agnosco.

(2) *Lauretta*] Fuit haec *Lauretta* filia Theoderici Com. Flandr., nupſitque *Iwano* Alostenſi, quocum a patre accepit *Waſiam* et Truncinium; quae tamen una cum Alosto, *Theoderico* Iwani

omnibus propriis rebus illorum apud *Rypelmundo*' et · liberum A. 1150.
introitum et exitum per omnem terram que' tunc iuris mei erat ſine exactione ad refugium · et · ſaluationem nutricationum ſuarum ' et omnium rerum ſpecialiter ad ipſos pertinentium ' et hec ſedulo coram hominibus meis apud *Rypelmundo* illis tradidi et · ſigilli mei impreſſione confirmari precepi · et · hij testes qui interfuerunt ·

Iordanus de beuerne ·

Willelmus de Bonlara ·

Balduinus de Leide (3) ·

Giſelbertus breuiator ·

Erardus · Wiricus · Balduinus Tribunus de melcele ·

Acta ſunt autem hec *Rypelmundo* anno dominice incarnacionis. milleſimo centeſimo quinquageſimo · epacta PRIMA (4).

* * *

Appendebat Sigillum rotundum magnum ſubrubri coloris in cauda duplici coriacea, et circumpoſita erant haec verba elegantis ſcripturae literis:

✠ SIGILLVM LAVRETE FILIE TEODERICI COMITIS.

N. XXVIII.

Iwani et Laurettae filio defuncto, venerunt ad Philippum Com. Flandr. Laurettae fratrem. VRED. *Sigill. Com.* p. 20.

(3) *Balduinus de Leide*] Habuit procul dubio hic *Balduinus de Leide* in *Waſia* ſive IV. *Officiis* Feuuum, ex quo huius *Laurettae* Alostanae Comitiſſae *Theoderici* C. Flandriae filiae vaſſallus erat. Niſi ad aliam familiam ſpectaſſe credas.

(4) *Prima*] Docet haec *Epacta prima* annum ex ſtilo Francico computari, qui ex nostro foret annus 1151.

Digitized by Google

N. XXVIII.

A. 1155. HERMANNVS Epiſcopus Traiectenſis Canonicis *S. Mariae* ac Parochianis de *Lopike* benefacit (1).

A. 1155.

Ad Chronic. p. 92. a.

(Ex ſupremo Conſilio, quod *Mechliniae* est, in Sacculo Litis, No. 2197. ſpectantis ad *Inquilinos de Lopickerwaert.* Vidimus originale.)

In nomine domini nostri iheſu christi Ego HERMANNVS dei gratia epiſcopus Traiecteñ notum facio tam preſentibus quam futuris quomodo tum pro amore dei tum pro petitione fratrum nostrorum canonicorum uidl. de *ſancta Maria*[a] parrochianis de *lobeke* ſubuenerimus, et ad conſeruationem terre eorum nouo eos · aquarum decurſu[b] quem lingua eorum *wetteringa* uocant iuuerimus. Cum enim antiquus eorum aqueductus · quem tempore predeceſsoris nostri dnis CONRADI epiſcopi a dnis de *hauekesdreht* GERARDO uidl. et FRIDERICO[c] filio eius · XV *manſis*

MATTH. *de Iure Glad.* p. 119. haec vitioſe. *a In ecleſia ſancta Mariae.* *b Deducta* et *Weteringe.* *c Freder.*

(1) Dedi hanc Chartam eiusque deſcriptionem, prout exſtabat in ſuprema Curia Mechlinienſi; at postea Originalem videndi facultas mihi facta est. Habetur autem integra, Sigillo rotundo albicante, in *Archivis Capituli S. Mariae Traiect.* Caps. Q. lin. 7. n. 2. Docemur ex eadem factas iam hoc eſse ſeculo conſtitutiones ſuper agris his Lopicanis, quamquam Catalogus Aggerum Praefectorum, (vulgo *Dijkgraven van den Lopikkerwaard*), quem nobis contexuit industria Viri Cons. I. VAN DE WATER, *Placaatboek van Vtrecht* D. II. bl. 120. demum ordiatur ab HENRICO ROVERO, anno 1287. niſi forte dicas, hic reſpici ad tempus Comitum Holl., qui primum hunc *Reverum* conſtituit.

ſis coemerant minus eis ſufficeret et propter nimium terre' cir- A. 1155.
cuitum aquas tardius effunderet [d], egerunt cum iuniore FRIDERICO [e] ut duas quartas partes manſi quas *uirtele* uocant in *pulſebroch* ab ipſo emerent · ut per eas [f] aquarum ſuarum decurſum usque in flumen [g] quod *isle* uocant breuius et terre' ſue' utilius dirigerent, et tam ueteris quam noui aque'ductus aquam tanto citius quanto brevius in flumen *islam* effunderent [h]. Has autem quas prediximus duas *uirtele* · et omnem iusticiam earum ipſe nobis *fridericus* astantibus fidelibus reſignauit · et nos eas nobis reſignatas eccleſie' *beate' Marie'* · et parrochianis de *lobeke* in proprietatem cum *omni iusticia* perpetuo iure conceſſimus. ita ut in hac prebitione [i] nostra nemo eis aliquando aliquam iniuriam faciat · et nullus [k] hos eorum aqueductus a terminis eorum usque flumen *Islam* preter coniuratos [l] quos *heimrat* (2) uocant obſtruere aliquo uallo · uel aliquo modo *piscationis* uel ſportulis preſumat. Dedimus eis preterea potestatem in aggere fluminis *Isle*

d Deſunt *et propter nim. terre circ. aquas tard. effunderet.* *e* Minore *fred.* *f* Et *per eas.* *g* Deductum *in flumen.* *h* Aquas *effunderentur.* *i* Donatione. *k* Nec *alius.* *l* Iuratos.

(2) *Heimrat*] Notate mecum antiquitatem vocis Belgicae *Heimrat*, et eius Synonymum *coniurati*, vel ut in Charta a. 1275. apud MATTH. *de Iure Glad.* p. 520. qui et hanc Chartam profert p. 119. *iurati*, *qui dicuntur Heemradi*; nec non antiquitatem Praefecturae Aggerum, quibus curandis iam hoc ſeculo magiſtratus ille peculiaris praefectus fuit, quorum erat, *ibid.* in alia Charta, ius dicere *ſecundum legem*, *ius*, *et conſuetudinem magnae Inſulae.* Hi Heemradii ſuas habuerunt Praefecturas, ſive *Chomarchias*, in his *Delflandiam*, cuius aggeribus tuendis qui praeerant, iam a. 1290. a Comite facultatem nacti ſunt *faciendi Choras* (*om Keuren te maken*) apud MIERIS D. I. bl. 509.

Digitized by Google

A. 1155. *Isle* fodere[m] et conſtruere nouum exitum aquarum quem *Sluſe* uocant. Vt autem hec rata et inconuulſa eis permaneant banno noſtro firmauimus · et ſuper hoc paginam hanc inpreſſione ſigilli noſtri conſignauimus. Acta autem ſunt hec *traiecti* in domo noſtra anno dominice' incarnationis · M^{mo} · C^{mo} · L^{mo} · V^{to} · imperante FRIDERICO · anno regni eius · IIII^{to} · imperii · I^{o} · anno epiſcopatus noſtri · V^{to} · his de clero teſtibus ·

Godefrido maioris eccleſie prepoſito ·

Acelino eiusdem eccleſie decano ·

Andrea ſancti petri prepoſito ·

Baldvvino ſancte' marie' pp^{o} ·

Engeberto archidiacono ·

Hermanno ſancti ſaluatoris decano ·

Hermanno ſancti petri decano ·

Conrado ſancti iohannis decano ·

Rodolfo ſancte' marie' decano ·

Euerardo capellano ·

His liberis teſtibus ·

Alardo de vviſenthurst ·

Winemaro de tideham ·

Teoderico de altena ·

HVGONE BVTERO[n] (3) · Mini-

[m] Fossam fodere. [n] Butero.

(3) *Hugone Butero*] Ex familia illuſtri de Arkel, de quo vid. not. *Chronic.* p. 92. ubi vocatur *fortisſimus Teutonicorum Militum.*

Miniſterialibus teſtibus. A. 1155.

Alberone ·

Teoderico ·

Gerardo ·

Ottone caſtellano ·

Wernero Sculteto ·

Giſelberto marſcalco ·

Lubberto capellario ·

Vlrico ·

Meinzone ·

* * *

Impreſſum imae membranae eſt Sigillum rotundum albidum, his literis:

✠ HERIMANN9 DEI GRATIA
TRAIECTEN EPC.

Habetur in MIERIS *Biſſchoppel. Zegel.* Tab. III. n. 2.

Digitized by Google

A. 1161.

N. XXIX.

EVGENIVS III. Papa donat ac confirmat Eccleſiae S. Michaëlis, quae Antverpiae est, omnia bona et privilegia, in his etiam poſſeſſiones in *Santvliet*, *Orderen*, etc. et *piſcationem Hontemuden* (1).

Sedit intra a. 1138-1161.

Ad Excurs. VII. p. 104, 135.

(Ex SANDERI *Chorographia ſacra Brabantiae* Tom. I. p. 101. Ed. Hag. a. 1726.)

EVGENIVS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio *Emelino* Abbati Eccleſiae ſ. Michaëlis de Antverpia eiusque fratribus tam praeſentibus quam futuris regularem vitam eligentibus, ſollicita nos oportet conſideratione proſpicere. -- -- -- De quatuor grangiis pariter vobis decimas conceſſerunt, ſub annuo redditu, videlicet 12. ſextarerum (ſ. *ſextariorum.*) forenſis menſurae, quatuor ſiliginis, quatuor ordei, et quatuor avenae, quae omnia et alia in eodem privilegio rationaliter ſtatuta ſunt, rata et inconcuſſa manere cenſemus. Praeterea quascumque poſſeſſiones, quaecumque bona in praeſentiarum iuste et canonice poſſidetis, aut in

(1) *Hontemuden*] Nomen *Hontemuden* procul dubio oritur ex *Honta* fluvio, et *muda*, nunc *munda*, i. e. ostium, os, ſive fluvii exitus, quemadmodum a fluvio *duble* vel *dupla*, ſupra p. 144. *duplamunde*. Cf. not. ad EXCVRS. VII. p. 104. Locus ille non amplius exſtat; ſed quum Abbatia S. Michaëlis hic ſuam habuerit *piſcationem*, ſciſcitatus Rever. Abbatem,

Digitized by Google

in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iustis modis Deo propitio poteritis adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus, et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. *Santſlit*, terram *Orderen*, Curtem, quae dicitur *Parve*, Curtem *Oſſele*, Curtem *Haga*, Curtem *Elſten*, Curtem *Alterle*, Curtem *Marxblas*, PISCATIONEM HVNTEMVDEN cum mancipiis et Paſcuis, et nemoribus et manſuris. De nutrimentis autem veſtrorum animalium, ſeu de incultis terris nullus omnino hominum Clericus, aut Laicus decimas a vobis praeſumat exigere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum locum temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, et ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura: ſalva ſedis Apoſtolicae auctoritate, et Dioeceſani Epiſcopi Canonica iuſtitia. Si qua ergo in futurum Eccleſiaſtica, ſaecularisve perſona hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe A. 1161.

divi-

batem, ab eo reſponſum tuli: olim Abbatiam ex adverſus pagum den *Agger*, prope *Oſendrecht*, habuiſſe *piſcationem*, ibidemque ſe haud dubitare, *Hontemudam* quaeri oportere. Quibus confirmantur, quae dixi ad EXCVRS. VII. C. IV. ſub FLORENTIO V.

A. 1161. divino iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, et a ſacratisſimo corpore ac ſanguine Dei et Domini nostri Ieſu Christi aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus, ſit pax Domini nostri Ieſu Christi, quam hic fructu bonae actionis percipiant, et apud diſtrictum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

N. XXX.

A. 1162. d. 28 Aug. FLORENTIVS III. Comes Hollandiae reſtituit *Abbati* et Conventui *Egmundenſi* Eccleſiam *Flardingam*.

A. 1162. d. 28. Aug.

Ad Chronic. p. 110. (82). et *ad Cod. Dipl.* p. 133, 137, ſqq.

(Ex Originali, in Archivis Camerae antiquae Rationum Holland. Habet etiam MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 108.)

IN NOMINE DEI OMNIPOTENTIS NOTUM ESSE VOLO TAM PRESENTIBUS QUAM FUTURIS CHRISTI FIDELIBUS QUOD EGO FLORENTIUS TERTIUS HUIUS NOMINIS DEI BENEFICIO COMES HOLLANDIE · conſiderans inſtabiles mundiales caſus et abhorrens futuros peccatorum cruciatus decreui iustis petitionibus benigne annuere · et ut * anime' mee' in futuro conſultum ſit, pauperum christi iniuriis ſubuenire · Flexus igitur pia petitione venerabilis abbatis Wicboldi, ekmun-

* Vitioſe haec ſeqq. MIERIS, a. a.

ekmundenſis [b] e'ccleſie' et fratrum ſuorum · e'ccleſiam *Flardinge.* que' temporibus patris mej THEODERICI quaſi hereditario iure capellano eius proueniſſe et ad eius ſucceſſores per ſubſequentia tempora pertinere [c] falſo dicebatur · libere poſſidendam [d]. pro amore dei et reuerentia ſanctorum eius reconſignaui [e] Sancto adalberto · coram principibus terre' mee' · pro remedio peccatorum meorum · et ut patri meo indulgeatur [f] quicquid ſuper hoc iniquo ſeductus conſilio deliquit · Itaque auctoritate dei et omnium ſanctorum et mej · confirmo · quatenus [g] predictam e'ccleſiam cum uniuerſa decimatione inter fluuium *madlinge* et riuulum *thurlede.* quj uocatur *harga.* cum omnibus attinentiis ſuis · tam in prediis quam in mancipiis · ſicut a comite ARNOLDO tradita eſt ſancto adalberto. et a THEODERICO comite confirmata. libere et abſque ullius contradictione in perpetuum poſſideat · Si quis uero noſtrorum uel extraneorum hanc libertatem e'ccleſie' conſilio uel [h] manu ſacrilega infringere attemptauerit. iram dei et omnium ſanctorum incurrat. caſſato effectu peruerſe' uoluntatis. et cum iuda traditore et Sathana et angelis eius in die iudicij. ubi uermis non moritur. et ignis non extinguitur. partem poſſideat · Qui autem noſtre' [i] confirmationis · noſtre' tuitionis fidelis confirmator pauperum ſpiritu miſertus e'ccleſiam eorum quam ego

A. 1162. d. 28. Aug.

b *Hecmund.* c *Pertinere debere.* d *Poſſidendam ſicut a Comite Arnoldo tradita est.* e *Reſignavi.* f *Indulgeatur.* g Quae ſequuntur, longe aliter; *quatenus tam praedictam eccleſiam, quam et quaecunque bona praedeceſſores mei Hecmundenſi Eccleſiae contulerunt, vel quaecunque iura concreverunt, ſimul etiam quae eidem ex donatione fidelium accreverunt, nec non quae iuſte emerunt abbates quaeque iuſte acquiſituri ſunt, libere poſſidens teneat.* Sequitur porro: *Si quis vero* —. h Deſunt *conſilio vel.* i Deest *nostrae.*

A. 1162. d. 28. Aug. ego predecesſores meos imitando ſublimare [k] decerno ſublimauerit ' beatitudinem pauperum ſpiritu [l] et miſericordium [m] accipiat a domino in tempore oportuno · Vt autem he'c parentum meorum et mea conceſſio inconuulſa duret in euum ' preſentem paginam ſigillo meo roborari feci publice in eccleſia ſancti [n] adalberti ekmonde.

Huius rei teſtes fuerunt. Domnus Wicboldus abbas ·
Lydulfus prior ·
Frithericus · Wlbodo · et tota deo [o] dilecta ſancti Adalberti congregatio ·
Presbiteri · Hugo de Scie · et Ambroſius de Saxnem ·
Laici [p] · Robertus frater Comitis [q] ·
Theodericus perſin ·
Hugo de teilinge ·
Isbrand de Harlem · et fratres eius · Gerard malot et Meinzo ·
Simon Gala ·
Albrecht baniart ·
Dodo aduocatus · et fratres eius · theodericus · beruuoldus · et uuerenboldus ·
Wilhelm de forenholta ·
Theodericus de ſcotan ·

Od-

k *Imitando ſublevare.* l Deest *Spiritu.* m *Miſericordiam.* n Deest *Sancti.* o *Dei.* p Male adſuta voci *Laici* ſunt; *beatae memoriae Florentius Hollandienſis Comes.* q *Et frater eius Robertus.* Porro multa, in nominibus vitioſa, reſtituta nunc ſunt.

A. 1162. d. 28. Aug.

Odger de Riſuuic ·

Alard oue ·

Bertolfus dapifer ·

Frethelif ·

Maurin ·

Ekbrecht caluus ·

Lydolf de utgest ·

Stephanus ·

Adalard ·

Vastrad de Rinnighem ·

Isbrand freſo ·

Isbrant ethelig ·

De friſonibus · Geltet filius etherich, Athelgir · Ello · et Herco frater eius · Aliique plurimj ·

Actum est hoc Quinto Kl. Septembris [r] publice in ekmunda [s] in ecclesia beati PETRI apoſtoli · ſanctique confesſoris christi adalbertj · anno incarnationis dominice · M · C · LXIJ · Indictione decima [t] · Regnante glorioſo imperatore FRITHERICO · Anno regni eius · XI · GODEFRIDI traiectenſis epiſcopi anno VIJ · anno primo promotionis domni [v] WICBOLDI abbatis · et matrimonii nostri quo ſororem regis Scotie ade (sic) [x] duxi

r Deſunt Q. Kl. Sept. Sed habentur infra post *uxorem*. s *Hemmunda*. t *Indict.* IX. v Deest *Domni*. x Deest *Adam*; et male ſcribitur in autographo *Ade* pro *Adam*.

A. 1162. d. 28. Aug. xi uxorem · Regnante domino noſtro Ieſu chriſto · cui eſt honor et gloria · amen.

* * *

Chartae elegantisſimae ſcripturae ad imam paginam affixum eſt Sigillum, de quo vid. pag. 137. et ad a. 1168.

Vindiciae Chartae FLORENTII III. a. 1162. d. 28. Aug.

Huius Chartae authentiam, hactenus a nemine in dubium vocatam, invaſit et multis criminationibus in eam congeſtis oneravit illuſtr. Editor CHRONICI STOKEANI D. I. bl. 495. Dixiſſe ad illa ſufficeret, hanc Chartam adhuc in Originali elegantisſimis conſcriptam literis conſervari in Publicis Hollandiae Archivis. Quod uti hactenus me latuit, ita procul dubio etiam latuerit Virum Illuſtrem, non commisſurum, ſpero, alioquin, ut tot ſcommata in probam Chartam congereret. Spes autem affulget, fore, ut aliquando ad decus et honorem noſtrae regionis haec Charta cum aliis multis huius aevi Diplomatibus in aes inciſa in lucem proferatur. Ne quid tamen dubii lectoris animo relinquatur, dabo primo verba et modum ſcribendi Viri D. I. l., deinde ad ea paucis reſpondebo. Sic ſcribit:

„ Op geen' hoogeren prijs ſchat ik den Brief van Florens III. waarby hy, „ den 28. Aug. 1162. de Kerk van Vlaardingen zou geſchonken hebben aan „ de Kerke van Egmond: zie Charterb. p. 108. Daar noemt hy zich in het „ hoofd: *Ego Florentius*, TERTIVS HVIVS NOMINIS, *Dei beneficio Comes Hollandiae.* En vervolgends onder de getuigen: BEATAE MEMORIAE „ *Florentius Hollandienſis Comes.* Zo, zeg ik, noemt hy zich zelven. Want „ dat hy zelf de ſpreeker is, blijkt uit de Tijdmerken, daar hy zegt: *Anno* „ *primo promotionis W. Abbatis*, *et* MATRIMONII NOSTRI, *quo Sororem* „ *Regis Scotiae duxi uxorem.* Men vindt 'er, zaakelijk, de zelfde Vervloeking, als in de bovengemelden van Diederik V. en Florens II. Men vindt „ 'er, even als in dien van 1108. alle de Moniken van Egmond genoemd, *tota* „ *Deo dilecta S. Adalberti congregatio.* En gy kunt 'er noch meer vinden ".

Agit nempe Diploma de *reſtitutione*, non vero de *donatione* (ſed hoc leviusculum eſt, et tranſeat!) Eccleſiae *Flardingenſis*, quam Eccleſiam olim Comes ARNVL-

Digitized by Google

ARNVLFVS (vid. CHRONIC. p. 38.) Egmundae Abbatiae erat largitus, A. 1162.
ſed quam THEODERICVS, pater huius FLORENTII, iniuste donaverat d. 28 Aug.
Thiedboldo, Capellano ſuo, fortasſe in remunerationem praeſtitae operae, in bonorum permutatione, facta a. 1156. inter GERARDVM Abbatem Epternacenſem, ingentium bonorum a S. Willibrordo his in terris posſesſorum heredem, et inter THEODERICVM Comitem Holland., cui permutationi interfuerat *Thiedboldus* ille, et ex qua Abbas inter alia multa Comiti reſignaverat Eccleſiam hanc *Flardingae*. Vid. Chartas in MIERIS Charterb. D. I. bl. 102. Verum hoc Donum, Thiedboldo exhibitum, huius Theoderici filius *Florentius*, aliter erga Egmondanos animatus, vocat *violenter magis quam iuste* traditum, et in gratiam Egmundanae Abbatiae nunc declarat, *patrem ſuum in hoc erraſſe*, *quod Capellano ſuo* hanc *tradiderat*. Haec gestae rei ſumma est. Videamus, quae ſigna νοθείας pro more ſuo Vir. D. in illa invenerit. *Prima* eius obiectio, ſi ita vocare liceat, est, quod Florentius ſe *tertium huius nominis Dei beneficio Com. Holl.* appellat. Quae obiectio, post ea, quae dixi p. 129. ſqq. et 138. ſeriam confutationem non meretur. *Altera* est, formula BEATAE MEMORIAE de *Flor. Comite* adhuc ſuperſtite. Quod ex pietatis affectu profectum eſſe, ſupra docui p. 132. ſq. Verum non exſtant haec *beatae memoriae* et de FLORENTIO *teste* verba in Originali Charta, unde corruit tota obiectio. Alioqui pro me iam reſpondisſet Doct. Editor *der* HANDVESTEN *van Vlaardingen* bl. 378. (*i*) fol. a. 1772. *Tertiam* obiectionem Viro D. ſuppeditat *Imprecationis* formula; quam ſupra p. 136. abunde repuli. Ignoravit Vir D. huius ſeculi mores et Chartarum ſtilum. Si enim Chartae cum Regum, tum Epiſcoporum, Abbatum, et Comitum, imprimis Epiſc. Traiectinorum et Com. Flandrenſium, quae eiusmodi Diras complectuntur, omnes cenſendae esſent ſpuriae: actum foret de tota historia ex Diplomatibus eruenda. De Epiſc. Traiect. vid. exemplum ſupra p. 141. Singularis admodum est *quarta* obiectio, quod inter testes nempe ponatur *tota Deo dilecta S. Adalberti congregatio*, cui refutandae impar ſum; quia vim eius non intelligo, nec quid ad Chartae νοθείαν faciat, video. Numquid etiam ex verbis *Matrimonii nostri* petere Vir D. voluerit, neſcio. Res vera est. Vid. CHRONIC. ad h. a. Videtur FLORENTIVS his nuptiis admodum delectatus, quod harum memoriam literis perennare voluerit. Ita autem ſaepe in Chartis Epochae ac res memorabiles posteritatis memoriae commendantur. Sic WILHELMVS II. Rex et Comes a. 1254. dedit Chartam, MIERIS D. I. bl. 282. *Datum in Castris in depopulatione Westfriſiae — —*. In Tabulis Pacis inter HENRICVM Ducem Lothar. et Com. DE LOON, ſignatur: *Actum A. D.* 1197. *Henrico Duce iter verſus Ieruſalem arripiente*, DV MONT *Corps Dipl.* T. I. P. I. p. 121. Nec non Charta Canoni-

A. 1162. d. 28. Aug. corum in Wezlaria, *Acta ſunt hec anno incarn. Dom.* MCCXIIII. — *diſcordantibus inter ſe Friderico Romanorum Rege et Ottone ab Imperio depoſito*, apud GVDEN. *Cod. Dipl.* T. I. p. 431. Alia exempla, quae Hiſtoricas eiusmodi Epochas complectuntur, videri poſſunt in egregio ſcripto: *Nouveau Traité de Diplomatique* Tom. V. p. 553. Aliud tamen ſingulare in hac Charta obtinet, nempe vitioſa vocis ADE ſcriptura pro *Adam*. Integram vocem omiſit editio MIERISII. Nec tamen eiusmodi ſcribarum errores Chartas afficiunt. In literis *Concambii* inter Comitem Holl. et Abbatem Epternac. a. 1156. apud MIERIS l. l. D. I. bl. 102. quae itidem in Antiqua Camera Rationum Hollandiae Originalis exſtat, et a me viſa est, ſtatim prima in fronte occurrit craſſum hoc ſcribae vitium: *IN NOMINE SANCTE ET INDIUIDUJUJE TRINITATIS.* Ad illuſtrandam hanc noſtram Chartam nonnulla dedit D. Editor HANDVEST. *van Vlaarding.* l. l. bl. 375. ſqq. qui tamen bl. 379. (2) errat, quando ADAM negat *ſororem* Regis Scotorum fuiſſe. Vid. not. ad CHRONIC. EGM. p. 109. Fuit tunc temporis Rex Scotiae MILCOLVMBVS IV. *Adae* frater. Quod ad ROBERTVM, fratrem Florentii Com. Holl., qui inter teſtes occurrit; fuit is frater Comitis *naturalis*. Vid. ANN. EGM. C. XXI. p. 24. Is hoc tempore *Praeſes Kennemariae* fuiſſe videtur, et iccirco Chartae do nationi Egmondae interfuit.

A. 1164. d. 3. Oct. PHILIPPVS Comes Flandriae — — —.

A. 1164. d. 3. Oct. (1).

(1) Male ad h. diem excitavi in *Chronic.* p. 183. b. Spectat ad d. 3 Oct. a. 1174. ubi videſis.

N. XXXI.

Digitized by Google

N. XXXI.

FREDERICVS Imperator German. arbitrium et controverſiarum compoſitionem inſtituit inter GODEFRIDVM Epiſcop. Traiectenſem, et FLORENTIVM Comit. Hollandiae, ſuper poſseſsione et adminiſtratione *Friſiae Orientalis*, nomine *Oostergo* et *Westergo* cognitae (1). A. 1165.

A. 1165.

Ad Chronic. p. 111, ſqq. et ad *Excurs.* VIII. *de Comitatu Friſiae Oriental.*

(Ex Codic. pergam. MS. *Donation. Imperial. Eccleſ. Maior. Trai.* fol. LXIX. collata cum W. HEDAE *Hiſtor. Epiſc. Trai.* p. 171. et alio Cod. MS. fol. LXXXIV. vs. penes Vir. Clar. P. BONDAM. Habet etiam MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 111. Habent alii, de quibus ad CHRON. p. 161. b.)

In nomine S. et individuae Trinitatis, FREDERICVS divina favente clementia Imp. Rom. et ſemper Augustus. Controverſie,

(1) Diplomatum, quotquot ſuperſunt, omnium, quae huius *Orientalis Friſiae* poſseſsionem hinc *Epiſcopis* Traiect., illinc *Comitibus* Holland. vindicant, recenſum dedi in EXCVRS. VIII. ubi obſervavi, huic Frederici Imp. arbitrio, et inde ſecutae Comitatus communioni acceptum referri oportere id, quod de ingreſsu per *Sudermudam* ſeriores enarrant, atque explicant, perinde ac ſi istud ab antiquisſimis iam temporibus ita obtinuisſet, et hinc ius quoddam Friſiis competiisſet admittendi vel recuſandi hos Friſiae Dominos, niſi conſtituto modo intrarent. Quum nihil hic de iure Friſonum caveatur, ſed de modo, quo bona illa in commune posſiderent, adminiſtrarent, et *Comitem* communi nomine conſtituerent, *qui illorum* abſentium *vices gerat*, et *bannum et potestatem iudicandi a manu Imperatoris accipiat*. Multum in eiusmodi rebus valet *temporum diſtinctio*.

Digitized by Google

A. 1165. ſie[a], quae ſententia vel concordia ſopiuntur, ratio ſuggerit, ut ſcriptis et teſtificationibus deſignentur, ne forte diuturnitate temporum[b] diſcordia recidiva reſurgat et habeat ſecutura[c] poſteritas, quid de ſtatu praecedentium, fraudibus malignantium convenienter opponat. Ea propter controverſiam[d], quae inter GODEFRIDVM venerabilem Traiectenſem Epiſcopum, et FLORENTIVM Comitem *Hollandiae de Comitatu Friſonum agitabatur*, f. mentum. nos de conſilio Curiae et fidelium eorum[e] concorditer decidentes, eosque favorabili amicitia reconciliantes, dignum duximus, ut univerſus tenor concordiae deſcriberetur[f], quemadmodum ſubnixa videntur[g]. Statuimus igitur, ut aequè participent de[h] praedicto *Comitatu Friſonum*, *Epiſcopus* videlicet et *Comes*, et neuter eorum maiorem[i] habeat in hoc *Comitatu* commodum vel proficuum: ambo concorditer eligent ſibi *Comitem*, qui vices eorum gerat in praedicto Comitatu, qui praeſentatus ab eis Domino Imp bannum et poteſtatem iudicandi a manu Domni[k] Imp. accipiat;[l] et iuramentum praeſtabit, quod pro dilectione, vel odio, vel pro argento, vel auro, vel alicuius rei gratia in praedicto Comitatu neutri faciet[m] iniuriam, nec unius magis promovebit commodum et[n] proficuum, quam alterius. *Epiſcopus* etiam[o] et *Comes* ordinabunt de utilitate electi Comitis eorum in praedicto Comitatu. Quod ſi ipſi con-

cor-

a HED. *controverſiarum.* b Al. MS. *epiſcopis* pro *temp.* c Al. MS. *ſicura.* d Hed. *controverſias.* e Hed. *noſtrorum.* Al. MS. *meorum.* f Al. MS. *deſcribatur.* g Hed. *videtur.* h Ex Hed. *de.* i Hed. *alio marus.* k Hed. *Domini.* l Al. MS. *accipiet.* m Hed. *faciat.* n Hed. *ant.* Al. MS. *vel.* o Al. MS. abest *etiam.*

corditer *Comitem* eligere non poterunt [p], Dominus Imp. pro con- A. 1165.
ſilio ſuo Comitem eliget, et illi dabit Bannum, et ordinabit de ſua utilitate. Si vero diſplicebit Epiſcopo, vel Comiti, vel utrique [q], *Epiſcopus et Comes*, quem, vel ipſi elegerint, vel quem Imperator eis dederit, mutare [r] posſunt eum, quando voluerint. Cum vero intrandi in praedictum *Comitatum*, et iudicandi *Maii* tempus advenerit, *Epiſcopus* videlicet et *Comes Hollandiae* ſimul intrabunt, uterque cum xxx militibus, vel ſi forte in maiori vel minori numero militum convenerint, et postquam intraverint, aeque divident omnes redditus curtium [s] ad Comitatum pertinentium, et omnia commoda et emolumenta, quae de *Comitatu* vel de *Iudiciis Comitatus* provenerint [t]: aequaliter [u] impartientur damna et defectus Comitatus, et ſeparatim uterque in hoſpitio ſuo faciet expenſas pro voluntate ſua: communi quoque conſenſu et dono investiture [v] locabunt et ordinabunt officia ſua. Vterque autem pro libito [w] ſuo accipiet ſibi *Advocatum*, communibus tamen negociis idoneum. Si autem *Advocatus* Epiſcopi *Comiti* diſplicuerit, ad nutum Comitis *Epiſcopus* illum deponet, et ſubſtituet alium qui *Comiti* placeat. Si vero *Advocatus* Comitis *Epiſcopo* diſplicuerit, deponet eum *Comes*, et alium qui placeat [x] *Epiſcopo* ſubſtituet. Ab introitu amborum *Epiſcopi* videlicet et *Comitis*, exercebit *Comes* eorum *Iudicia*

et

p Al. MS. *poterint.* q Al. MS. *vel uterque quem - eligunt.* Deſunt meo Cod. *Epiſc. et.* r Al. MS. *imitare.* s Hed. *redit. curtilium.* t Hed. *vel Iud. Com. perven.* u Hed. addit *quoque.* v Hed. *investituras,* w Hed. *libitu.* x Hed. *placet.*

A. 1165. *et iuſtitias Comitatus*, donec peragantur VIII. ſeptimanae. Infra has octo ſeptimanas *Epiſcopus* non exercebit aliqua Synodalia vel Eccleſiaſtica Iudicia. Transacto autem hoc ſpatio, *Comes Hollandiae*, ſi vult, exire poterit, et ſi vult, remaneat ad negocia ſi qua ſunt[y] plenius peragenda: et *Epiſcopus* ſimiliter remaneat ad *Eccleſiaſtica iudicia* facienda, ambo autem in Maio debent intrare, ut expeditis ſecularibus[z] negociis et Iudiciis, *Synodalia* quoque negocia ante incommoditatem hyemis valeant promoveri. Verùm ſi alter eorum, *Epiſcopus* videlicet et *Comes*, *commonitus ab altero*, *vel in ſervitio Imp. vel alterius Domini ſui*, *vel gravi infirmitate* occupatus, vel qualibet inevitabili cauſa detentus, vel pro voluntate ſua *Comitatum* non intraverit, mittet condictam militiam, vel quantam[a] tunc oportunitas temporis exigit, et ipſi inter ſe convenerint, et aequalem portionem accipiet, et ſicut ſupra dictum est, omnia ſimul bona et mala partientur. Si vero neuter eorum Comitatum intrare poterit, vel communi conſenſu intrare vitaverint[b], mittent *Comitem* ſuum ad *exercenda iudicia Comitatus*, et cum illo mittent milites, quotquot voluerint, vel nuncios. Et quicquid ſuper ſumptus illorum reſiduum fuerit, aequaliter divident inter ſe. Praeterea *Comes Hollandiae* iuvabit *Epiſcopum* per Werram vel obſidionem, quam cum ipſo faciet, vel per querimoniam recuperare castrum *Bintheim*[c]. Et ſi

y Hed. *ſi quae ſint.* z Hed *ſingularibus.* a Al. MS. *quantum et accipient.* b Al. MS. *vitantur.* c Hed. et Al. MS. *Benthem.*

ſi quocunque modo illud recuperaverit, concedet illud Comiti in feudum [d] ſalva uniuscuiusque iuſtitia. Et Epiſcopus habebit in eodem castro domum et [e] Cappellam, et granarium, et coquinam, et ponet in eodem Castro [f] unum *liberum hominem* ſuum [g], et *duos miniſteriales* ſuos, et libere ingredietur et egredietur, quando voluerit. *Comes* autem habebit omnem munitionem et fortitudinem Castri, et iuvabit inde [h] Epiſcopum. Si autem *Epiſcopus* Werram habuerit cum aliquo amico vel homine *Comitis*, contra quem *Comes* ſalvo honore ſuo *Epiſcopum* iuvare non potest, dabit Castrum in potestatem Epiſcopi, ut habeat illud quamdiu Werra duraverit, accepta tamen ſecuritate, ut finita Werra ei reſtituat. Vt autem univerſam concordiam *Epiſcopus* et *Comes* perpetuo teneant et obſervent, fide data in manu nostra firmiter compromiſerunt. Et nos ad maiorem huius concordiae firmitatem ſub obtentu gratiae nostrae, et ſub poena quingentarum marcarum argenti eis iniunximus omni tempore obſervandam. Caeterum ſi alter ipſorum hanc concordiam violaverit [i], et commonitus ab altero, infra XII. hebdomadas non emendaverit, *nos Comitem, qui bannum a nobis habet*, in praeſentiam nostram vocabimus, et ab ipſo et [k] ab aliis ſex boni testimonii viris, tribus videlicet ex parte *Epiſcopi*, et tribus ex parte *Comitis*, quos ad hoc eligemus, quis in huius violatione A. 1165.

con-

[d] Al. MS. *feodum.* [e] Abest Al MS. *et.* [f] Hed. deest *Castro.* [g] Al. MS. deest *ſuum*, ſed *egred. et ingr.* [h] Al. MS. *tum.* [i] Al. MS. *violaverint.* [k] Hed. deest *et.*

A. 1165. concordiae reus ſit, investigabimus. Hii ſeptem iurabunt, quod bona fide veritatem dicent. Qui autem ab hijs ſeptem viris, vel, ſi discordes fuerint, a maiori parte reus eſse cenſebitur, quingentas Marcas argenti infra [l] XX. hebdomadas Camerae nostrae perſolvet, et reatum ſuum digne emendabit [m].

l Hed. *intra.* m Addit Hed. Datum Anno MCLXVI.

N. XXXII.

PAX HEEDENSEANA,

A. 1168. d. 27. Febr.

Sive CHIROGRAPHVM (1) de feudo Zeelandiae *inter Scheld et Heedensee*, inter PHILIPPVM Flandriae, et FLORENTIVM III. Hollandiae Comites.

A. 116$\frac{7}{8}$. d. 27. Febr. (2)

Ad Chronic. p. 118. ſqq. et *Excurs.* p. 119, 168, 203, 251. ſqq. 277. etc.

(Ex Originali, in Archivis Eccleſiae Sancti Donatiani Brugis.)

PHILIPPVS comes Flandriae, FLORENTIVS comes Hollandiae tam futuris quam praeſentibus in perpetuum. Ex culpa *F. Comitis Hollandiae* orta est discordia (3) inter me et ipſum, quae in tantum excrevit, quod omnis terra, quam de me in *feo-*

(1) *Pactum Pacis*] Quid hoc aevo *Chirographum*, et quae eius ſit vis atque auctoritas, dicam post *Vindicias ius Chartae.* Omiſi hic antiquam ſcripturam, imprimis ἐν τῷ *ae.* Vide TABVL. III. ad p. 193.

(2) Dedi hanc Chartam ad annum 1168. qui ex Stilo Francico usque ad Paſchatis Festum currit ſub nota a. 1167. Referri autem ad hunc a. 1168. debere, ſatis ea docebunt, quae dedi in not. ad CHRONIC. p. 115, 118, 119.

(3) *Discordia*] Integrum Pactum docet, quantis in angustiis verſatus ſit

Digitized by Google

feodo [a] tenebat, iudicio Baronum meorum, videlicet Parium ipſius Comitis Hollandiae, ei abiudicata fuit, cuius interceſſores et mediatores pater meus Comes TH. [b] et frater meus MATHEVS Comes Boloniae, Comes DE GELRE, et Comes DE CLEVE, ad hunc finem rem perduxerunt [c], quod eum per Conventiones, quae ſubſcriptae ſunt, mecum compoſuerunt, quas idcirco dignum duximus [d] cedulae praeſenti inſcribere, ne in poſterum deleantur oblivione. Sunt autem hae conventiones (4). A. 1168. d. 27. Febr.

I. Quicumque *opſides* inter SCELD et HIDDENEZE [e] accepti fuerint, *Brugis* ſub cuſtodia Comitis *Flandriae* erunt, nec aliquem eorum Comiti *Hollandiae* per fideiiuſſionem reddet [f], niſi voluerit.

II. Nullum vero duellum inter homines praedictae terrae, niſi *Brugis*, fiet.

III. Quicquid pecuniae in terra praefata acquiſitum fuerit, inter COMITES [g] aeque dividetur.

IV. Si quis autem pro exceſſu ſuo hereditatem vel terram ſuam

a Martene *feodum*. b In MS. est tantum TH., uti et ſupra PH. pro *Philippo*, et F pro *Florentio*. Erant enim noti Principes. Mart *Matthaeus*, etiam infra. c Mart. *praevenerunt rem*. d Mart. *diximus*. e Mart. *obs. s. Sceld et Hedlnezze*. f Mart. *fideiuss. reddent*. g Mart. *Comitem*.

ſit Comes Florentius, quando his conditionibus aſſenſerit; imprimis vero, quod ob *Discordiam* hic memoratam coactus fuerit, Sigillo ſuo vocem *Discordia* inſcribere. De re ipſa conſule WAGENAR. *Hist. Patr.* D. II. bl. 250. ſqq.

(4) *Conventiones*] Secutus ſum diſtinctiones, quas dedit Vir D. P. PAVLVS Diſſ. ſaepe laud. p. 32. et MIER. D. I. bl. 112. ex Editione MARTENEA.

A. 1168. d. 27. Febr. ſuam perdiderit, aeque inter ſe Comites partientur, vel ad proficuum eorum per utrumque [h] locabitur (5).

V. Nec minus Comes Hollandiae et Homines univerſae terrae ipſius, pacem firmam et integram ſervabunt absque dolo omnibus *hominibus* Comitis *Flandriae*.

VI. De quacumque terra *Comitis Hollandiae* ſpoliati fuerint homines *Comitis Flandriae*, inhabitantes eam primam praedam ſolvent, ſpoliatoremque [i] de terra expellent. Si autem eum non expulerint, quicquid ſpoliator postea rapinae vel mali fecerit, totum ſolverit.

VII. Qui autem expulſum receperit, ut dictum est, quicquid postea praedator forefecerit, poenam et dampnum pro eo ſubibit.

VIII. Si homines praedicti ſolvere noluerint, *Comes Hollandiae* pro eis ſolvet.

IX. Si cuiquam rapina imputata fuerit, et ille negaverit; qualiter terminetur, ſub arbitrio *Comitum* erit. Quod ſi terminare non poterint [k], ſex perſonae probatae et ſpectatae in veritate

h Mart. *utrimque*. i Mart. abest -*que*. Et mox *eum*. k Mart. *poterunt*.

(5) *Locabitur*] „ Talis redituum, „ Iurisd. etc. diviſio istis temporibus „ non adeo erat incognita, quam aliquis opinatus est [intellige Editorem STOKII]. Habes e. c. pactum „ concordiae inter eundem Comitem „ Florentium III. et Godefridum, epiſcopum Traiectenſem, medio Imperatore Friderico initum, continens „ ſimilem fere Oostergoae et Westergoae inter ſe diviſionem: vide „ HEDAM p. 171. et MIERIS I. Deel „ bl. 110." Sic P. PAVLVS Diſſert. laud. p. 33.

te ex utraque parte Comitum eligentur, quarum iudicio, ſecundum inquiſitam veritatem, res terminabitur. Si vero praedictae perſonae inter ſe non conſenſerint, quicumque *Comitum* in veritate in aliquem rapinam illam, vel dampnum factum dixerit, ille ſine contradictione ſolvet. A. 1168. d. 27 Febr

X. *Vectigalia* hactenus accepta, quae *Conductus* vocant, a transeuntibus Flandrenſibus *Comes Hollandiae* nullo modo accipiet, nec, quod in omni Comitatu ſuo, ab aliquo accipiantur, patietur.

XI. Quicquid autem ablatum fuerit, ſive *vectigal*, ſive *rapina*, ſive *exactio*, ſive *conductus*, ſive *petitio*, vocetur, totum *Comes Hollandiae* ſolvet.

XII. Sane ad praememorata ſtatuimus pertinere, quod neuter Comitum in ſaepe dicta terra *Munitionem* faciet, nec factam emet, nec in perpetuum habere debet, nec aliquis hominum eorum in praedicta terra ab eis ſeodabitur, ut in illo *feodo* [l] *Munitio* aedificetur (6), nec de manu alicuius poſſidentis hereditatem accipient, ut poſt modum ei in ſeodum reddant.

XIII. Prae-

l Mart. *aedificio.*

(6) *Aedificetur*] Neque enim licebat Comitibus, nedum Nobilibus, invito ſuperiore Domino, arces, caſtella, urbes munitas condere. Hinc IOANNA Com. Flandr. *Philippo* Galliae Regi, ſuo Domino, promittit, ſe diruturam *Forterícias* de *Valencenis*, de *Ypra*, de *Audenarda*, et *de Casleto*, d. 24. Oct. a. 1214. in LVNIG. *Cod. Germ. Dipl.* T. II. p. 1915. Idem docet Conventio inter eamdem Comitiſſam et Ludovicum Reg. Galliae Ianuar. a. 1226. apud LEIBNITZ *Cod. Gent. Dipl.* P. I. p. 11. ubi §. 3. *Nos non*

A. 1168. d. 27. Febr.

XIII. Praeterea ſupradictis ſtatuimus addere, quod ſi quis mercatorum (7) *Comitis Flandriae* per terram *Comitis Hollandiae* tranſierit, et aliquis eum de debito aliquo impetierit, mercator tranſiens, ſi debitum negaverit, in navi ſua, ne moram faciat, iuramentum impetenti faciens, ſine reprehenſione ſola manu ſe purgabit. Quod ſi impetens accipere noluerit, in oppidum, vel in villam, in qua mercator manet, eum ſequetur, et iudicio Scabinorum illius oppidi vel villae cauſa inter eos terminabitur. Si vero impetens mercatorem ſuper hoc detinuerit, et retardatio in damnum pervenerit, *Comes Hollandiae* mercatori totum dampnum reſtituet, vel reſtitui faciet.

XIV. Supradictas vero conventiones iureiurando confirmavit, tactis ſacroſanctis reliquiis, ſe ſervaturum *Comes Hollandiae Comiti Flandriae*, et ſucceſſores *Comitis Hollandiae* ſucceſſori-

non poſſumus, inquit, *facere ſorteritias novas, nec veteres infortiare in Flandria circa fluvium qui dicitur Eſcauld niſi per Dominum Regem permittatur.* Quapropter Rex Franc. Ludovicus IX. M. Aug. a. 1229. eidem Comitiſſae ac marito Ferrando facultatem et ius munitionis harum villarum reſtituit, LVNIG l. l. p. 1930. Quantopere autem Comes Hollandiae in hanc conditionem impegerit, quando a. 1223. *Weſtcapellam* et *Domburgum* oppida fecit; dixi in EXCVRSV VII. C. IV. p. 284. ſub hoc anno.

(7) *Mercatorum*] Explicantur haec verba in Charta Pacis a. 1256. d. 13. Oct. in Probb. N. II. hoc modo: *ſi quis Mercatorum Flandrenſium per terram Comitatus Hollandiae, per* HOLLANDIAM *videlicet ſive* ZELANDIAM, *tranſitum faciens.* Vnde confirmantur, quae in EXC. VII. p. 327 -- 330. dixi, ſub *Hollandiae* nomine etiam tunc *Zeelandiam* eſſe comprehenſam.

(8) *Feodum — obtinere*] Quam mordicus haec tenuerint Comites Flandriae, docent tot bella propterea geſta, nec non Chartae numero permultae ad a. 1221, 1227, 1248. ſqq.

(9) *Fideiuſſores*] De Fideiuſſoribus cer-

Digitized by Google

ſoribus Comitis idem facient, ſi deſiderant ᵐ feodum ſuum ab eo obtinere (8). Super qua obſervatione *Comes Hollandiae* homines ſuos, quoscumque *Comes Flandriae* elegit, fideiusſores (9) dedit, quod etiam iuramento confirmaverunt. A. 1168. d. 27. Febr.

XV. Si vero ſupradicta *Comes Hollandiae* infregerit (10), et ſummonitus infra ſex ſeptimanas correcturus forefacta, niſi impedimentum manifestum et absque dolo obſtiterit, ſcilicet *infirmitas corporis*, vel *tempeſtas aëris*, vel *ſervitium Imperatoris* (11) deliberatus ⁿ ſtatim, omni occaſione remota, venire contempſerit, tota terra, quam ipſe a *Comite Flandriae* in feodo tenet, cum ſuis Munitionibus, absque retractatione Placiti, ſicut ante conventiones abiudicata ᵒ fuit (12) *Comiti Hollandiae*, libera Comiti Flandriae remanebit (13).

XVI. *Ho-*

ᵐ Mart. *deſiderat - ab eis.* ⁿ Mart. *de quo liberatus.* ᵒ Mart. *adiudic —.*

certa res est, eosque ab hoc tempore ſemper in Flandria obſidatu functos, docet Charta a. 1227. qua novum de his initum pactum est.

(10) *Infregerit*] Vid. not. ad CHRONIC. p. 156. b.

(11) *Serv. Imperatoris*] Hoc *Imperii* ſive *Imperatoris ſervitium*, ſi vel omnia tacerent, ſufficeret cunctis redarguendis erroribus, quibus tenentur Nostrates, qui tam praefracte negant, Comites nostros non fuisſe Vaſallos Imperii, ſin, certe liberos. Imprimis hanc formulam nusquam concoquere poteſt Illuſtr. Editor STOKEANVS, qui ubique eam e Chartis eiicit, vel Chartas proſcribit.

(12) *Abiudicata*] Ingens est discrimen ab priori lectione *Adiudicata*. Florentius nempe Com. Holl. ob *feloniam* erga Comitem Flandriae Dominum ſuum directum commisſam *omnem hanc Zeelandiae terram* perdiderat; quae nunc ei reſtituitur.

(13) *Remanebit*] „ Mirabilia multa, et Profesſore plane indigna, circa hoc foedus notavit Clar. Boxhorn. „ Ad hunc Art. v. c. ſcribit, ibi intelligi terram *Waſiae*, quam Comes „ Holl. tanquam Vaſallus Flandriae, „ pos-

A. 1168. d. 27. Febr.

XVI. *Homines* vero Comitis Hollandiae imperio et ſervitio *Comitis Flandriae* per omnia ſe ſubiicient, et a domini ſui ſervicio ſe ſubſtrahent [p], et ea fidelitate *Comiti Flandriae* ſervient, qua, ſi omnia ſua de eo tenerent, ei ſervire deberent, donec *Comiti Flandriae* per omnia ſatisfecerit. Si autem ſatisfacere contempſerit, homines *Comitis Hollandiae* ad ſupradicta obſervanda iuramento conſtricti, dabunt mille marcas argenti probati *Comiti Flandriae*, ad quas etiam perſolvendas iuramento ſunt obligati.

XVII. Supradictarum [q] vero conventionum depactionem quotiens *Dominus* [r] *Flandriae* innovare voluerit, ſaepedictus *Comes Hollandiae*, cum omnibus hominibus ſuis, quos *Comes Flandriae* habere voluerit, veniet, et innovationem omnium conventionum faciet. Si autem *Comes Hollandiae* non poterit adducere omnes, quos *Comes Flandriae* voluerit habere, *Comes Flandriae* mittet nuncium ſub conductu *Comitis Hollandiae*, ut [s] iuramentum faciant, nuncio praeſente, quod in praeſentia *Comitis Flandriae* deberent [t] facere.

XVIII. Vt autem hoc ratum et inconvulſum in perpetuum permaneat, ſigillorum noſtrorum auctoritate corroboravimus, et

p In MS. *ſubtraent*, per compendium tamen. q Matt. *Supradictam*. r Matt. *Dominus Comes*. s Matt. *et*. t Matt. *debent*.

„ poſſidebat. Et alibi: foedus hoc „ tantum fuiſſe perſonale, Philippum „ ſibi tantum, non ſucceſſoribus ſuis, „ proſpicere voluiſſe etc. Vide eum ad „ *Rey-*

Digitized by Google

et testes idoneos, qui interfuerunt, ſubſcribi fecimus. Sunt autem haec eorum nomina: A. 1168. d. 27. Febr.

MATHEVS *comes Boloniae.*

Walterus de Ezne [v].

Euſtacius Camerarius Flandriae.

Raszo de Gavre [x].

Cono Brugenſis Castellanus.

Rogerus Curtracenſis Castellanus.

Walterus de Locris [y].

Sigerus de Somargem [z].

Heinricus de Morſella.

Balduinus de Prat [a].

Walterus Gonnela.

Giſelbertus de Brugis.

Herbertus de Furnis [b].

Euſtacius de Maclinis [c].

Giſalbertus de Nivella.

Willelmus de Domo.

Balduinus de Vectha [d].

Gozuinus Craucas.

Olivir

v Mart. *Aine.* in MS. *Eine* vel *Exne.* x Mart. *Raſſo de Graverl.* y Mart. *Locbria.* z Mart. *Sumevinghem.* a Mart. *Praath*, *Gonela*, *Gillebertus.* b Mart. *Furn.* c Mart. *Malinis*, *Gilleb.* d Mart. *Vicca*, *Goorwinus Craucus*, *Oliverius.*

„ *Reygersb. Chron. van Zeel.* D. II. „ bl. 41. en 45." P. PAVLVS Diſſ. laud. p. 35. (1). Male hic diſtingui-tur in MARTENE, et ſequens ſententia his connectenda videtur.

A. 1168. d. 27. Febr.

Olivir de Maclinis.

Walterus de Rolinghem.

Reinaldus de Aria.

Qui autem ſubſecuntur, ſunt fideiusſores *Comitis Hollandiae*, et testes rei actae.

Theodricus de Altena.

Florentius [e] de Vorne.

Isbrandus de Harlhem [f].

Gerardus de Harlhem.

Simon Galo (14).

Theodericus Perſin.

Albertus Baniard [g].

Scoltetus Wigerus de Risvvic [h].

Hugo de Vorne.

Costin de Witla [i].

Willelmus de Witla.

Berwoldus de Ekmunde.

Elinand Castellanus de Leithen [k].

Cristantius dapifer.

Ernestus Pincerna [l].

Wil-

[e] MS. *Frorentius* vitioſe. [f] Mart. *Halhem.* [g] MS. distinguit post *Baniard* per punctum; alioquin vox *Scolteti* ad hunc referenda videtur. [h] MS. ſic: *riſuuic*, vetuste. [i] Mart. *Castin de Witela*, et mox. [k] Mart. *Elmand C. de Lerchem.* [l] Mart. *Picerna.*

(14) *Simon Galo*] Occurrit hoc nomen etiam in Chartis a. 1162. p. 174. et a. 1174. 3. Oct. De *Florentio de Vorne* alibi dicendi erit locus, quemadmodum etiam de *Elinando Castellano de Leiden.*

Digitized by Google

Willelmus Guls.
A. 1168. d. 27. Febr.
Ledolphus puer.
Daniel de Rodanriſa ᵐ.
Reinerus Senex.
Maurinus de Monaſterio.
Folpertus de Lecca ⁿ.
Bertolphus de Paindreed.
Iacobus de Dusna.

Actum *Brugis* feria tertia poſt Dominicam Reminiscere (15) in domo Praepoſiti Brugenſis, Anno Dominicae incarnationis MCLXVII.ᵒ feliciter.

ᵐ Mart. *Rodenriſe.* ⁿ Mart. *Renerus-Volp. de Lecce.* ᵒ Mart. MCXLVII. vitioſe.

(15) *Reminiſcere*] i. e. Die 27. Febr. a. 1168. Diſtincte autem hic Autographum exhibet A. MCLXVII., uti pro MCXLVII. legendum iam coniecerat WAGEN. l. l. bl. 259. contra quam HUYDECOPERO viſum, bl. 519. cum aliis hic multum turbanti.

* * *

Appendent tria Sigilla ex filis ſericis, quae maioris fidei cauſſa praeſens et videns delineanda curavi per pingendi Artificem *Petrum Ledoulx* Brugenſem. Priores ac posteriores Chartae literas quanta potuit cura effinxit *Franciscus Ioannes Inion*, ſtudioſus ex Schola Bogardica Brugenſi.

PRIMVM Sigillum repraeſentat Equitem equo phalerato inſidentem, dextra manu gladio armatum, ſiniſtra clypeo inſignem, cum hac perigraphe ✠ PHILIPPVS COMES FLANDRIE. Quod Sigillum habetur etiam in VRED. *Sig. Com. Flandr.* p. 18.

Digitized by Google

A. 1168. d. 27 Febr. SECVNDVM Sigillum Equitem, cum inſcriptione mutila: *theoderi*CVS DI GRATIA FLAN*drenſium Comes.* Adiectum eſt Contraſigillum minus, *caput hominis* repraeſentans cum hac inſcriptione:

THEODERIC⁹ DEI GRĀ FLĀDRĒSIV̄ COMES.

Habet Sigillum id ſingulare, quod hic *Theodericus* fuit primus, qui inter Flandrenſes *Contraſigillo* uti coepit, postquam a. 1159. e terra Sancta rediit, docente OLIV. VRED. *Sigill.* p. 17. ubi illud Sigillum occurrit. Secundo, quod *in fundo Sigilli primarii frondes palmae, peregrinationis Hieroſolymitanae, atque inde reditus, argumentum; in ſecundario caput lauro redimitum, victoriae in Syria reportatae, est monumentum*, eodem docente p. 18. pr.

TERTIVM Sigillum itidem eſt Eques equo currenti inſidens, hac mutila inſcriptione:

FLORENCIVS HOLLANDEN DNI . . . . I VIRTVTE COMES.

Habet et hoc iſtud peculiare, quod infra equi pedes diſtinctis literis exhibet vocem DISCORDIA, facta alluſione ad initium Chartae teſtantis, *ex culpa Florentii Com. Holl. ortam discordiam inter* Flandrum et ipſum. Id quod argumento eſt, quantis anguſtiis preſſus fuerit *Florentius*, vir alioqui ſtrenuus, ut hanc dedecoris notam ſuſtinere ſuo Sigillo, et ad feram transmittere poſteritatem coactus fuerit. Quod et Chartae argumentum abunde docet. Videre autem haud ita pridem mihi contigit alteram huius FLORENTII Chartam a. 1162. d. 28. Iul. quam h. a. p. dedi, ubi quantum animadvertere licuit, idem Sigillum occurrit, ſed ſine voce *discordia*; erat autem illud imae adhuc membranae affixum; unde Epocham Sigillorum affixorum et appendentium noſtris in Comitibus ſtatui poſſe in hoc FLORENTIO III., intra annos 1162. et 1168. ſupra monui p. 137.

Vin-

Digitized by Google

Vindiciae Chartae Pacis Heedenseanae. a. 1167. d. 27. Febr.

A. 1168. d. 27. Febr.

Produxere hanc Chartam ex Chartulario Hasnonienſi Dominorum de Aveſnis, ſimul cum Confirmationibus inſequentium Comitum, *Ludovici Losſenſis*, *Wilhelmi* I. *Florentii* III. et *Wilhelmi* II. Regis *Romanorum*, MARTENE et DVRAND in *Theſaur. Anecdot.* T. I. p. 1035—1038. eosque ſecutus noſtras MIERIS in *Cod. Diplom. Comit. Holl.* D. I. bl. 112. qui id contulit cum *MS. Camer. Feod. Holl.* p. 371. Meminerunt inſignis huius Diplomatis iam olim OLIV. VRED. qui eius initium et finem ex Archivis *Brugenſibus* protulit *Sigill. Comit.* p. 18. ROBIJNS ad MANTEL. *Hiſt. Com. Loss.* p. 152. P. D'OVDEGERST *Chroniq. de Flandr.* C. LXXVII. p. 134. MEIERVS *Ann. Flandr.* a. 1167. *Chronic. Flandr.* MS. apud SCRIVER. *Com. Holl.* p. 155. IO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XVII. C. 10, 11. etſi ad a. 1177. Habet integram MARTENE ET DVRAND l. l. nec non DV MONT *Corps Diplom.* T. I. P. I. p. 87. et alii permulti, qui vel dederint vel meminerint, quemque primo loco recenſere debueram Vir Nob. Dom. *de Grijpskerke*, qui in *Deſcript. Zeeland.* MS. p. m. 124. ita ſcribit: *Het Verdrag van* a. 1167. *berust onder de Chartres te* RVPELMONDE, *3^e dag na Zondag van Reminiscere. En noch een Vidimus onder de Zegelen van de Biſſchoppen van Cameryk, Doornik, en Atrecht, gemaakt a.* 1210. *op den dag van S. Donaes.* Nunc autem ipſam Chartam ex Originali cum ſpecimine in aes inciſo una cum *Sigillis* in lucem accuratius produco, prout habetur *in Maioribus ſive Secretis Archivis* Eccleſiae S. Donatiani, quae Brugis est, ubi in formam *Chirographi* deſcripta exſtat et diligenter ſervatur.

Postquam igitur hoc Pactum ſic produco; postquam tot alia memoravi exemplaria; postquam tot inſequentium Comitum declarationes ac confirmationes, totque bella, caedes, ſtrages, ob eamdem Pacti Chartam commiſſas, in EXCVRS. VII. exhibui; nemo, puto, ingenuus huius Chartae fidem amplius in dubium vocare audebit. Suſtinuit tamen Vir Ill. HVYDEC. ad STOKE D. I., bl. 518—524. ſciens et prudens, hanc Chartam ſic in MARTENE, in MANTELIO, in MIERISIO, ex *Chartulariis Hannonienſi*, *Brugenſi* et *Hollandenſi*, excitari et produci, ſuſtinuit tamen, inquam, eam tam vehementer exſibilare, et fuſtuarium ei elargiri, ut multos Doctos in partes attraxerit ſuas; quamquam ignorare non potuit, certe non debuit, quae praeter memoratos, etiam MEIERVS, VREDIVS, D'OVDEGERST, MATTHAEVS, WAGENA-

A. 1168. NARIVS, ac reliqui de re ipſa ſcripſerint. Argumentis igitur ſuperſedere poſ-
d. 2; Febr. ſim. Ne quid tamen dubii ac ſcrupuli, tanti Viri auctoritas lectoribus relinquat, ſitne Charta ita producta genuina, paucis eius argumenta perluſtrabo. Qui de illorum futilitate iam ante convictus est, haec facile omittat. Primo, carpit Vir. D. bl. 523. verba initialia, „quod Pactum dicatur eſſe inter *Philippum* et *Florentium Comites*, quum tamen Philippus ex ſua tantum perſona verba faciat: „ *Ex culpa*, inquit, *Comitis Holl. orta est discordia inter* ME *et* IPSVM. Verum hae argutiae nihil ad Chartae [illegible] faciunt. Compoſuit enim Philippus Flander Florentio captivo, vel componendam Chartam curavit, ac *Florentius* Holl. promiſſa ſuo confirmavit Sigillo. Sic enim dictaverant capti Arbitri, vid. p. 185. l. 3.

Secundum argumentum petitur ex eo, quod p. 185. l. 1. a Philippo dicitur *omnis terra quam de me in feodo tenebat* [FLORENTIVS], *iudicio Baronum meorum, videlicet* PARIVM *ipſius Comitis Hollandiae* —. Verum haec argumentatio ſupinam rerum feudalium ignorantiam, ne quid durius dicam, aperte prodit. Qui Feudi maioris vaſallus est, ut hic *Florentius*, habet PARES ſuos in aula ſui Domini. Ipſe Vir D. profert Chartam Margaretae Com. Flandr. a. 1250. ubi nominat *homines nostros*, PARES *Comitis Hollandiae*: quam tamen etiam ſuſpectam habet; ego vero ex Originali itidem producam. Iungunturque *Homines et Pares* etiam a. 1227. d. 16. Apr. ac ſimpliciter alibi vocantur *Homines Comitis*, *homines abbatis* a. 1218. De Paribus Flandriae Cf. VRED. *Sig. Com.* p. 68. Carpitur interim WAGENAAR *Vad. Hist.* B. VII. bl. 275. ut qui dixerat „ *In eene Lijst der Leenmannen van Vlaanderen van deezen tijd* (by du „ CHESNE *Rerum Norm. Script.* p. 1031. *wordt de Graaf van Holland* [Co- „ mes de Ollandia] *uitdruklijk genoemd*". Et ſic vere! Inſpexi CHESNIVM. En eius verba p. 1031.

NOMINA MILITVM FERENTIVM BANNERIAS,
Tam in Normanni quam aliis Franciae Provinciis, tempore Philippi II. *Regis.*
Hi ſunt milites Normanniae ferentes bannerias.
Conſtabularius Normanniae — — Tum post multa addit:

MILITES FLANDR.

Comes de Ollandia.
Ioannes de Nigella.
Ericus de Bevra. etc.

Et recte hoc! ſi enim Flandriae Comes cum *Vaſallis* ſuis Dominum ſuum Regem Francorum armatus ſequi debebat; Comes autem Hollandiae inter eius Vaſallos numerabatur; aequum erat, ut hic in isto Catalogo locum occuparet; non alia

de

de cauſa, quam qua paullo poſt, infra a. 1173. inter primarios Flandriae Vaſallos, ut teſtis, primum obtinet locum idem *Florentius Comes Holl.* Vid. Prob. h. a. p. 201. A. 1168. d. 27. Febr.

Haec unica, quis credat? ſunt Argumenta, quibus tanto apparatu atque fiducia Vir Doct. Chartae Authentiam impugnat. Quae enim praeterea de *notis Chronicis* et de *Epocha* captivi *Florentii* adverſus noſtrum WAGENARIVM bl. 518—522. diſputat, ea utcumque ſpecioſa manifeſto falſa eſſe, ac rectam tenere WAGENARIVM, viam ut ſolet, docui in not. ad CHRONIC. p. 117. (94) p. 118. (98). PHILIPPVS Flander ac parens eius THEODERICVS a. 1167. *Brugis* aliam Chartam Sigillis ſuis confirmarunt, in MIRAEI *Opp. Dipl.* T. II. p. 972. forte ex ſtilo hodierno etiam ad a. 1168. referendam.

Chirographi uſus et auctoritas.

Quicumque *Tabulam aeneam* N°. III., in qua initium et finem Diplomatis proxime antecedentis una cum Sigillis repraeſentavi, inſpexerit, mirabitur fortaſſe notas illas ſuprapoſitas per literas dimidiatas. Eſt vero haec ex earum Chartarum claſſe, quae alio nomine *Chartae-partitae* dicuntur, propterea quod Chartae argumentum bis in Pergameno ſeu membrana integra conſcribebatur; eaque deinde duas in partes ſcindebatur, ita ut vox *Chirographum* vel alia eiusmodi in medio poſita accurate divideretur, et ambae partes litigantes idem haberent argumentum; quo omnes fraudes procul eſſent. De hoc more vid. quos laudat auctores DOM. DE VAINES *Dictionn. Diplomat.* T. I. p. 252. ſqq. nec non docti Editores optimi Libri *Nouveau Traité de Diplomatique* T. I. p. . . . Eiusmodi *Chirographa* his in terris etiam cognita fuerunt. Diploma ineditum WILHELMI II. Com. Holl. Aug. 1247. (in Probb.) vocatur *ſcriptum Sigillis noſtris et dicti B. communitum, et per Cyrographum diviſum Abbati porrectum.* Apud MIERIS D. I. bl. 102. occurrit Concambium Com. Hollandiae cum Abbate Epternacenſi a. 1156. de quo DE LEIDIS *Ann. Egm.* C. XXV. p. 31. *ſupraſcriptus*, inquit, *Chyrographus ſigillatus eſt.* — Sic in alia Philippi Flandriae Charta a. 1179. apud MIRAEVM *Opp. Dipl.* T. I. p. 107. vocatur *Chirographum*: ſed alio nomine ſcriptum *Chyrographiſatum* in Charta a. 1182. apud MARTEN. *Theſ. Anecd.* T. I. p. 620. C. In Pace Balduini Com. Flandr. et Philippi fratris Com. Namurc. a. 1129. apud LEIBNIT. *Mantiſſ. Codic. Iur. Gent. Dipl.* P. II. p. 194. habetur *ſcriptum Chirographizatum, quo commendari fecerunt et Sigillorum appenſionibus et teſtium ſubſcriptionibus corroborari*

 Bal-

Digitized by Google

A. 1168. d. 27. Febr *Balduinus Flandriae et Theobaldus Barri Comites* §. 7. Nec non in Charta eiuſdem BALDVINI Com. Flandr. a. 1195. MIRAEI *Opp. Dipl.* T. I. p. 108. *Vt haec omnia rata permaneant*, SCRIPTO CHIROGRAPHISATO *commendata ſunt: cuius quidem* SCRIPTI MEDIETATEM, *Sigillo ſupradicti Comitis Hannoniae et Marchionis Namurc. roboratam*, *Eccleſia B. Waldetrudis ſibi reſervavit*, *aliam vero* SCRIPTI MEDIETATEM *Sigillo B. Waldetrudis ſignatam ſaepe nominatus Comes ſibi retinuit.* Nec ſola vox *Chirographum*, ſed aliae etiam voces, immo integrae ſententiae adſcribebantur. En morem!

Quem quidem quo clarius noſtrates Diplomatophili intelligant, operae pretium duxi, nonnullas huius generis Chirographorum effigies in tabula aenea N°. IV. repraeſentare.

Et primum quidem locum occupabit Charta, quae adhuc ſupereſt in *primaeva Camera Rationum Hollandiae*, quae complectitur illud, quod ſupra innuebam, Concambium inter eumdem hunc FLORENTIVM III. Comit. Holl. et ABBATEM Epternacens. cuius in ima pagina haec dimidiata ſunt verba:

CYROGRAPHVS CONFIRMATIONIS.

Altera eſt Charta OTTONIS Epiſcopi Traiect. a. 1217. cuius Diplomatis ambo proſtant Exemplaria in *Capitulo Eccleſiae S. Mariae Traiect.* in quibus vox *Cyrographum* nec ad ſummam nec ad imam paginam pergamenam poſita eſt, ſed ad Chartarum margines, ita quidem ut altera Charta ſuperiorem literarum partem, altera inferiorem exhibeat; quae huius vocis literae tam accurate inter ſe cohaerent, ut ambae Chartae ope harum literarum etiamnunc facile coniungi poſſint.

Tertium eſt HENRICI DE LECKA *Militis* M. April. a. 1255. quae voces habet dimidiatas in ſuprema Chartae parte, uti in Charta Heedenseana, cuius verba quantum legere potui haec ſunt: *in honore beatisſime Marie ſemper virginis* . . . . . *Domino*: *Amen.*

Quartum eſt FOLPERTI DE LECKA a. 1228. eodem modo, literis dimidiatis: SANCTA MARIA UIRGO INTERCEDE PRO . . . .

Quinctum iisdem verbis alio tamen modo poſitis, in Charta Conventionis inter Capitulum S. MARIAE *Trai.* et MACHTELDAM, ſuper teloneo in *Smithuſe*, a. 1219.

Praeter haec autem, quae omnia ex Archivis Capituli S. MARIAE *Trai.* hauſi, etiam alia deſcribere et examinare mihi licuit ex *Capitulo* S. IOHANNIS *Traiect.* cuius recenſio haec eſto: et primo quidem, exſtat illic Charta,

a. 1185.

a. 1185. ex qua *Bavenkindis* tradit Eccleſiae S. Ioh. *mancipia* nonnulla, *viros* A. 1168.
ac mulieres; quae ſuperiores vocis CYROGRAPHVM ductus, eleganter orna- d. 27. Febr.
tos, ad imam paginam exhibet. Dedit Chartam A. MATTH. *de Nobil.* p. 953.

Secunda est a. 1186. de quibusdam itidem mancipiis, quae eidem Eccleſiae dedit *Arnoldus Scapekin* (quam edidit idem l. l. p. 954.) eodem quo ſupra modo vocem CYROGRAPHVM ornate deſcribens. Ambae autem Chartae hoc habent ſingulare, quod propter loci penuriam duo quae appendent Sigilla non ad imam Chartam, ſed ad dextrum eius latus ex vittis pergam. appendent; quum contra

Tertia Charta, tam voce CYROGRAPHVM, quam *duo Sigilla*, ad imam paginae pergam. partem exhibeat. Est haec Charta data anno circiter a. 1185. ex eaque *Praepoſitus* et Capitul. S. Ioh. et Eccleſia de *Eltene* componunt quaeſtionem de conferendo iure Perſonatus *in Eccleſia de Nardingeland.*

Quarta Charta est a. 1249. qua *Gozwinus Electus Traiect.*, *Praepos. Eccl. B. Iohann.* vendit bona cum decima *in parochia de Geiferen*, in feodo tenenda. Habet haec inferiorem partem vocis dimidiae CIROGRAPHVM in ſuperiore parte paginae.

Quincta Charta est a. 1272. fer. VI. *ante B. Gregor. Pp.* i. e. d. 11. Martii, qua *Iacobus Decanus Eccl. S. Ioh.* ſub *annuo pacto* confert *domum et aream in Scaerlaken* intra muros urbis Trai. Habet haec Charta hoc ſingulare, quod in ſuprema pagina inverſis literis exhibeat ſuperiorem literarum partem, quarum haec est ſententia: IN NOMINE SANCTE ET INDIUIDUE TRINITATIS ORA PRO NOBIS BEATE IOHANES BAPTISTA AMEN. Inverti igitur Charta debet, ut legi hae literae poſſint. Miſſis autem reliquis, quae ſolitam vocem *Cyrographum* exhibent, huius Chartae indenturam ſive *Cyrographizationem* TABVL. IV. N°. 6. in aes incidendam curavi; ac Diplomata ipſa ſuis quaeque annis edidi, praeterquam eas, quae ordine prima et ſecunda ab A. MATTHAEO iam editae occurrunt. Haec de *Chirographis*, ut videant extranei, nobis Belgis etiam non deeſſe, unde res Diplomatica poſſit illustrari.

N. XXXIII.

Digitized by Google

N. XXXIII.

A. 1173. PHILIPPVS Comes Flandriae benefacit Abbatiae *Aldenburgenſi* ſitae in *Dioeceſi Brugenſi*, haud procul Sinu Heedenseano, praeſentibus FLORENTIO *Com. Holl.*, et FLORENTIO *Zeelandiae Caſtellano.*

A. 1173.

Ad Excurs. VII. p. 262.

(Ex FOPPENS *Nov. Dipl. Coll.* T. III. p. 54.)

Ego PHILIPPVS *Flandriae et Viromandiae Comes* notum eſſe volo tam poſteris quam modernis, quod omnem novam Terram tam arabilem quam paſcualem, quae apud *Weſtenda de Teſtrep*, ubicumque inter *Dunos* et *Iſaram* et *Mare* iacet, et omnem quam ibi in futurum alluvione maris accreſcet, Eccleſiae Sancti Petri de *Aldenburch* --- --- donavimus.

— — —
— — —

Vt autem haec Donatio mea in poſterum rata et ab omni reclamationis periculo libera permaneat, ſigilli mei auctoritate et ſubſcriptorum teſtimonio eam confirmavi.

S. FLO-

Digitized by Google

S. FLORENTII COMITIS HOLLANDIAE (1). A. 1173.

S. Roberti Turonenſis Theſaurarii et Flandriae Cancellarii.

S. Hugonis Abbatis Sancti Nicholai de Furnes.

S. Haket Decani Sancti Donatiani de Brugis.

S. Euſtaſii Camerarii.

S. FLORENTII DE VORREN.

S. Raſonis Butticularii.

S. Riquardi Blancet.

S. Riquardi Senescalki.

S. Theoderici de Ipris.

Actum est *Ipris* anno Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo tertio.

(1) *Hollandiae*] Quanta exiſtimatione honoreque Florentius post Pactum a. 1168. d. 27. Febr. apud Philippum fuerit, hinc conficias, quod inter primarios Flandriae Vaſallos, *Cancellarium* et reliquos, primus omnium in ſubſcriptione ponatur.

Digitized by Google

N. XXXIV.

A. 1162. 1190. FLORENTIVS Com. Holl. concedit Telonei libertatem *Abbatiae S. Michaëlis.*

Intra A. 1162 — 1190 (1).

(Ex Originali vidimus a. 1280. d. 3. Ian. In Abbatia S. Michaëlis Antwerpiae. Capſa 9. n. 1).

Vniuerſis preſentes · litteras viſuris · IOANNES de Angulo ARNOLDVS Brant Scabini ſancti michaelis Antwerpienſis / ac alij conſcabini noſtri ſalutem in domino · Noueritis nos litteras illuſtris viri domini FLORENTII Comitis Hollandie / vidiſſe et legiſſe de verbo ad verbum in hec verba ·

Ego FLORENTIVS *comes Hollandie* notum fieri volo tam futuris quam preſentibus quod fratribus ſancti michaelis de *antwerpia* pro remedio anime mee et omnium parentum meorum remiſi vectigal per omnem terram meam de omnibus rebus ad ipſorum eccleſiam pertinentibus. Et vt hoc ratum permaneat · ſigilli mei impreſſione muniri precepi ·

S. Ade vxoris mee (2) ·

S. hu-

(1) Extat et alterum huius Chartae *Vidimus*, datum a IOANNE Decano Eccleſiae B. Mariae Antwerp. a. 1306. *Dominica quâ cantatur Oculi*, cui appendet Sigillum magnum viridis coloris. Nihil autem differt, niſi quod l. 6. legatur: *omnibus rebus ſpecialiter ad ipſorum* —.

(2) *Vxoris mee*] Quia Florentius Com. qui anno 1190. obiit, Adam uxorem anno 1162. duxit, annus vero non exprimitur, dedi hanc Chartam proxime post eas, in quibus inter testes p. 192. et 201. occurrit *Florentius de Vorne*, cuius etiam frater in ſq. p. 204.

Digitized by Google

S. hugonis de hislemunde · A. 1162-1190.

S. florentij de vorne ·

S. hernest pueri ·

Et quia predictas literas plenarie vidimus ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum · Datum anno · M^o · CC^o · LXXX° tertio · Nonas Ianuarij ·

* * *

Annexum fuit Sigillum, cuius aliquae particulae adhuc reſtabant in cauda duplici ex membrana.

N. XXXV.

FLORENTIVS Comes Holl. declarat ſe ſolum eſſe legitimum Advocatum Eccleſiae Egmundenſis (1). A. 1174. d. 3. Oct.

A. 1174. d. 3. Oct.

Ad Cod. Dipl. p. 138.

(Apud MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 117. ex 10. A LEID. *Chron. Egm.* p. 33.)

Notum ſit omnibus hominibus Chriſti fidelibus, quod FLORENTIVS, Comes Hollandiae decimus, *filius* THEODORICI *noni*

(1) Edendae huius Chartae ratio eſt, ut vindicetur a criminatione Viri D., qui hanc etiam Chartam falſi inſimulat ad STOK. D. II. bl. 122. nulla legitima adiecta cauſſa. Quod enim *Florentius* tertia perſona loquatur, ſi hoc Editori A LEIDIS tribuas, omnia erunt explanata. Declarat ſe Advocatum Eccles. Egmond., ex eo quod parentes fuerant Fundatores, quemadmodum LVDOVICVS *Comes Loſſenſis* ſe Advocatum Abbatiae Averbodienſis pronunciat a. 1155. apud MIR. *Opp. Dipl.* T. I. p. 700. Mitto congerere de Eccleſiarum Advocatiis multa, quae huc ſpectant.

Digitized by Google

A. 1174. d. 3. Oct. *noni Comitis* intuitu divinae remunerationis diremit et compoſuit litem, quae erat inter Eccleſiam *Haecmundenſem* et DODONEM filium BERWOLDI, illo asſerente, quod *Advocatia* et ius totius Abbatiae ſuum esſet feodum, et conventu hoc negante, decrevit ergo Comes conſilio Principum et Nobilium ſuorum, et coram magna frequentia hominum promulgavit, quod Comes Hollandiae ſolus ſit legitimus Advocatus Eccleſiae Haecmundenſis, et quia in minoribus Eccleſia Advocato carere non potest, ideo palam determinavit, ut quem Comes terrae et Abbas Eccleſiae communi conſenſu elegerint, ille ſit Advocatus; et Advocatiam non ex beneficio, ſed ex condicto tamdiu teneat, quamdiu utile videtur Abbati et Comiti. Huius rei testes fuerunt omnes fratres Haecmundenſes.

Balduinus frater Comitis.

Albuinus et Hugo Capellani.

Luſo medicus.

Florentius de Voern et frater eius Theodoricus.

Isbrandus de Harlem, et frater eius Gerardus.

Simon Galo, et frater eius Nicolaus.

Wilhelmus de Theylingen.

Albertus Baniart.

Costinus de Mule.

Gerbrandus et frater eius Eylgerus.

Everhardus, Theodoricus, Alardus.

Hugo

Digitized by Google

Hugo de Ackerſloot, et alii quamplures. A. 1174. d. 3. Oct.

Geſta ſunt haec anno Dominicae incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto, Indictione ſeptima, quinto nonas Octobris.

N. XXXVI.

WALTERVS BERTOLT Dominus de Grimberge donat *Abbatiae S. Michaëlis* Antverp. immunitatem Telonei in Rumestam. A. 1180.

A. 1180.

Ad Chronicon p. 190. *a.*

(Ex Originali in Abbatia S. Michaëlis Antwerpiae. Caps. 9. n. 7.)

IN NOMINE PATRIS ET FILIJ ET SPIRITVS SANCTI. Ego WALTERVS BERTHOLT dominus Grimbergenſis dictus in extrema infirmitate mea poſitus et filius meus WALTERVS conceſſimus. e'cclefie' ſancti michaelis *in Antwerpia* libere imperpetuum in elemoſinam pro remedio animarum noſtrarum ſimul et omnium parentum noſtrorum de omnibus ſuis propriis rebus ad eandem eccleſiam pertinentibus quantum noſtri iuris eſt in *telonio* et *uectigali* apud *rumeſtam* et totam terram noſtram. Concẽſſimus etiam per totam terram noſtram liberos introitus et exitus de omni pecunia ſua et illa e'ccleſia ſi quid querele aduerſum nos habuit penitus nobis remiſit et in conſortium ora-

A. 1180. tionum et beneficiorum ſuorum nos recepit · Vt autem hec rata et inconuulſa permaneant ſigilli noſtri impreſſione et teſtium ſubſcriptione corroborari fecimus ·

Hi ſunt teſtes qui interfuerunt

Eggebertus abbas Grinbergenſis ·

Magiſter Willemmus · (ſic)

Walterus de heiſte ·

Arnoldus Rufus hyrcus ·

Adam Caſtellanus.

Aſcellinus de Gheergenchem ··

Actum anno dominice incarnationis · M° · C° · LXXX · (1)

* * *

Appendet magnum WALTERI Sigillum rotundum ſubrubri coloris ex cauda duplici coriaria, repraeſentans Equitem ſedentem; in perigraphe legitur:

SIGILLVM WALTERI BERTOLDI.

(1) Dedi hanc Chartam ob argumenti vicinitatem, quae inter hanc et proxime ſequentem intercedit. Conf. A. MIRAEI *Opp. Dipl.* T. I. p. 397. ubi circa h. a. exſtat Donatio ADELISAE, *Walteri* viduae, qua immunitatem telonei in terra *de Tenremonde* largitur Abbatiae S. Petri Blandinienſi Gandavi.

N. XXXVII.

Digitized by Google

N. XXXVII.

GERARDVS Dominus Grimberg. liberat *Abbatiam S. Michaëlis* a Teloneo ad *Rumestam*. A. 1181.

A. 1181.

Ad Chronicon p. 190. *a.*

(Ex Originali in Abbatia S. Michaelis Antwerpiae. Caps. 9. r. 8. inſert. Tom. I. n. 94.)

✠ IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI AMEN. Ego GERARDVS dominus grinbergenſis dictus notum eſſe uolo tam preſentibus quam futuris · quod ego et uxor mea MACTHILDIS et filij mei GERARDVS et ARNOLDVS propter remedium animarum noſtrarum ſimul et omnium noſtrorum parentum Eccleſie Sancti Michaelis in *antwerpia* de omnibus ſuis propriis rebus ad eccleſiam pertinentibus quecumque fuerint quantum noſtri iuris eſt in thelonio et uectigali apud uillam noſtram *rumeſtam* · et etiam per totam terram noſtram libere imperpetuum in elemoſinam remiſimus · et ſi quid querele predicta eccleſia aduerſum nos habuit penitus nobis remiſit · Ut autem hec rata et inconuulſa permaneant ſigilli noſtri impreſſione et teſtium ſubſcriptione corroborari fecimus ·

Hij ſunt teſtes qui interfuerunt

Egebertus Abbas Grinbergenſis ·

Thecelinus ſacerdos ·

Hoſto

A. 1181. Hosto de erpe.

Paridanus et Goſelinus de Eppengem.

Thomas de Semce.

Henricus prepoſitus.

Helyas de lint.

Magister Willelmus.

Walterus de Sellar.

Actum incarnationis dominice anno M°. C°. LXXX°I°.

* * *

Appendet magnum GERARDI Sigillum rotundum ſubrubri coloris in cauda duplici coriaria, repraeſentans Equitem currentem dextra ſtrictum gladium gerentem. In circumſcriptione haec ſunt verba:

✠ SIGILLVM GERARDI DE GRIMBERGE.

N. XXXVIII.

A. 1183. PHILIPPVS Comes Flandr. ditat Eccleſiam B. Mariae *de Coesyoorde* in *Waſia* bonis ibidem ſitis.

A. 1183.

Ad Excurs. VII. p. 148.

(MIRAEVS *Nov. Coll. Dipl.* T. IV. p. 213.)

In nomine Patris — — —.

Donavi etiam ibi Deo ſervientibus terram *Maris*, inter OSSENESSE et HONTENESSE iacentem, quae *Werplant* ſive *Zand*

Zand vocatur, et quicquid ad eam iuris pertinet, vel quicquid deinceps ei ex *mari* accreverit. — — A. 1183.

—— —— —— ——

S. Philippi Comitis.

—— —— —— ——

S. Raſſonis de Gavera.

S. Theoderici de Beverna.

S. Balduini fratris eius.

—— —— —— ——

S. Dirkini de Baſſevelde.

N. XXXIX.

Praepoſitus s. IOANNIS Trai. et Abbatiſſa *Altinenſis* componunt quaeſtionem de iure Patronatus eccleſiae de Nardinglant, quam in poſterum alternis vicibus conferre placet. circa A. 1185.

circa A. 1185. (1)

Cyrographum. Vid. *Cod. Diplom.* p. 198. *ſq.*

(Ex Originali in Archivis Capituli S. Ioannis Traiect.)

IN NOMINE SANCTE ET INDIUIDUE TRINITATIS AMEN· Antique' et approbate *conſuetudinis* est· *deciſiones litium*

(1) Habet averſa Chartae pars: „*Advertendum eſſe*, quod *Albertus* Praepoſitus S. Ioh. et *Theodericus* Decanus S. Martini, et *Gerardus* Decanus

circa A. 1185. *tium* mandari custodie litterarum · ne lites deciſe' apud preſentes. illis decedentibus · apud poſteros renaſcantur · Inde est · quod nos · prepoſitus et capitulum beati Iohannis ín traiecto · et nos · ecclesia de ELTENE · ad poſterorum noticiam preſenti ſcripto transmittere curauimus · questionem que ſuper inſtitutione perſone' in ecclesia de Nardingelant díu inter nos uertebatur · tali transactione ſopitam eſſe · decedente uidelicet perſona quam nunc temporis ipſa ecclesia de Eltene inſtituit · aliam inſtituet prepoſitus beati Iohannis · Itemque post deceſſum illius aliam inſtituere perſonam ad eccleſiam de Eltene pertinebit · et deinceps ſic · nunc iſta · nunc ille ſucceſſiue perſonam inſtituet in prefata ecclesia · Vt autem hec transactio · rata et inconcuſſa maneat · praeſentem ſuper hoc paginam vtraque ecclesia conſcribi · et proprij utraque ſigilli fecit auctoritate corroborari · Testes uero huius rei ſunt ·

Albertus prepoſitus ſancti Iohannis.
Theodericus decanus ſancti Martini.
Gerardus decanus ſancti Iohannis ·
Helmuygus ·
Henricus · canonici eiusdem ecclesie.

Ma-

„ nus S. Ioh. cum ceteris testibus retroſcriptis claruerint ſub Balduino Epiſcopo, Imperante Frederico Imp. et Henrico filio eius regnante circa annum dñi MCLXXXV. uti patet ex litera donationis quorumdam Mancipiorum factae Eccleſiae ". Haec recta dictà ſunt, ac docent, ſcriptam eſſe Chartam circa a. 1185. Literae Donationis horum Mancipiorum anni 1185. illic etiam autographae exſtant; ſed iam edidit A. MATTH. *de Nob.* p. 953. Cf. ſupra p. 199.

Magiſter wibertus in eccleſia ſancti Martini. circa A. 1185.

Magiſter daniel in eccleſia ſancti petri canonici;

Fredericus.

Thegenradus.

Conradus.

Magiſter alexander.

Gelpertus presbyteri.

Laici quoque miniſteriales e'ccleſie' de Eltene.

Lyemarus.

Conradus.

Everardus. et frater eius henricus. perſona prefate eccleſie de nardinghelant.

Gerlacus.

Nicholaus.

Seybaldus.

Miniſteriales etiam eccleſie ſancti Iohannis.

Arnoldus.

Iohannes.

Albertus pil, et alij tam clerici quam laici quamplures.

* * *

Appendent duo Sigilla cerae viridi inſtar ſcutellae impreſſa:

1. Capituli S. Ioannis, pro more.
2. Conventus de Eltene; figura cum umbella.

✠ S . . . . . DE ALTANA.

N. XL.

Digitized by Google

N. XL.

A. 1187. HENRICVS DE SCHOTEN, Nobilis Zeelandus, *Terram de Crabbendijke* donat Abbatiae *Thoſanae* iuxta Brugas.

A. 1187.

Ad Excurſ. VII. p. 263, 273.

(Ex *Antiquo Chartulario Zeelandico* apud FOPPENS *Diplom. Nov. Coll.* T. IV. p. 523.)

In nomine Patris et Filii — —

— — — —

Ego HENRICVS DE SCOTEN, et uxor mea CHRISTINA et filii mei GODEFRIDVS, HENRICVS, IACOBVS et INGELBERTVS, quidquid proprietatis et poſſeſſionis, quidquid iuris et dominii in tota terra *Crabbendijc* habebamus, Eccleſiae S. Mariae de *Thoſan* — — —

— — — —

Testes, PHILIPPVS COMES FLANDRIAE.
Waltherus, Abbas de Dunis.
Gerardus, Abbas de Villari.
Theodericus Storm.
Alardus de Oſſendrecht.
Henricus filius eius.

EVER-

Digitized by Google

EVERBOVT DE AGGERA (1). A. 1187.
GILLEBERTVS DE CAN. [forte CATS]
Arnulphus frater eius.

— — — —

Actum anno Domini M. C. LXXXVII.

(1) *Aggera*] *Agger* Vicus eſt in Zuidbevelandia, mari olim abſorptus, hodie iterum mole terreſtri exſiccatus.

N. XLI.

Inſignis epiſtola Conventus *Epternacenſis* ad HENRICVM VI. Imperatorem, de bonis Comitum cum *Hollandiae* tum *Flandriae* in *Zeelandia*, quas antea poſſederat Abbatia Epternacum a tempore *S. Willibrordi*; unde lux affulget Chartae ARNVLFI Regis a. 889. datae Comiti noſtro GERVLFO, ſupra p. 6. A. 1191.

A. 1191.

Ad Cod. Dipl. p. 8. a.

(MARTENE ET DVRAND *Coll. Ampl.* T. IV. p. 458. B. in App. ad *Geſta Trevir. Archiepiſc.*)

— — — Scribimus excellentiae veſtrae, neceſſitate cogente, pro Eccleſia *Epternacenſi*, dignitate et honoribus quondam tam affluenter pollente, ut regni *Lotharingiae* vires eius praediis et poſſeſſionibus non parva ex parte ſint augmentatae; et

 digni-

A. 1191. dignitates, *Ducatus* ſcilicet *Brabantinus*, *Comitatus de Gelre*, et *Comitatus Lucelburgenſis*, ad ſcutum regalis exercitus complendum, de bonis eius ſint ſagaciter ordinatae; praeter illa, quae *Comes Flandriae* et *Comes Hollandiae* (1) de manu *Imperii* habent, in *Maritimis* ſcilicet *locis* WALACHRIA, in SCHALDA, et in VTRAQVE BIVILANDIA et in BRINSILA. Harum vero omnium dignitatum [i. e. Ducum et Comitum] bona, quamvis de manu veſtrae *benignitatis* ſuſcipiantur, tamen perpendere debet clementia veſtrae ſerenitatis, quod in *Archivis noſtrae Eccleſiae* adhuc *Privilegia* eorum ſumma diligentia conſervantur. Qui et quales fuerint Nobiles, Duces, Comites, et ceteri Francorum Principes, qui haec ſancto WILLIBROR-

(1) *Comes Hollandiae*] Loquitur Auctor in genere, quum diſtingui debeant, quae noſtri Comites in *Schalda*, Flandri vero iuxta ac Noſtri in reliquis Inſulis habebant. *Borſelen* olim, hic, et in Charta Ottonis a. 976. ſic ſcribebatur: *Brinſela* vel *Brunſale*. Vid. ſupra p. 43. (9)

(2) *Conceſſerunt*] En! modus, tempus, et ratio, cur Dignitas Comitis dante Rege *Arnulfo* ſive *Arnoldo* in Comitem *Gerulfum* a. 889. collata ſit. Factum id *propter incurſionem Normannorum*, ad *ſupplendum Scutum Regale*, i. e. ut maiores Regi vires, copiae et Vaſalli, in illa Regni parte eſſent, qui Normannis reſiſterent. Id iam ante a. 889. contigerit, neceſſe eſt, quippe quo iam Comes audit *Gerulfus*. Commode hic incido in ANNALES NOVESIENS. p. 538. ibid. apud MARTENE, qui ad a. 881. ſic loquuntur: *Per id tempus Nortmanni adiunctis ſibi Danis Franciam et Lotharingiam pervagantes*, — — — *et fines Morinorum*, *Menapiorum*, *Bracbatenſium*, *omnemque circa* SCALDIM FLVVIVM *terram ferro et igni devaſtant*. *Inde* WALIM FLVVIVM *ingreſſi*, *totam* BATAVIAM *depopulant*, *Neumagoque Palatio Regio applicant*; *ibique castra ponunt*. Plura *ibidem*, et ad a. 883 — 888.

(3) *Betſua*] Hanc *Batuam* eſſe, res

BRORDO contulerunt, et quomodo poſtmodum propter incurſionem Normannorum ab ARNOLDO Imperatore, ad ſupplendum, ſicut diximus, ſcutum Regium delegata, in praefatos dignitates conceſſerunt (2). Vt enim taceamus de *Atwerpo* Castello, et ceteris oppidorum vel vicorum nominibus, quae vel Dux *Brabantiae* vel Comes *de Gelre*, et *ceteri* habent de manu veſtrae maieſtatis in *Texandria*, in *Bedele*, in *Betſua* (3). A. 1191. l. Antwerpo.

P. 461. B. Quo [Carolo] eiecto *Arnoldus* imperavit annis XI. qui ſicut diximus propter incurſionem Normannorum, de bonis ſancti Willibrordi (4) auxit Comitatum Lutzelburgenſem. — — — In *Inferioribus* etiam et *in maritimis locis* de eiusdem ſancti bonis magnifice eum augmentavit.

res ipſa docet. Quid *Bedele* ſit, neſcio; niſi *Bodelo* pro *Bodelograve*, hodie *Bodegrave*, olim ſeparatus Comitatus; vel *Velue* intelligatur.

(4) *Willibrordi*] Procul dubio ius, quod Abbates Epternacenſes usque ad a. 1156. habuerunt in multas Hollandiae Eccleſias, *Flardingam*, *Kerkwervam*, cett. de quo vid. eorum Concambium cum Comite Holland. a. 1156. in MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 101, 102. derivarunt ex bonis *S. Willibrordi*, qui, cum Friſiae Apoſtolus, tum *Epternaci* Abbas exſtitit. De his bonis iam a. 1101. Abbas Epternac. ſcripſerat ad Henric. Imper. apud MARTENE *Coll. Ampl.* T. I. p. 584. *in nos perficite gratiam — per tyrannidem* ABLATAS IN HOLLANT *eccleſias, quas aeternae memoriae genitor veſter* H. SANCTO WILBRORDO, *Moguntiae papa aſſidente nono* LEONE, *dedit, reddi noſtrae facite eccleſiae.* Abbates Epternacenſes poſtea horum bonorum permutationes fecerunt cum Comite Holland. THEODERICO VI. eaque bona ei ceſſerunt pro terris nonnullis in *Inſula Schalda* (Schouwen) iacentibus. Fortaſſe Epternacenſes eiusmodi permutationes etiam cum Ducibus Brabantiae aliisque fecerunt; quae nunc non inquiro.

N. XLII.

Digitized by Google

N. XLII.

A. 1193. d. 10. Oct. HENRICVS VI. Imper. confirmat THEODERICO VII. Com. Hollandiae Teloneum in *Geeryliet* ad Moſam, quod pater eius FREDERICVS Imp. dederat olim FLORENTIO III. Theod. VII. parenti.

A. 1193. d. 10. Oct. (1)

Ad Excurs. VII. p. 266.

(MARTEN. *Thes. Anecd.* T. I p. 661. MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 129. Extat etiam in Regiſtris Hollandiae Feudalibus.)

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis. HENRICVS Sextus Romanorum Imperator ſemper Augustus et Rex Siciliae. -- -- quod nos ſinceritate dilecti ac fidelis nostri TEODERICI nobilis viri, Comitis Hollandiae, prae oculis habita theloneum in *Ghervlit* ipſi confirmamus et praeſentis Scripti patrocinio roboramus, omni tempore habendum; ſicut ſerenisſimus pater noster FREDERICVS, quondam Romanorum Imperator invictisſimus, ipſum theloneum quondam fideli nostro FLORENTIO, patri dicti Comitis, in feodum ab omnibus transeuntibus concesſit. Ita tamen ut de omni navi transeunti, quae vel cen-

(1) Viri DD. ſupra nominati, cum aliis multis, hanc immunitatis Chartam ediderunt ad a. 1195. Rationes autem, cur annum 1193. praetulerim, vid. in Not. ad CHRONIC. p. 157. Dubium tamen quoddam nunc iniicit mentio tituli *Regis Siciliae*, quem titulum nonniſi anno 1194. adhibere coepit. Vid. Auctor. *Chronic. Gottwic.* L. II. p. 401. Male MARTENE l. l. hanc Chartam ad Comitem *Flandriae* applicat.

centum marcas valens, vel ultra, quantumcumque portaverit, quinque tantum marcas recipiat, ſi vero infra centum marcas portaverit, de viginti marcis unam, de quadraginta duas, de ſexaginta vero tres marcas recipiat, et ſic deinceps usque ad centum. Ex ſententia autem nobilium Curiae noſtrae in Maieſtatis noſtrae praeſentia in domo fidelis noſtri Tutonis apud Wizznowe iudicatum eſt, et a copioſo Epiſcoporum, Comitum, Liberorum, atque Miniſterialium noſtrorum numero approbatum, quod tam *Flandrenſes* et alii homines, qui ſunt de noſtro imperio, quam etiam hi, qui de aliis regnorum partibus veniunt, modo praeſcripto theloneum debeant perſolvere: quam ſententiam praeſenti privilegio decernimus confirmandam -- --. Huius rei teſtes ſunt Cuonradus, Moguntinus Archiepiſcopus.

A. 1193. d. 20. Oct.

v. l. *aliorum.*

Hermannus, Monaſterienſis Epiſcopus.

Henricus, Wormacienſis Epiſcopus.

Otto, Comes Gelrenſis.

Theodericus, Comes de Hodſtadn. (v. l. *Hoſtaden*)

Marquardus Seneſcallus, Anconitanus Marchio.

Otto, Comes de Binethem. (v. l. *Benthem.*)

Boppo, Comes de Wertehem.

Arnoldus de Horenburc.

Stephanus de Oye.

A. 1193. d. 20. Oct. Henricus, Mareſcalcus de Callendin, et alii quamplures.

Acta ſunt haec anno Dominicae Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo quinto, Indictione decima quarta, regnante Domino Henrico Romanorum Imperatore glorioſisſimo, anno regni eius XXIV. Imperii vero quarto.

Datum Moguntiae XIII. Kal. Novembris.

N. XLIII.

A. 1198. N. 1. THEODERICVS VII. Comes Hollandiae, et coniux ALEIDIS, Abbatiae Medioburgenſi donant Decimas in *Zubburch*, *Ritthem*, *Vliſſingen* et *Coudekerke*, quae Walacriae ſunt loca.

A. 1198.

Ad Excurs. VII. p. 268. et Cod. Dipl. p. 130.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Medioburgenſis, fol. XI. vs. quod habetur in Archivis Camerae Rationum Zeeland. Loculo 116, 117.)

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis, Ego TH. Dej gracia *Comes Holl. atque Seland.* (1) et ALEIDIS Comitisſa. vniuerſitatj fidelium ſalutem in Domino. Quum omnis comercij

(1) *Seland.*] Vtrum *Zeelandiae* titulus a male ſedula manu ſive errore huc irrepſerit, an, quod malim, ipſe Comes post profligatum Flandriae Comitem hoc tituli ſibi ſumſerit, dicere non habeo. Dubium tamen manet, quia in media

cij temporalis vel negotiorum emolumentum temporis euolutione' vel cordium conſtat [ſi] ebitudine fuscarj · et a mortalium recordatione delerj' necesſarium eſtimauimus contractum quendam quo cum *Abbate Middelburgenſe* conuenimus · ſcriptj annotatione firmare · ac posterorum noticie commendare: notum igitur esſe volumus tam futuris quam preſentibus · quod ego TH. *Hollandie Comes* et ALEIDIS Comitisſa · quartam partem *decime de Sutburg*, que de tribus illis colligitur parrochijs · quam *patri meo Abbates ac fratres Eccleſie Beatae Mariae in Middelburch concesſerant:* eiusdem Eccleſie Abbati et fratribus · pro remedio animarum nostrarum · libere ab omnj posterorum nostrorum infestatione posſidendam contulimus. Ne ergo Conuentionis huius actio · in dubium forte vel in ignorantiam posteris veniat. ſed vt ſirma et inuiolabilis permaneat' hanc ſcripto preſentj atque ſigillorum nostrorum volumus impresſione firmare · ac nichillominus testium ſubſcriptione ceterorumque *hominum* nostrorum preſentia roborare / A. 1198. N. 1.

Quorum nomina ſubſcripta ſunt.

Florencius Prepoſitus, et

Balduinus, fratres mej ·

Hugo de Vorne, et

Theod.

media Charta ſtatim ſimpliciter *Comes Hollandiae*. Ab hoc tamen titulo Comitem postea abstinuisſe, commonitum fortasſe a Flandris, dubio eximit Charta ſequens, eodem anno 1198. quam ex *Autographo* cum reliquis, quae ſequuntur, omnibus produco.

A° 1198. N. 1.

Theod. frater eius.
Gerardus de Horst.
Henricus de Risuuich.
Barthol. de Harlem.
Franco Capellanus.
Arnoldus Oueruort (2).
Florentius Rost.
Wilhelmus Rauen.
Wolfardus et filij eius, Walt. et Will.
Arnoldus et Henricus de Scinge, frater eius.
Henricus Wiszo.
Gerolfus f. Antonij.
Alardus f. Reilafi.
Symon. f. Bonefacij.
Willelmus de Kaldekerke.

Actum apud *Middelburch* anno Incarnationis Dominic. M°. C°. XCVIIJ°.

(2) *Overuort*] Admodum difficile lectu hoc fuit nomen; Literarum tamen ductus huc tendit. Memorabilis imprimis est Charta ob Nobiles, cum Hollandos tum Zeelandos, *testes* adhibitos; quorum nonnulli hactenus ignorantur.

N. XLIV.

Digitized by Google

N. XLIV.

THEODERICVS Comes Hollandiae, Sacello in porticu Ecclеſiae *S. Mariae* in *Traiecto* (1) fundato, donat terram in *Poel*, ſive Poeldijk, iuxta *Naaldvicum*, cuius Sacelli ſive Capellae Comes est collator. A. 1198. N. 11.

A. 1198.

Ad Chronic. p. 201. a. et Excurs. p. 406.

(Ex Originali in Archivis Eccleſiae S. Mariae Traiect. Armario II. Caps. E. 1113. Habet MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 131. nec non W. HEDA *Epiſc. Trai.* p. 211. quibuscum haec collatio inſtituta est.)

In nomine ſancte' et indiuidue' trinitatis · Ego Theodericus [a] hollandie' comes · hoc [b] ſcriptum dedi · Sicut manifestis liquet inditijs ·

[a] Mieris et Heda *Theodericus.* [b] Mier. deest *hoc.* Ambo hic male interpungunt post *inditiis.* MS. *inditijs.*

(1) Quo minus dubium de huius Chartae probitate cuiusquam animo inhaereat: habetur apud MIERIS *Charterb.* D. II. bl. 104. altera Charta a. 1310. d. 30. Maii data, per quam GVIDO Epiſc. Trai. et WILHELMVS IV. Comes Holl. confirmant hanc THEODERICI VII. Chartam, et controverſiam ſuper huius *Capellae* donatione eiusque bonis inde enatam inter *Giſelbertum* istius Capellanum, et *Wilhelmum* Dominum de Naaldwijk componunt. Exſtat altera haec Charta in *Archivis Eccleſiae* S. MARIAE *Traiect.* Armar. II. Caps. E. 3. n°. 6. ubi Donatores dicunt: *dat vp ons ghebleuen zien haer* GHISEBRECHT *onſe Capellaen van onſer capellen tutrecht die ſtaet an marienkerke van der eenre zide ende heren* WILLAEM *van naelduuijc ridder van der ander zide als van dien goede dat* DIE POEL *gheheeten es. ende gheleghen es in die prochie van naelduuijc, dat* ONSE OUDRE *ghegheuen hebben ter Capellen van vtrecht vri alſo als* DIE HANDUESTEN *ſpreken die* DIE GRAUE DIERIC *daer god die ziele of hebben moet daer vp ghegheuen heuet, — — —. Ende wi deken ende tghemeene Capitel voernoemt belouen heren*

A. 1198. N. 11. tijs · ALLINVS [c] ſancte' Marie' in traiecto canonicus · et patris mei pie' memorie' FLORENTII *comitis holl.* noſterque capellanus · capellam quandam in ſeptentrionalj parte e'ccleſie' beate' Marie' · in memoriam predicti patris mei [d] ſuamque ſuis de rebus conſtruxit · quam in honore matris domini [e] et ſancti ioannis ewangeliſte et beati georgii martyris Isfridus Raceburgenſis epiſcopus duodecimo kal. decembris conſecrauit. Ego igitur THEODERICVS comitis FLORENTII et ADE comitisſe filius predicti capellani bonam uoluntatem et pium affectum conſiderans · terram quandam [f] *mee' proprietatis* aque que Pul dicitur hinc inde adiacentem iuxta Naltuuic et ex morte cuiusdam hominis mei nomine · IO · cognomine NAGEL [g] qui eam a me in feodo tenuit michi vacantem tam pro mea parentumque meorum viventium ſalute quam pro defunctorum requie predicte capelle' una cum vxore mea ALEIDE [h] *comitisſa* in dotem et ab omni ſeruitio exemptam contuli · de cuius prouentu ſacerdos deo et ſanctis ibidem in propria perſona ſeruiens tam pro me quam pro meis hoſtiam viuis ac [i] defunctis ſalutarem offerens · dum vite'

c Mier. *Allinus.* d *mei* deest Hedae. e Mier. *matris nostri domini.* f Mier. *quandam.* g Mier. *Vagel.* h Hed. *Aleyda.* i Mier. *ac et.*

heren Willem van naelduijc voerſeit ende ſinen na Comelinghen waert dat zijs te done hadden die handueste van graue DIERIC *te toghen.* Appendent adhuc quinque Sigilla in cera viridi, ex vittis pergamenis, quarum

1. Guidonis Epiſcopi.
2. Wilhelmi Comitis Holl.
3. Capituli S. Mariae.
4. Willelmi de Naeldwijk.
5. Nicolai Dom. de Putte, qui hanc confirmationem ſigillo etiam ſuo communivit. Protulit inſuper diligentiss. noster MIERIS D. I. bl. 131. hoc

THEO-

vite' preſentis percipit fructum eterne' nobis inploret conſortium · Ad me autem et ad quemlibet *Cometie'* [k] *Hollandenſis* heredem legitimum ius inſtituendi ſacerdotem in eadem capella ſicut praefate eccleſie' conſenſit capitulum perpetualiter ſpectabit · qui ſacerdos ſi forte ad aliud aliquod eccleſiaſticum beneficium asſumptus fuerit ius alium inſtituendi ad me meosque ſicut ſupradictum est ſine contradictione redibit · inſuper et predictus ſacerdos dum a ſeruitio capelle vacare poterit · chorum cum eiusdem e'cleſie' fratribus ſub correctione decani frequentabit · Vt autem hec omnia rata et inconuulſa permaneant preſentem paginam et e'cleſie' ſigilli et ſigillorum nostrorum appenſione fecimus roborari · et nomina testium qui huic donationi interſuerunt fecimus ſubnotarj ·

A. 1198. N. 11.

Nomina autem eorum hec ſunt ·

Ada mater mea ·

WILLELMVS frater meus · COMES FRISIE' ·

Margareta ſoror mea ·

Florentius frater meus ·

Hugo

k Micr. *Comitiae.*

THEODERICI Diploma ex aliis literis, quas per formam *Vidimus* exhibuerunt *Adolphus* Praepoſitus et *Stephanus* Decanus, Traiectenſes, a. 1294. producetas ex *Archivis Hannoniens.* nec non ex *Registris Hollandiae Feudalibus.* Quoniam autem haec Charta eodem modo, quo altera a. 1199. p. 229. *Henrici* Regis Epocham adhuc praeſert, etſi Rex t. t. iam obierat, propterea maioris fidei gratia eius partem una cum Sigillis in aes inciſam TAB. V, ſisto. Ex his igitur omnibus indubitata huius Chartae fides constet.

A. 1198. N. 11. Hugo de vorna [l].

Willelmus de teillinga.

Arnoldus dapifer meus.

Henricus frater eius.

Franco capellanus meus.

Balduinus [m] uxoris mee' capellanus.

Simon de Harlem [n].

Hugo de nordeke.

Theodericus [o] de vorburg.

Gerulfus qui dicitur Calla.

Acta ſunt hec apud *lis*. (2) anno dominice' incarnationis ·M̊·C̊·LX̊XXX·V̊IIJ· Indictione prima·HENRICO Inperatore regnante.

l Mier. *vorne.* Et *Willielmus de Theylinge.* *m* Mier. *Baldwinus.* *n* Hed. *Harlem.* *o* Hed. *Theodorus.*

* * *

Appendent tria Sigilla ex cera viridi,

1. Rotundum *S. Mariae*, his litt.
   ✠ SANCTA∘MARIA∘VIRGO
2. Sigillum THEODERICI Comitis cum ſcuto, in quo *Leo*.
   ✠ ThEODERICVS∘DEI∘GRATIA∘HOLLANDIE∘COMES
3. Comitiſſae ALEIDIS, in ſcuto oblongo, ſiniſtra manu avem, dextra florem gerens, his literis:
   SIGILLVM A . . . IDIS COMITISSE · HOLLA · DIE

(2) *Lis*] Hoc de loco vid. CHRONIC. p. 133. (28)

N. XLV.

Digitized by Google

N. XLV.

BIGGO et Nepotes emunt a THEODERICO Comite Hollandiae Terram de *Peindrecht* cum *decima*, et *officio*, et *iure patronatus*. A. 1199. d. 21. Ian.

A. 1199. d. 21. Ian.

Ad Chronic. p. 203. *a.*

(Ex Originali penes Virum Illuſtr. Dom. de Rhoon et Pendrecht.)

In nomjne jndjujdue trinitatis· Ego THEOD. *Holl. Com.* [a] et A. uxor mea *Holl. Comitiſſa* tam preſentjbus quam futuris ſalutem in eo, quj est ſalus omnjum. Notum uobis facimus, quod BIGGO et *Nepotes ſuj* erga nos *terram jnfra Peydrech* emerunt cum *decima* et *officjo*·que terra his terminis clauditur [b]; a cymiterio *Peydrech* extenditur usque ad *Officium Catendrech*· ita ut eandem terram jam dictus [c] B. et nepotes eius et illj ad quos-

a Mier *Com. Holl.* et *Peyndrecht.* b Mier. *concluditur.* c *iam dictam.*

(1) Hanc Chartam ex antiquisſimis Chartis Hollandiae unam, nactus opportunitatem, integram in aes incidendam curavi. Edidit eam MIERIS D. I. bl. 133. ex MS. *Hantvest Chronijk* van M. VAN DER HOUVE ad a. 1199. cuius tempore adhuc ſuperfuit Sigillum, de quo ita: „ Dees brief is „ in 't Latyn te leezen by Ionker Pie„ ter van Roode, Heer van Roode „ ende Pendregt, onder wien de zel„ ve berust, zynde geſchreven op „ Franchyn, waer uithingen een rond „ zegel van witten waſche aan dob„ bele ſtaerte van geele zyde, het an„ der zegel is daar van geſleten ende „ verloren. *M. v. d. Houve* ". Scripturae rationem exhibet TAB. VI. ſed ſigilla penitus perierunt.

Digitized by Google

A. 1199 d. 21. Ian. quoſcunque eadem terra per legitimos fuerjt deuoluta heredes, cum *decima* et *officio* et *electione ſacerdotis* eccleſie libere poſſideant · et ipſi omnem *juris* tenorem [d] *Selandenſium* obtineant; ut nec ulla ſuper [e] ipſam terram fiat *petitio* · niſi jn expedicione · Sane nulli *mjnjſterialj* liceat predictam jnhabitare terram; niſi de comitis licentia et prefati B. et nepotum et ſucceſſorum [f] ejus. Sepe itaque dictis uiris jn prememorata [g] terra *castrum* vel munjtionem conſtruere licentiaujmus . et tales aggeres ipſi componemus [h] quod [i] nos per eos terram noſtram jnundatione aquae [k] non amittamus. Teſtes huius rei ſunt hij ·

Dominus Hugo de Vorne ·

Gerardus de Hurst ·

Woulterus de Ruvene ·

Arnoldus dapifer ·

Gerulfus Calle ·

Sygerus Buth [l].

Datum apud *Harlehem* · Anno M · C · XCVIIII. Menſe Januario · XII · Kl. Februar.

d *tenorem iuris.* e *ſupra.* f *Nepotum ſucceſs.* g Mier. *praememorita.* h Mier. *ipſis componere.* Vltima Syllaba in autographo erat extrita, ita tamen, ut · *mus* vel · *nt* hinc legi facilius quam · *re* poſſit: quocum vox *ipſi* non congruit. i Mier. *que* pro *quod.* k Mier. *per inundationem aquarum.* l Mier. *Barth.* forte *Buch.*

* * *

Perierunt ambo, quae appenderant Sigilla.

N. XLVI.

N. XLVI.

THEODERICVS VII. Comes Holl., et ALEIDIS uxor confirmant donationes a Comitiſſa PETRONILLA factas Abbatiae Rijnsburg. A. 1199.

A. 1199.

Ad Excurs. VII. p. 269. Cod. Dipl. p. 131.

(Ex Originali in Archivis Rijnsburg.)

IN NOMINE · SANCTE · ET · INDIUIDVE TRINITATIS ·

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus quod ego THEODERICVS[a] dei gratia comes holl. et ALEIDIS comitiſſa · donaria que' uenerabilis PETRONILLA comitiſſa holl. et THEODERICVS filius eius e'ccleſie' beate' uirginis Marie' in Rinsburch in perpetuum habenda contulerant · confirmamus · Atque contra omnem poſterorum noſtrorum contradictionem ſigilli noſtri inpreſſione[b] munimus · Quorum he'c eſt deſcriptio · Ipſam uillam *Rinsburch* ·[c] et quicquid ſui iuris in ea fuerat · In uilla que' dicitur *Nortghe* nouem predia et dimidium · Similiter cum omni iure. excepto quod ſuper he'c manentes quintam partem *peticionis* comitis in *Nortghe* debent ſoluere. In terra quadam que' dicitur *lede* ſex manſos idest houe ·

a Mitt. *Theodericus* ſemper. b M. *munivimus*. c M. *Reinsburch*.

A. 1199. houe · et tres manſos in *Delf* · eo iure · ut *miniſteriales* comitis in hiis manentes *peticiones* comitis ſoluant · liberi uero ſuper huiusmodi tantummodo e'cclefie' reſpondeant Preterea totam terram et iurisdictionem de *alsmer* et quicquid in ea ſui iuris fuerat · necnon et totam eiusdem terre' *decimam* prefate' e'cclefie' in perpetuum habendam contulerant. *Ego* uero THEODERICVS comes · ADE' Comitiſſe' filius · cum ALEYDE Comitiſſa uxore mea pro animarum nostrarum remedio utilitati e'cclefie' in *rinsburch* prouidere uolens · in concambium et reconpenſationem terre' et iurisdictionis de *alsmar* · terram in *uualacria* que' nostra propria erat ſcilicet ducentas et quinquaginta [d] menſuras predicte' e'cclefie' immutabiliter contuli · quam ab omni comitis peticione ac circummanentium infestatione denuntio et ſigilli nostri impresſione confirmo in perpetuum eximi ·

Huius rei [e] testes ſunt

Ada comitiſſa ·
filius eius florentius ·
hugo de uorne ·
Nicholaus de harlem ·
Arnoldus dapifer .
frater eius heinricus ·
Theodericus bertoldus ·
Bartholomeus · de vorne ·

Flo-

d M. et quinque. e M. Eximii huius rei.

Florentius Pincerna· A. 1199.

Willelmus de Egmunda·

Giſlerus de Kerkuuerf·

Thidericus Neueke·

Acta ſunt he'c Anno incarnationis dominice' Milleſimo·c̊·nonageſimo Nono·Regnante Heinrico Rom̄ imperatore·et rege ſicilie'·preſulante Theoderico traiectenſe epiſcopo·

* * *

Vir Doct. et inſignis induſtriae ALKEMADE, in *Abbatiae Rijnsburg. Deſcriptione MS.* quam V. Voluminibus in fol. ſplendidisſime abſolvit, quando hanc Chartam cum reliquis ex Originali T. I. exhibebat, Sigillum eius hoc modo accurate deſcripſit: „ Dit is een Afſchrift uit de orſpronglìike pergamene openbrief, hebbende een „ zwaar zegel ter dikte van een hout-duim gedrukt in Vleisverwig „ biè-waz 't welk med een Kastanien-verwig vernis is beſtreeken, „ uithangende aan veele ziide róóde draaden, die in de brief en deszelfs omſlag kruìslings ziin doorgeſtecken ". Sic recte ille.

Vindiciae Chartae Rijnsburgenſis, datae a Theoderico VII. et Vxore Aleide a. 1199.

Qui hoc Diploma et eius ſigillum TAB. VII. in aes inciſa obiter modo contemplatur, mirari ſane debebit Viri D. ad STOK. D. II. bl. 560. imprudentiam, ne quid durius dicam, qui, etſi hanc Chartam ex Autographo productam esſe noverat ex ALKEMADII Scriptis (1), ex MIERIS not. ad Chartular. Holl. D. I. bl. 134. et ex FOPPENS *Supplem. Opp. Dipl.* T. III. p. 362. quippe qui diſerte ſic ſcribit: *Autographum Diplomatis huius, quod omnium eorum quae a Comitibus Hollandiae nunc exſtant, antiquisſimum esſe creditur, ad nos pervenit a Nobili Viro*

(1) Vid. MIER. *Charterb.* l. I. et VAN DER SCHELLING *Tiendrecht*, D. II. ad h. Chart.

A. 1199. *ro D. Cornelio ab Alckemaede Roterodamienſi. Habet annexum ſigillum cerae rubeae impreſſum, appendentibus funiculis rubeis, repraeſentans Comitem equitem, dextera gladium, ſiniſtra ſcutum triangulare geſtantem. Circumſcriptio haec eſt.* THEODORICVS DEI GRATIA HOLLANDENSIVM COMES: quae verba docent, Alkemadium tunc temporis hoc Diplomate eſſe uſum (2); tamen ſuſpectam hanc habere Chartam, eoque ipſo noſtrum ALKEMADIVM (cuius in re Diplomatica merita adhuc proh dolor! latent) fraudis inſimulare haud veritus eſt; idque argumentis ita ex tripode dictis, ut etiam ingenuum noſtrum Virum WAGENARIVM, quod factum nollem! haud ita pridem a via abduxerit; quum interim, quae produxit, argumenta Rei Diplomaticae callentibus nullius ſint momenti. Sunt enim numero duntaxat duo, eaque petita vel ex vitioſa ſcriptura, vel ex quodam anachroniſmo. Audiamus eius verba, D. II. bl. 560. „ Of „ zoumen ook niet wel eens een valsch Zegel gemaakt hebben? Ik meen 'er „ noch een gevonden te hebben. In 't Chart. I. p. 134, wordenwe bericht, dat Alkemade bezitter geweeſt is van den Brief van Diederik VII, „ des jaars 1199, noch wel bezegeld, met dit omſchrift: THEODORICVS, „ DEI GRATIA HOLLANDENSIVM COMES. Dit Zegel is valsch, zeide „ ik: waar het echt, daar zou THEODERICVS ſtaan. Zie onze Aantek. B. I. „ vs. 599. En hoe lieflijk zou *Diedorik* thans in de ooren klinken? Doch Mie„ ris heeft dat Zegel zelf mogelijk niet gezien. Maar al hadt hy 't gezien, ik „ zou nu dat bewijs evenwel herroepen, ſedert my gebleeken is, dat hy ook, „ in zyne Munten p. 170, zegt, dat op 't Zegel van Diederik, Biſſchop van „ Utrecht, geleezen wordt *Theodoricus*, ſchoonmen, in de afbeeldinge, dui„ delijk leeſt *Theodericus*. Zie aldaar de Plaat III. n. 6. als ook n. 5." En! primum Viri Docti argumentum, cuius ipſe imbecillitatem perſpexiſſe videtur, quando ſtatim ſubiungit: „ *Nochtans moet het Zegel valsch zijn, als de Brief* „ *zelf verdicht is* ". Videtis, Huydecoperum hanc Chartam propterea falſi non accuſare, ſed tantum ſuſpectam reddere conari, ex eo, quod in Sigillo editum fuerit *TheodOricus*, non vero, ut ſcribi debuiſſet, *TheodEricus*. Verum hoc dubium, ſi quid ineſt dubii, ſtatim perit poſt productam Autographam Chartam, cuius in Sigillo diſtincte legitur, TEODRICVS (non, ut alibi, ex oſcitatione, male, THEODORICVS); in Charta vero *Theodericus*. Et vel ſic tamen nihil hoc Viri D. argumentum contra hoc Diploma faceret. Vidi ego et poſtea alia exhibebo Diplomata Autographa, ubi promiſcue vel *TheodEr.* vel *TheodOr.* legitur. Videamus igitur alterum eius argumen-

(2) Qui tamen id poſtea ad Abbatiae Rijnsburgenſis Archiva, in quibus nunc extat, pro more ſuo redire iuſſit.

Digitized by Google

mentum. „ Nochtans moet het Zegel valsch zijn, als de Brief zelf verdicht is. A. 1199.
„ Het jaar 1199 ſtaat 'er vol uit geſchreeven, en daarop volgt, *regnante Hein-*
„ *rico Rom. Imp. et Rege Siciliae.* Welke Henrik reeds in 1197 overleeden was:
„ zie B. II. *vſ.* 1202. 't Is waardig deezen Brief van 1199 te vergelyken by
„ dien van 21 Aug. 1202; waarvan zie onze Aentek. B. II. p. 575. Alkema-
„ de heeft meer het ongeluk gehad, dat Oude Brieven, door hem medegedeeld,
„ de toets niet konden uitſtaan. Zie noch eene Aamtekening van Mieris, Chart.
„ II. p. 183. Van zyne Liefhebberye kanmen naarzien Vander Schellings Alou-
„ de Vryheid p. 620. "

Haec quidem ſpecie ſua admodum blandiuntur. Vt ingenue agam (3); concedo, HENRICVM Imperatorem obiisſe in Sicilia d. 27. Sept. a 1197. Concedo, hanc Chartam exhiberi tamquam datam anno 1199. Concedo, THEODERICVM Comitem Regis mortem haud ignorasſe. At quid inde? proptereane ſpuria Charta, et a monachis conficta? Hospes esſe debet in re Diplomatica, qui talia ſcribere ſuſtineat. Verum ne quid penitus dubii ex hac Anachronismi incuſatione cuiusquam relinquatur animo; videamus rei caput. Et primo probabo, dari ſaepisſime eiusmodi Anachronismos in Chartis vel maxime genuinis, aut oſcitatione aut errore ſcribarum, qui tamen Chartam non vitient, neque ullam fraudis ſuſpicionem hinc inferant. Deinceps oſtendam, tanto minus eiusmodi Anachronismos curari, ſi conſtat, Datores habuisſe causſam, cur hos committerent vel Chartis ingeri disſimularent. Tertio αὐθεντίαν huius Diplomatis Argumentis omni dubio maioribus ſtabiliam.

Ad 1. quod ſpectat, audiamus testimonia eorum, qui *Rei Diplomaticae* ſe dederunt, perque omnem aetatem huic ſtudio inſudarunt. Vir D. Dom DE VAINES ex *congregatione S. Mauri*, qui reliquis ſcriptoribus uſus eſt, omnium ſit inſtar. Integrum locum quamquam longiusculum deſcribam ex *Dictionaire Diplomatique*, in Voc. DATES p. 373. „ L'erreur dans les dates des diplomes ou chartes ne
„ doit pas les faire regarder pour cela comme ſuppoſés ou ſuſpects. En effet,
„ combien de mécomptes de cette eſpece ne trouve-t-on pas, & dans des in-
„ ſcriptions, *Monum. de la Monarchie Franç.* t. 2. p. 284. *Valbonais*, *Hist.*
„ *de Dauphiné*, t. 1. p. 306.; et dans des manuſcrits, *Thes. Anecd. Noviſſ.*
„ t. 1. *Disſert. Iſagog.* p. 19. *Dubos*, *Hiſt. Critiq.* t. 1. p. 486, 512. & dans
„ des loix, *Tillem.* t. 6. p. 57. & dans des Conciles, *Hist. de Langued.* t. 2.
„ p. 525. et dans des Auteurs ſans nombre? On doit les rejeter ſur les Ecri-
„ vains

(3) Posſem alioqui dare Scriptores, qui Regem a. 1199. obiisſe referunt. Sic CHRONIC. *Monast. Mellicens.* in PEZII *Rer. Auſtr.* T. I. p. 235. M C, X C I X. *Heinricus Imperator in Apulia moritur, III. Kal. Sept.* Alii etiam a. 1198.

A. 1199. „ vains où Secrétaires, plutôt que d'en inférer la falſification. A plus forte „ raiſon, des *anachronismes* dans les diplomes viennent-ils de l'inattention où „ de l'inexactitude du Secrétaire. — — Que l'on convienne de ces erreurs, „ & qu'on les ſuppoſe réelles, elles ne ſont pas ordinairement une raiſon légitime „ de rejeter les actes ou elles ſe trouvent. La ſaine critique doit être extrême„ ment réſervée dans ſes jugements par rapport aux *dates*. — — Au reste, „ les dates pourroient être réellement fausſes, et la pièce où elles ſe trouvent, „ très authentique: il en est mille exemples qu'il ſeroit facile de conduire jusqu'à „ notre ſiecle meme." Et p. 377. „ Les diplomes eux-mêmes peuvent avoir „ été fait *ſous un Roi*, et *datés ſous ſon ſucceſſeur*, parceque la mort du pre„ mier aura mis obſtacle à l'entiere confection de l'acte." p. 361. „ Il y en „ a d'autres, & en grand nombre, qui, ſoit par erreur des copiſtes, ſoit à cau„ ſe des différents temps où nos Rois étoient reconnus ſucceſſivement par leurs „ Provinces & leurs ſujets — — ſoit par l'ignorance où nous ſommes de ce qui a „ pu ſervir d'époque, datent de certains points, qui ne ſont propres qu'a jeter „ actuellement dans l'embarras ceux qui voudroient accorder tous ces calculs." Iis adiunge, quae habentur in V. FAUSSAIRE p. 532. ſqq. Nec ſolus hic, ſed audiantur Benedictini in *L'Art de Verifier les Dates*, qui, post multa cavenda et obſervanda, tandem in *Disſert.* fol. IX. ſic: „ Quelle témérité, d'en „ juger précipitamment, comme ſi elles ne renfermoient aucune difficulté! Ces „ Dates ne s'accordent pas avec notre calcul; donc elles ſont fausſes, & les „ Chartes, ou les Chroniques, qui les renferment, de nulle autorité! Ainſi „ raiſonnent ordinairement les demi-ſavans, qui oſent prononcer ſur des „ choſes, qu'ils n'entendent point.". Plura addere posſem, ſi in auxilium vo„ cem *le Nouveau Traité de Diplomatique*, quod opus vid. T. IV. p. 661. ſqq. Sed abstineo. Sufficiunt haec ad probandum, nullam dari cauſſam, cur hanc Chartam, tam bene aliunde munitam, et muniendam, ob ſolum Anachronismi errorem, ſi revera talis esſet, falſi inſimulares, quia HENRICVS Imp. a. 1199. iam obiit.

Verum 2°. dari fortasſe potest ratio, ex ſcribarum errore non repetenda, ſed ex ipſo Comite derivanda. Novit optime THEODERICVS Comes, hoc tempore iam obiisſe *Henricum* Imp. Ipſe adfuerat Comitiis, in quibus de eius ſucceſſore creando fuerat actum; ipſe interfuerat eius Coronationis ſollemnibus. Vid. EXCVRS. IX. p. 427. At nota ſunt istius temporis de Rege creando disſidia et odia; notae ſunt turbae. Notum est, in creando *Ottone* et *Philippo* Proceres Imperii, in iisque nostrum Comitem, fuisſe diviſos. Nota ſunt verba CHRONICI mei a. 1197. p. 150. „ Obiit *Henricus* Imperator, et facto Con„ ventu Principum de Regni promisſione Duci Sueviae *Philippo* unanimiter asſen„ ſerunt,

„ ſerunt, ita ut filius Henrici Imperatoris *Fredericus*, puer quinquennis, patri A. 1199.
„ ſuccederet, et ipſe omnia Imperialia ageret et disponeret; et ut haec firmius ha-
„ berentur, factus est ſecundus Conventus, ubi, quia non advocatus *Adolfus* Co-
„ lonienſis Epiſcopus defuit, ſeminarium hoc discordiae Romano imperio im-
„ miscuit, ſiquidem ad partes ſuas inflexit Comitem Flandriae *Balduinum*, *Theo-*
„ *dericum* Hollandiae, et Principes, quos poterat, et contra fidem eius Comitem
„ *Pictavis Ottonem* Aquisgrani inthronizat, cum prius partibus Ducis Sueviae fa-
„ visſet. Duci vero Sueviae multi principes et nobiles Romani Imperii adhaeſe-
„ runt. Rex vero Anglorum *Richardus* partes *Ottonis*, cuius avunculus erat,
„ in omnibus fovebat ". Erat nempe a. 1198. PHILIPPVS *Suevus* Henrici fra-
ter defenſor Imperii creatus, donec Henrici filius FREDERICVS adolevisſet. Egerant hoc multi Principes. Contra nitebatur Papa, vetabatque Principes PHILIPPO adhaerere. Hinc Archiepiſcopus Colonienſis cum multis Nobilibus BERTHOLDVM de Zaringen Imp. eligit. Hoc vero ſponte deſiſtente Principes partium Philippi Imperium huic detulerunt. Pontificis tamen impulſu creatur Rex OTTO, ſed a paucis duntaxat, in quibus et Noster *Comes* THEODERICVS et *Epiſcopus Traiectenſis*. Cfer. not. ad CHRON. p. 151. (66). Pro OTTONE faciebat, quod a Colonienſi esſet electus, et Papam faventem haberet. PHILIPPO vero maior adhaerebat Imperii pars; et is ante Ottonem fuerat electus. Favebat etiam ei Rex Francorum, ut docent Tabulae confederationis D. III. Calend. Iul. a. 1198. apud MARTEN. *Coll. Ampliss.* T. I. p. 1018. Gravis hinc orta discordia, bellumque intestinum. Frequenter inter illos pugnae commisſae; OTTO ſemper fugatus. Indictus deinde a. 1199. Bopardiae Conventus, cui ab utraque parte interesſent Principes, in his a parte Ottonis TRAIECTENSIS EPISCOPVS, *Dux Brabantiae*, *Comes Flandriae* (4); nec dubium, quin interfuerit COMES noster. At re infecta Conventus diremtus (5). Hoc disſiduum tanta exarſit vehementia, ut de eo, tamquam de re adhuc dubia, mentio etiam habeatur in ſubſcriptione Chartae PHILIPPI Marchionis Namucenſis a. 1198. apud MIER. *Opp. Dipl.* T. II. p. 1204. *Actum anno verbi Incarnati* M. C. XCVIII. — — OTTONE *Nobilisſimo Viro Milite ſtrenuisſimo Duce Aquitaniae*, *Henrici quondam Saxonum Ducis filio*, *et* PHILIPPO *Duce Sueviae Freder. quondam Roman. Imperatoris filio*, *pro* REGNO *Teutonum et* IMPERIO *Romanorum* LITIGANTIBVS. Huc ſpectant etiam Literae, quas ad *Epiſc. Traiectenſem* et *Comitem Hollandiae* exaravit Papa *Innocentius* III. quae in *Cod. Probb.* p. 238. et 239.

(4) Vid. Epist. OTTONIS XX. ad Innocentium Pap. T. I. p. 694. Ed. BALVZ.
(5) Haec omnia pluribus STRVV. *Histor. German.* in *Philippo Suevo* §. 1 - 6. p. 501 - 508.

A. 1199. 239. not. (2) ſequuntur, quibus eorum animos in OTTONE defendendo vacillantes confirmare nititur. Quid igitur ageret Comes noſter? An rebus ita ſeſe habentibus, THEODERICVS huius illiusve fautorem ſe in Actis publicis profiteretur? Abſit ut credas! Igitur ſi probare poſſum, non penitus praeter morem fuiſſe, ut, durante Interregno, vel in diſſidiis propter Regnum, prior Epocha retineretur: tunc ratio apparebit, cur Comes Regis HENRICI tamquam adhuc regnantis meminerit. Audiamus hic DES VAINES *Dict. Diplom.* T. I. p. 351. „ *Pendant un interregne, on datoit de la mort du Prince précédent*, LONGVE„ RVE, *Annal. Francor. inter Gallic. Scriptor.* BOVQVET, t. 3. p. 703. *&* „ *cela étoit dans toutes les regles. Mais dater de la mort d'un Roi pendant le* „ *regne d'un autre, c'est ce qui est ſurprenant, & qui n'est cependant pas ſans* „ *exemple*, VAISSETTE *Hist. de Lang.* t. 1. p. 534." Quid his verbis expreſſius? Sic fecit igitur Noſter; idque non ſolum hac in Charta, ſed etiam in antecedente, qua fundat Capellam ad S. Mariam in Traiecto: *Acta ſunt haec apud Lis, anno Dominicae Incarnationis* M° C° LXXXX° VIIJ° *indictione prima*, HENRICO IMPERATORE REGNANTE. Sic diſerte habet haec Charta p. 224. Atqui *M. Sept.* 1197. iam obierat Henricus. Ne quis autem et hanc ſuſpectam haberet, produxi eam etiam ex Originali cum Sigillis in aes inciſis et literarum ſpecimine. Non opus igitur eſt, ut coniiciamus, has Chartas datas quidem eſſe ante obitum *Henrici*, post eius tamen mortem conſcriptas ac Sigillo confirmatas; ita ut reliquae notae, ut antea fuerant, manſiſſent, adiecta tantum annorum nota. Quo ſpectat DES VAINES ſupra p. 377. Hoc modo res alioqui facile expediri, ac nihil inde contra Chartae authentiam inferri poſſet. Saepe enim fit, ut Chartae ſint conceſſae ac deſcriptae alio tempore quam confirmarentur, nitide exararentur, et Sigillo munirentur. Vnde diverſitas repeti debet quae obſervatur in Chartarum *Actis* et *Datis*. Sic apud A. MATTH. *de Iure glad.* C. XXII. p. 362. in Charta *Guidonis* Epiſc. Trai. dicitur: ACTA *ſunt haec apud Aernhem anno Domini* M. CCC. XI. *in die* BEATI PETRI *ad Cathedram*, *praeſentibus Venerabili viro* — — *et aliis quam pluribus fide dignis*. DATVM *anno Domini praedicto in die* BEATAE GERTRVDIS. Sic Teſtamentum Henrici III. Brab. Ducis habet in fine: ACTVM ET DATVM *apud Lovanium menſe Febr. Sabbatho* — 1260. in MIR. *Opp. Dipl.* T. I. p. 207. Cf. p. 206, 482. et T. II. p. 1236. PONTAN. *Hist. Gelr.* L. VI. p. 144. Nec non *Wilhelmi* Regis, Com. Holl. II. ACTA ET DATA *Brunsvic. a. dom.* 1253. *XV. Kal. Mart. Indict.* XI. in LVDEWIG. *Rel. MSS.* T. II. p. 249. Cf. LVNIG. *Cod. Germ. Dipl.* T. II. p. 1602. Adde infra duas ineditas *Wilhelmi* II. Com. Holl. Chartas, d. 18. Nov. 1243. et M. Mart. 1246. et plures alias. Pro his vero Charta Autographa fundationis Abbatiae Leeuwen-

Digitized by Google

wenhorſt. d. 14. Oct. a. 1261. habet *Datum et ordinatum anno Domini* —. Do- A. 1199.
cet ſane eiusmodi coniunctio, dari diſcrimen inter *tempus*, vel *locum*, vel alias periſtaſes, quae illud *actum* et *datum* alioqui diſtinguerent; quas enumerant DD. Scriptores Benedict. *du Nouveau Traité de Diplomat.* T. IV. p. 655. Eodemque modo facile fieri poteſt, ut, quae Chartae Rege vivente datae ſunt, illae poſtea demum eo mortuo ſecundum normam praeſcriptam accurate deſcribantur, et ſigillis muniantur. Exſtat huius generis exemplum in Charta *Roberti* Regis, cui *Henricus* Rex Francorum ſubſcripſit, quamquam Charta aliquot ante annis vivente patre *Roberto* confecta eſt, teſte hac nota Chronologica: *Anno ab Incarn. Domini* MXXX. *indictione* [XIII] *regnante Rege Francorum Rotberto, anno regni ſui* XLII. *et filii eius concorditer cum ipſo regnantis anno iam quarto Henrici* .... *Ego Henricus gratia Dei Francorum Rex hanc Chartam a* BEATAE MEMORIAE *patre meo Rotberto confirmatam regia authoritate ſimiliter confirmo.* Habetur apud MABILLON. ſec. III. *Bened.* part. 2. p. 625. (6).

Refutatis igitur iis, quae contra Chartam ex eius Anachroniſmo producta ſunt, argumentis: nunc eius αὐθεντίαν aliunde probabo. Praeterquam enim quod de eius probitate rerum Diplomaticarum peritis ſatis conſtabit ex Tabula, quam ex Autographo in aes incidendam curavi, et in quam nulla fraudis ſuſpicio cadere poteſt: habentur plures huius Theodericiani Diplomatis Confirmationes ac ſic dictae *Vidimationes*, in his ab ipſis etiam *Comitibus* profectae. Nempe exſtant in Archivis Rijnsburg. 1°. Charta *Arnoldi Bertholemei* Decani Eccleſiae S. Pancratii Leidenſis, a. 1336. in qua per *Vidimus* inſeruntur *a*) Bulla *Innocentii* II. d. II. *Kal. Martii* a. 1139. *b*) haec *Theoderici* Charta a. 1199. et *c*) Diploma *Wilhelmi* Com. Holland. a. 1336. *Donredaghes na onſer vrouwen dach natiuitas.*

2°. Charta Praepoſiti Abbatiae de *Koningsveld* et Domini *Henrici* Caſtellani Leidenſis Equitis, qui *pridie S. Petri ad Vincula* a. 1307. declarant, ſe rogatu Abbatiſſae hanc THEOD. VII. Chartam vidiſſe, legiſſe, et ad verbum recenſuiſſe.

3°. *Folperti* Decani S. Pancratii Leid. Fer. 3ª. poſt Epiphan. a. 1368.

4°. Sculteti et Scabinorum Vrbis Leidenſis, *gegeven op H. Sacramentsavond* a. 1595.

5°. Alia adhuc Charta data d. 5. Apr. a. 1440.

Deſcripſi praeterea ex Autographo Chartam ALEIDIS ***Tutricis*** **a. 12[illegible]. d. 17. Mart. ſigillis quinque munitam, ex qua patet, Abbatiam Rijnsburgenſem haec bona**

(6) Citat hanc MABILLON. *de Re Dipl.* L. II. C. XX. p. 157. additque, „ interiectis aliis „ ſubſcriptionibus poſteriorem, tametſi ordine primam, acceſſiſſe hanc *Henrici* Regis ſubſcriptio- „ nem poſt *mortem Rotberti* patris ſui, ut indicant haec verba *beatae memoriae*, quo tamen vivente „ Charta confecta eſt “. Niſi forte quis ſuſpicetur, pertinere etiam hanc *beatae memoriae* formulam ad vivos et ſuperſtites: qua de re dixi ſupra p. 131.

Digitized by Google

A. 1199. bona in *Nortgo* iam antea poſſediſſe; quam videſis ſuo loco. His omnibus adde Chartam FLORENTII V. Com. Holl. d. 4. Mart. a. 1277. in qua is partem huius Chartae a. 1199. recenſet, in hanc, quae ſequitur, ſententiam:

Nos, FLORENTIVS, Comes Hollandie, notum facimus vniuerſis, quod nos vidimus literas Domini *Theodricj Comitis quondam Hollandie* predeceſſoris noſtrj in hec verba:

„ Ego *Theodricus* Comes, *Ade* Comitiſſe filius, cum *Aleyde* uxore mea, „ Comitiſſa, pro animarum noſtrarum remedio vtilitatj Eccleſie de *Rinsburg* prouidere volens, in concambium et Recompenſationem terre et „ juriſdictionis de *Alsmar* terram in *Wallacria*, que noſtra propria erat, „ ſcilicet *ducentas et quinquaginta menſuras* predicte Eccleſie jrreuocabiliter „ contulj, quam ab omnj comitis jmpetitione ac.......... jnfeſtatione „ denuncio, et Sigillj noſtri jmpreſſione confirmo, jn perpetuum eximj. „ Acta ſunt hec anno jncarnationis Dominice milleſimo C°. nonageſimo „ nono, Regnante HENRICO Roman. Imperatore et Rege Sicilie, pre„ ſulante Theodrico Traiectens̄ Epiſcopo ".

Vnde cum Abbatiſſa et Conuentus dicti monaſterij de *Rinsburg* dilectis noſtris jn Christo Abbatj et Conuentui Eccleſie Beate Marie in Middelborgh *ducentas et triginta quatuor* menſuras terre jacentis in dicta terra *Wallacrie* de dictis ducentis et quinquaginta menſuris vendiderint, nos dictam terram venditam dictis Abbatj et Conventui eiusdem concedimus et conferimus, ſub dicta libertate et jure, pro nobis et noſtris ſucceſſoribus in perpetuum poſſidendam. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum Sigillo noſtro fecimus communirj.

Datum apud *Hagham*, feria quinta ante Dominicam, qua cantatur letare Jeruſalem, Anno Dominj Milleſimo CC°. ſeptuageſimo ſeptimo.

Habetur inedita haec FLORENTII V. Comitis Charta in *Antiquo Chartulario Abbatiae Medioburgenſis*, fol. XLIX. vs°., quod exſtat in Archivis *Camerae Rationum* Zeelandiae, Loculo 116-117. Igiturne cuiquam credibile ſit, tot exhiberi potuiſſe huius Diplomatis Confirmationes, quales praeter Autographam Chartam exſtant, in iisque ipſorum Comitum, qui omnes hoc Diploma manu tractarunt, et confirmarunt, ſi fictum fuiſſet. Quod ſi fuiſſet, debuit eſſe confictum iam ante a. 1277. quo Florentius V. ſe illud vidiſſe teſtatur, et approbat. An credibile, conſarcinatores iſtius Chartae adeo lepidos fuiſſe homines, ut tam craſſos committerent errores, qui ſtatim in oculos incurrerent, et chartae fidem labefactarent. An credibile, Florentium V. aliosque, vel qui illis ab Actis et Secretis erant, tam crudos imperitosque fuiſſe, ut vera a falſis in Actis diſtinguere non poſſent, ſi ficta haec revera fuiſſent. Et quamvis haec omnia largirer, nec ipſa praeſto eſſet Charta, examini

examini ſubmittenda; nihil tamen hodie ad rem foret, disquirere fueritne Charta ſpuria nec ne. Finge confictam! Simulatque enim nova donatione, repetitione, confirmatione, per inſecutos Comites eſt ſtabilita; eius auctoritas, ſi hiſtoriee non poſset, in iure tamen valeret. In iure enim multa ſaepe valent, quae hiſtorice non valent, et contra hiſtorice multa vera ſunt, quae in iure probari non ſufficienter aequo poſsint iudici. Sed eiusmodi auxiliis non indigeo. A. 1199.

Doleo autem, virum probum atque ingenuum WAGENARIVM ita ſeſe ab illustri STOKII Editore pasſum esſe abripi, ut V. D. ALKEMADIVM praeter meritum fraudis ſuſpicaretur (7), nec non aliud Comitis WILHELMI III. Diploma a. 1317. d. 14. April. datum, ſuſpectum haberet (8), quod tamen quum itidem *ex Autographo* in Archivis Rijnsburg. producere mihi liceat, ad dictum annum cum Sigillo ſuo in aes inciſo exhibeo. Vides, lector ingenue! quo pretio aeſtimari debeant verba, quibus Vir ille doctus *Alkemadium* perſtrinxit, quando ait: *Alkemade heeft meer het ongeluk gehad, dat Oude Brieven, door hem medegedeeld, de toets niet konden uitſtaan.* Quaenam ſunt vetustae illae Chartae? Nullum usquam produxit exemplum, neque provocavit unquam, niſi ad illa, quae memoravi, hoc anni 1199. illud anni 1317. quae ambo nunc in veri fidem ex Autographis producta quisque legat. Vtinam! autem Alkemadii ſcripta aliquando in dias luminis auras protracta Belgae aſpiciant; ſimul incolumem eius fidem et indefesſam industriam protractam viderent.

(7) In *de Werken der Maatſchappy van Leyden* D. III. bl. 235.
(8) Secutus MIERISIVM *Charterb.* D. II. bl. 183.

N. XLVI.

Digitized by Google

N. XLVI.

Paullo post A. 1199.

INNOCENTIVS III. Papa dat literas ad THEODERICVM *Comit. Hollandiae*, ut in fide OTTONI Regi praeſtita perſeveret (1).

Paullo poſt a. 1199.

Ad Cod. Diplom. p. 233. f.

(Ex Regiſtro Innocentii III. de Negotio Imperii, Epist. 40. in ST. BALVZ. *Epiſt. Innoc.* III. T. I. p. 706.)

Gaudere debes in Domino et nobis et Eccleſiae Romanae in actionibus aſſurgere gratiarum, quod tuam et aliorum Principum, cariſſimo in Chriſto filio noſtro, illuſtri Regi OTTONI in Romanorum Imperatorem electo faventium, diſcretionem et induſtriam commendantes, reprobare quod reprobatis, et quod approbaſtis curavimus approbare. Ecce etenim cum duobus favere ad obtinendum Imperium non poſſimus, et cum non tam perſonae in Imperio quam Imperio in perſona deceat provideri, ſitque

(1) *Perſeveret*] Scripta quidem habetur haec Epiſtola ad *nobilem virum Ducem Brabantiae*, ſed ſtatim ſequitur eſſe eam *in eumdem modum exaratam Comiti Flandriae*, *Duci de Limburg*, COMITI HOLLANDIAE, *Comiti de Sen et fratri eius*, *Comiti de Are*, et permultis aliis, quos videſis. Quapropter has Literas integras exhibeo, ſicut etiam ad Comitem Hollandiae ſcriptae dicuntur. Huc quoque ſpectare videntur literae commonitoriae eiusdem Papae, quae habentur ibid. n°. 59. p. 714. quarum exemplar ſcriptum etiam eſſe ad *Epiſcopum Traiectenſem*, et *Comitem Hollandiae*, illic indicatur.

Digitized by Google

ſitque reputandus ad hoc dignior, qui magis idoneus reperitur, Paullo post A. 1199.
perſona nobilis viri PHILIPPI Ducis Sueviae propter impedimenta patentia reprobata, cariſſimum in Christo filium nostrum OTTONEM in Regem recipimus, et regalem ei praecipimus ab omnibus obedientiam exhiberi. Monemus igitur fraternitatem tuam et exhortamur in Domino et per apostolica tibi ſcripta praecipiendo mandamus quatenus ſicut hactenus, immo fortius quam hactenus in eius de cetero dilectione ac devotione perſiſtas, et ad honorem et profectum ipſius per te ac tuos efficaciter et potenter intendas, et quoscunque potes ad favorem eius et fidelitatem inducas. Cum enim gratum nobis fuerit et acceptum, ſi quid auxilii ac favoris ei hactenus est impenſum, de cetero grave nobis exiſteret et molestum, ſi quis ſe ipſi diceret opponendum, cum imperii Romani nolimus ulterius ſustinere iacturam, cuius ei diſpoſuimus conferre coronam. Datum — — (2)

(2) Eadem de re data dicitur Epiſtola ad Colonienſem Archiepiſcopum, ibidemque additur, *in eumdem fere modum ſuffraganeis Colonienſis Eccleſiae* ſcriptas etiam eſſe literas; unde nullum est dubium, quin eiusdem argumenti literae datae ſint ad Epiſcopum Traiectenſem, qui unus *ex ſuffraganeis Eccles. Colonienſis.*

N. XLVII.

N. XLVII.

A. 1199. d. 4. Dec.

BALDVINVS Com. Flandriae, et Coniux MARIA Canonicis Curtracenſibus confirmant *decimam in Hulst*, quam dederant eius Pater BALDVINVS, et avunculus PHILIPPVS, quam a. 1272. d. 25. April ratam habet MARGARETA Comitisſa Flandriae.

A. 1199. d. 4. Decembr.

Ad Excurs. p. 148, 204, 224.

(*Ex Apographo Authentico, quod exſtat in Curia Flandrenſi, quae in Zeelandia est.*)

Ego B. *Flandrie* et *Hain. Comes*, et *M.* (1) *Comitisſa*, uxor mea, omnibus notum fieri volumus tam futuris quam preſentibus. Quod *totam Decimam de Hulst*, ſicut bonae memoriae BALD. pater meus, et Comes *Ph.* avunculus meus, et antecesſores mei eam tenuerunt, cum omni integritate in perpetuam dedi elemoſinam Canonicis, quos inſtitui in Curia mea *Curtraci*, excepta illa parte *decime*, que collata est Monaſterio de *Dunis*. Sciendum autem, quod antequam Canonicos inſtitueram Curtraci, et decimam illam eis concesſeram, quandam partem decime illius dederam *Simoni Drinkewater*, *ſervienti* meo et uxori ſue ad vitam ſuam. Ita videlicet: quod quam cito alter eorum decederet,

(1) *B. et M.*] i. e. *Balduinus* et *Maria*.

ret, decima illa rediret ad manum meam cum omni integritate, ſicut eam ipſis contuleram. Porro Canonicis inſtitutis apud *Curtracum*, et decima de *Hulst* eis a me conceſſa, illam partem decime, quam conceſſi prefato *Simoni* et uxori ſue prorſus eodem modo, ſicut ipſis eam conceſſeram, post deceſſum utriuslibet eorum dedi in perpetuum ad luminaria, et ad reparationem Eccleſie Canonicorum. Inſuper conceſſi ipſis Canonicis ad uſus ſuos totam decimam totius terre, que in poſterum post donationem huius decime acquiri poterit, quicumque eam *colat vel dicet* (2), etſi Ciſtercienſis ordinis fratres eam colant vel dicent. Sciendum autem, quod de decima terre que in poſterum acquiritur SVPER MARE, nullus quicquam iuris habebit, niſi Canonici de *Curtraco*. Precipio etiam, ne quis in poſterum fodiet terram *infra dicum ad ſal faciendum* (3) et quicumque foderit: erit erga me in forefacto corporis ſui et omnium que poſſidet erga me et heredes meos. Sciendum etiam, quod hec tota donatio facta est per aſſenſum Kariſſime uxoris meae MARIAE Comitisſae. A. 1199. d. 4. Dec.

Vt autem hec omnia ſtabilia et rata permaneant in perpetuum, tam ego quam MARIA Comitisſa, uxor mea, preſentem fecimus paginam ſigillorum noſtrorum appenſionibus muniri.

(2) *Dicet*] Vox Vernacula a *Dicare* (Belg. *Dijken*) id est, aggere contra mare circumdare.

(3) *Faciendum*] Nota ſeculi iam XII. morem *ſalis faciendi* in his tractibus.

Digitized by Google

A. 1199. niri. Actum apud *Curtracum* Sabbato poſt feſtum Sancti Andree. Anno Domini M°. C°. XC°. IX°.
d. 4. Dec.

Infra dependebant duo Sigilla praeſcripti Sereniſſimi Dñi *Balduini* Flandriae et Hannoniae Comitis eiusque S. D^ae. uxoris *Mariae* Comitiſſae, in cera rubra membranae dictam donationem continenti duabus caudis inſerta et annexa.

Et in dorſo ſcriptum erat,

1199.

„ Lrãe Confirmationis Bald. et Mariae, Fundatorum. L. A. 3tio.
„ De Decimis de Hulst".

A. 1272. Confirmatio praecedentis Donationis cum huius *Vidimus*,
d. 25. Apr. facta a MARGARETA Comitiſſ. Flandriae, eiusque
filio GVIDONE.

A. 1272. d. 25. April.

(Ex eodem Apographo Authentico. ibid.)

NOS MARGARETA Flandrie et Haynon Comitiſſa, notum facimus univerſis, quod nos littras clare memorie excellentiſſimi Domini et Patris mei Kariſſimi BALDVINI quondam Flandrie et Haynoie Comitis, et illuſtriſſime Dñe et matris noſtre dilectiſſime M. olim Flandrie et Haynoie Comitiſſe uxoris ſue, ſigillis ipſorum ſigillatas vidimus in haec verba:

Ego B. Flandrie et Hayñ. Comes, et M. Comitiſſa, uxor mea, omnibus notum fieri volumus. — —

Nos

[Sequitur hic, quod anteceſſit, Diploma a. 1199.] A. 1272. d. 25. Apr.

Nos igitur, MARGARETA *Flandrie et Haynoie* Comitiſſa ſuperius nominata premiſſa omnia prout Eccleſie noſtre Sancte *Marie* Curtracen per clare memorie Dominum et patrem noſtrum cariſſimum B. quondam *Flandrie* et *Haynoie* Comitem et per Dnam ac matrem noſtram dilectiſſimam MARIAM olim *Flandrie* et *Haynoie* Comitiſſam uxorem eius ſunt conceſſa et ſecundum quod in preſcriptis litteris ſunt contenta, eorum piis veſtigiis inherentes rata habemus et grata, et ea prefate Eccleſie noſtre Curtracen pro nobis et noſtris ſucceſſoribus perpetuo confirmamus. In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus litteris duximus apponendum.

Et ego GVIDO *Comes Flandrie et Marchio Namurcen* filius et heres dicte Domine MARGARETAE Comitiſſe, praemiſſis omnibus prout in ſupra ſcriptis Litteris ſunt contenta pro me et meis ſucceſſoribus meum conſenſum adhibeo pariter et aſſenſum. In cuius rei teſtimonium preſentibus litteris Sigillum meum appoſui una cum Sigillo cariſſime Domine et matris mee MARGAR. *Flandrie* et *Haynoie* Comitiſſe ſuperius nominate. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, menſe Aprili, in die beati Marchi Euangeliſte.

* * *

„ Et infra dependebant duo Sigilla dictae excellentiſſimae Dominae *Margaritae* Flandriae et Hannoniae Comitiſſae, et Excellentiſſimi Domini *Guidonis* Comitis Flandriae et Marchionis Namurcenſis in cera flavi coloris impreſſa".

N. XLVIII.

Circa A. 1200. vel paullo ante.

Discordiam ortam inter Traiectinos et Magiſtratus Colonienſes ſuper bonis, quae WILHELMVS frater THEODERICI VII. Com. Holl. Colonienſibus abſtulit, Iudices Coloniae ad literas *Theod. Epiſc. Traiect.* (1) compoſitam declarant.

Circa a. 1200. vel paullo ante.

Ad Excurs. VIII. p. 408.

(Ex Originali in Archivis urbis Traiectenſis ad Rhen. Loculo M. 4)

· ⁘ · Iudices · ſcabinj · et uniuerſi ciues *Colon̄.* Iudicibus · ſcabinis et cunctis ciuibus *Traiecten̄* ſalutem · et ſincere dilectionis plenitudinem;

Discordia que' iam diu inter nos et uos uerſata est · pro bonis ciuium nostrorum · que dominus WILHELMVS frater *Comitis Holland̄* eis iniuste abstulit · auditis litteris dominj ac uenerabilis.

(1) *Traiect.*] Vtrum hoc Diploma pertineat ad res *Wilhelmi* geſtas, quas narrat CHRON. HOLL. EGM. p. 162, 163. an ad bellum *Theoderici* a. 1202. de quo ibid. p. 169-171. dicere nequeo. Fuit inter *Traiectenſes* et *Colonienſes* ingens commerciorum neceſſitudo, habebantque cives Colonienſes bona et res ſitas *in Traiecto*, *intra Gheine et Maerſen*, arg. Chartae, quae exſtat in not. BVCHEL. ad W. HEDAM p. 105. ubi fedus mutuum initur de *iure exuviarum*, (ut BVCH. vocat) quod competat Magiſtratui in bona advenarum in urbe morientium, hodie *exuerecht*.

Digitized by Google

lis · TH · Traiecteñ epiſcopi · et dilectionis ueſtre intuitv · pro bono pacis intantum acquieuimus · quod pacem et concordiam inter nos et uos reformauimus · Ea propter ne quis ciuium noſtrorum · hoc ſcripto et hoc facto reconciliacionis aliqua temeritate audeat contraire · ſigillo noſtro confirmauimus immutabile; Circa A. 1200. vel paullo ante.

* * *

Appendet ingens et elegans Sigillum, rotundum et craſſum, quo repraeſentatur *S. Petrus* in ſolio vel in arce ſedens; dextra duas claves, ſiniſtra librum vel ſcrinium tenens; a dextra aſſurgunt literae S C S P E, a ſiniſtra T R V S. i. e. *Sanctus Petrus*.

N. XLIX.

THEODERICVS VII. Comes Holland., et uxor ALEIDIS concedunt oppidanis de *Durdrecht*, ut ne liceat cuiquam pannos inciſos vendere, praeterquam iis, qui ad *Pannorum inciſorum fraternitatem pertinent*. A. 1200. M. Febr.

A. 1200. M. Febr.

Ad Cod. Diplomat. A. 1206. *N°. I. fin:*

(P. H. VAN DE WALL *Handvest. en Privil. van Dordrecht*, in not. p. 195.)

Ego THEODORICVS (1) Dei gratia *Hollandie Comes* et A. *Hollandie Comitiſſa* uxor mea tam preſentibus quam futuris notum

(1) *Theodoric.*] Docet vetuſta haec Charta, quam ex Autographo produxit diligentiſs. Vir. et Senator Dordracenus, P. H. VAN DE WALL, antiquitatem Frater-

A. 1200. M. Febr. notum uolumus fieri quod oppidanos nostros de *Durdrech* in eorum iure tali decreuimus libertate in predicto oppido gaudere videlicet quod nullis infra *Durdrech* liceat pannos ad uenditionem incidere niſi illis qui ab hoc officio denominati ſunt eo quod pannorum inciſores appellati ſunt et niſi in fraternitate..... oppidanorum ad *Durdrech* attinentium. Et ut hec pagina nostre inſtitutionis ſarta et inconuulſa permaneat eam ſigillorum nostrorum appenſionibus et testium ſubſcriptionibus corroboravimus.

Testes ii ſunt hii Boudinus de Haltena
Hugo de Vorne
Gerardus de Hurst.
Gillis de Lecke
Sijgerus Buth
Egidius de Wendelneſſe et ſcabini de Durdrech.

Datum apud *Durdrech* per Witt. Not. anno Dominice incarnationis M. CC. menſe Februarii.

Fraternitatum illarum, quae vulgo *Gilden* vel *corpora* ſive *collegia opificum* vocantur. De *Gildorum* horum origine egregie ſcripſit I. G. HEINECC. *Antiq. German. iurisprud. patr. illustr.* a. 1773. T. II. p. 333. ſqq. qui obſervat, in Goslarienſi civitate primum etiam locum obtinere *tribum Pannicidarum.* Immo teste ſcriptore *Chronici Magdeburg.* in MEIBOM. *Script. rer. Germ.* T. II. p. 329. ad a. 1152. *Wichmannus* Archiepiſcopus Magdeburg. *ipſe primo fecit* VNIONES *inſtitutorum Pannicidarum, et bis in anno monetam innovavit;* QVAE *prius non fiebant.* Vnde fere inducor ut credam, *Pannicidarum* collegium etiam nostris in terris omnium fere primarium et maxime honoratum fuiſſe habitum, propter ingens *pannorum commercium*, quod nostris in terris iam tunc viguit. Cf. V. D. VAN DE WALL l. l.

N. L.

N. L.

THEODERICVS VII. Comes Hollandiae, et uxor ALEIDIS confirmant Abbatiae *Rijnsburg* donationes bonorum in *Scie*, *Rijswijk*, *Harena Comitis*, et *Warmond*, a Comitiſſa SOPHIA conceſſas (1). A. 1200. d. 21. Aug.

A. 1200. d. 21. Aug.

(Ex Originali in Archivis Rijnsburgens. Habet etiam MIERIS *Charterb*, D. I. bl. 137: ſatis accurate ex BOXHORN *Theatr. Holl.* p. 175.)

Ego THEOD̄. dei gratia *holl̄.* *Comes* · et A. uxor mea holl̄. Comitiſſa notum facimus tam modernis quam posteris quod bona que beate memorie SOPHIA quondam *holl̄.* *comitiſſa* eccleſie de *Rinsburg* liberaliter contulit' ſcilicet CXXV. libras · et bona de *Scyhe* · et bona de *Riswikerbroke* · et XL · libras ſupra XL iugera terre · in terra que dicitur *harena comitis* · et bona de *wormonde* (sic) · nos quoque et auunculus noster OTTO. *Comes de benethem* (2) · et ſoror eius *Sophia* abbatiſſa pro anima prememorate SOPHYE comitiſſe · et mariti eius THEODERICI comitis. et

(1) *Conceſſas*] Satis docet adiectio *Lunae* VIII., Chartam eſſe datam hoc anno 1200. Nova enim Luna hoc anno incidebat in diem 14. M. Augusti, a quo die 14. ſi computes, habebis die 21. Aug. *Lunam VIIIam*.

(2) *De benethem*] Hanc Chartam Vir. D. MIERIS D. I. bl. 137. male contulit ad a. 1202. eumque ſecutus est Vir. ill. IVNG. *Hist. Com. Benth.* p. 35. Proſcripſit illam penitus, et pro more ſuo inter fictas collocavit Vir. D. ad STOK. D. II. bl. 560. f. Fecit autem hoc ob mentionem *Ottonis de Benthem*, quem hoc anno vivis iam exceſſiſſe ut probet, propterea omnes.

A. 1200 d. 21. Aug. et pro animabus liberorum ſuorum · et omnium ſucceſſorum tam eorum quam noſtrorum · eidem predicte eccleſie per manus noſtras confirmauimus · ea conditione ut eadem bona in elemoſinas cedant · conſilio noſtro · et auunculi noſtri Comitis OTTONIS iamdicti ·

Vt autem hec rata et inconuulſa permaneant' preſentem cartam ſigillo noſtro roborauimus ·

Teſtes hij ſunt ·

Boudwinus de Halthena ·

Hugo de Vorne ·

Symon de Harlehem ·

Willelmus de theylinge ·

Arnoldus dapifer ·

Iohannes de Riswic ·

Datum apud *Leythen* Anno domini M · C · C · X I I · Kal. Septembris. Luna V I I I.)

* * *

Appendet Sigillum, cum contraſigillo, integrum adhuc et egregie conſervatum, quod cum literis in aes incidendum curavi, vid. TAB. VIII.

omnes proſcripſit Chartas, quae huius mentionem poſthac iniiciunt; id est, aperte circulum in ratiocinio committit. De *Ottone de Benthem* dicam ad Epiſtolam *Alcidis* Comitiſſae a. 1207. De *Hugone de Vorne* vid. ad M. Dec. a. 1213.

N. LI.

N. LI.

Concamblum ſeu bonorum commutatio inter HENRICVM I. Ducem Brabantiae, et THEODERICVM VII. Comitem Hollandiae, qua THEODERICVS in Feudum accipit *Zuidhollandiam* hactenus inter ipſos controverſam. A. 1200. d. 3. Nov.

A. 1200. d. 3. Novembr.

Ad Excurs. p. 111, 268. *et* 413. *ſeqq.*

(„ Copie tirée d'après l'original répoſant dans les Chartres de Brab. Arm. F. 7, s. Infra. inti„ tulée *fiefs et hommages.*" In Archivis Camerae Rationum Bruxellens.)

Vniverſis preſentes Litteras inſpecturis, PETRVS Decanus Eccleſiae Bruxellenſis et IOHANNES Prepoſitus Eccleſiae Sancti Iacobi in Bruxella Ordinis Sancti Augustini Camer̄ Dyoceſis noticiam veritatis cum Salute noveritis Nos vidiſſe legiſſe et audiviſſe Litteras nobilium Principum Ducis Lotharingiae et Comitis Hollandiae ſuis ſigillis ſigillatas non abolitas non cancellatas nec aliqua ſui parte viciatas formam quae ſequitur continentes;

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis, ne preſentis aetatis negocia conſumat oblivio Litterarum indiciis ſolent eternari, notum ſit igitur tam futuris quam preſentibus huius pagine inſpectoribus, quod diſcordia fuerat a multis temporibus inter HENRICVM Ducem Lothar. et ſuos predeceſſores, ac inter

Digitized by Google

A. 1200 d. 3. Nov. THEODERICVM Comitem Hollandiae et ſuos predeceſſores de terra inter MOSAM et SCALDAM, de qua eatenus proceſſum eſt, quod illa diſcordia conſilio hominum utriusque tali modo ſopita eſt, Comes reſignavit in manus ipſius Ducis opidum *Durtrech* ex utraque parte aque, *Durtrecswerde*, *Harredeswerde* (1), *Dusne* ac totam terram inter *Strine* et *Walwic* (2) usque ad terram Ducis, hanc quoque terram totam recepit Comes in feodum a Duce, et factus eſt *homo ſuus ligius*, iuravit etiam quod de predicta terra et in propria perſona dicto Duci de cetero ſerviet tamquam homo ligius domino ſuo contra omnes homines *excepto Imperio* (3) *ſicut jus ſuum eſt erga imperium*; nec hoc detur oblivioni quod *Durtrich* et *Durtrecswerde Harredeswerde* et *Dusne*, datum eſt concambium Duci et ſuis heredibus pro terra illa quam Dux et ſui predeceſſores calumpniati ſunt ſuper Comitem et ſuos predeceſſores ultra verſus *Selandiam*, per hoc quoque remanſerunt et ſopite omnes ſunt diſcordie, calumpnie et queſtiones inter eos; hec bona conceſſit Dux Comiti iure Brabantino, ita videlicet quod nullus heres inde exheredabitur, Similiter Dux iuravit quod Comitem iuvabit contra omnes homines tamquam hominem ſuum ligium quam-

(1) *Harredeswerde*] Sic ſatis recte hoc ſcribi nomen, colligas ex Charta Autogr. ſupra a. 1105. p. 144. ubi *Franco de Herradeskerke.*

(2) *Walwic*] Hinc patet, Hollandiae et Brabantiae limites tunc quidem temporis fuiſſe diſcriminatos fluvio *Striena*, qui hodie maioribus aquis abſorptus eſt; unde *Teloneum de Striene et Scalde* Brabantinorum erat. Vid.

quamdiu Conſilio ſuo acquieſcere vel iuri Curie ſue ſtare voluerit, et hoc *excepto imperio ſicut ius ſuum eſt erga imperium.* Preter hoc dimiſit Comes Duci et heredibus ſuis omnes ſuos mercatores per terram Comitis transeuntes tam in aquis quam in terris in omni eo iure Theloneorum quo Thelonea fuerunt a principe (4) ſtatuta; Idem vero verſa vice Dux Comiti fecit. preterea Comes renunciavit omni iuri quod habere ſe dixerat in *Bredha*, inſuper condictum eſt quod Comes non retinebit aliquem in terra ſua qui dampnum faciat Duci vel ſuis hominibus quam primum hoc perceperit, et idem Dux obſervabit; omnes homines meliores Comitis iuraverunt quod haec concordia ſtabilis permanebit ſimiliter homines Ducis ſane quidquid Duci contingat humanitus, Comes et heredes ſui iuvabunt heredes Ducis ſuam Conſervare terram et ligium preſtabunt eis homagium ut ſupradictum eſt: Similiter Dux et ſui heredes iuvabunt heredes Comitis ſi Comes decedat, quod ſi Comes et Dux moriantur uxores et heredes eorum ſibi invicem asſiſtent et iuvamen preſtabunt. Hec autem ut in poſterum rata permaneant, ſigillorum appoſicione tam Ducis quam Comitis ſunt invioſabiliter roborata; Testibus hiis, A. 1200. d. 3. Nov.

Theodericus Traiectenſis Epiſcopus. Ma-

Vid. Cod. Diplom. d. 25. Febr. a. 1212.

(3) *Imperio*] Vid. EXCVRS. VII. p. 428. ſq.

(4) *Principe*] Habent hic MIER. et VAN DE WALL *a principio*, quod fortasſe rectius. Quidquid praeterea Variantium lectionum occurrit, ſatius duxi omittere, quia non tanti momenti esſe videbantur.

Digitized by Google

A. 1200. d. 3. Nov. Mathildis Duciſſa.

Henricus Dux de Limburg.

Albertus Comes de Dasburg.

Philippus Comes Namucenſis.

Willelmus frater Ducis.

Henricus de Kuc.

Albertus filius eius.

Walterus Bertold.

Godefridus de Scoten.

Arnoldus de Grimberge.

Arnoldus de Dist.

Leonius de A.

Godefridus Castellanus de Bruſella.

Arnoldus de Wiſemale.

Arnoldus de Walem.

Willelmus Vulpes.

Walterus Bac.

Hii ſunt homines Comitis,

Rutgerus de Merhem.

Hugo de Vorne.

Theodericus de Halthena.

Gerardus de Hurst.

Willelmus de Thelinge.

Simon Iohannes et Ysbrand de Harlem.

Alber-

Digitized by Google

Albertus Barnardi. A. 1200. d. 3. Nov.

Walterus de Egmonde.

Florencius de Wolde.

Philippus de Wasnare.

Arnoldus, Henricus et Iohannes de Riswic.

Theodericus Bokel, hii etiam et alii quam plures iuraverunt.

Acta ſunt hec apud Lovanium, Anno Dominice Incarnacionis M°. CC°. III°. tercio (*a*) nonas Novembris.

Et nos Petrus decanus et Iohannes prepoſitus predicti huic tranſcripto ſigilla noſtra appoſuimus in teſtimonio Veritatis, Datum Anno gracie M°. CCC°. quinto die lune in craſtino Pentecoſtes.

Conforme à l'original.


(E. S.) Le Comte de Wijnantz. Directeur des Archives du gouvernement, Conſeiller garde chartres de Brabant.

* * *

(*a*) Epocha huius Chartae, quae in *Camera Feudali Hollandiae* alibique rectius ad a. 1200. refertur, ſatis explanata est in EXCVRS. IX. p. 415. ſqq. Cf. P. H. VAN DE WALL *Handv. van Dordr.* bl. 17. Credibile autem est, vel vocem *tercio* ſive III°. minus accurate in hoc Apographo eſſe adiectam, pro eo, quod ſcriptum fuiſſe videtur M°. CC°. III°. *nonas Novembr.*, vel dicendum omnino, voces, III. *tercio* in ipſo Authentico vitioſe eſſe repetitas: cuiusmodi vitia etiam in *authenticis* in notis numeralibus haud infrequenter occurrere, docuerunt harum rerum periti et αὐτόπται. Vid. Dom DES VAINES *Dictionaire raiſonné de Diplomatique* p. 296, 297. Tit. *Fautes dans les copies*, et Tit. *Une copie authentique peut decider de l'original.* Ipſe plura excitare poſſim: ſed hoc unum ſufficiat: legitur in Charta HENRICI Marchionis Namucens., quam ex Autographo deſcripſi, totidem literis: „Actum anno dominj Milleſimo · ducenteſimo · tricenteſimo · Primo · Menſe · Augusto". Quid autem monſtri ſit, *tricenteſimo*, quisque videt. Appendet Chartae adhuc ſigillum, integrum, ex

A. 1200. d. 3. Nov. cauda pergamena duplici, repraeſentans *Margaretam*, erecta figura, chlamydata, avicula manu ſiniſtra, hac perigraphe:

✠ S' MARGARETE MA . . . . COMITISSE VIENNE

Contraſigillum hoc modo:  cum perigraphe:

✠ CLAVIS SIGILLI.

Alterum Sigillum periit. Chartae initium et finem non ſatis bene MIRAEVS *Opp. Dipl.* T. I. p. 306. expreſſit; quapropter eam hic integram dabo:

BALDVINVS Comes Namucens. facit concambium cum Abbatia de *Villari* ad *Grandepratum*, ad a. 1231. ex Autographo, quod habetur, et a me deſcriptum est, in ſupremo Conſilio *Mechliniae* in ſacculo *Litis*, quae ſpectat *Abbatiam Grandepratenſem*.

„ Chriſti fidelibus uniuerſis annotationem preſentem inſpecturis · HENRICVS Marchio Namucen̄ et Vienne Comes · et MARGARETA Marchioniſſa · et · Comitiſſa vxor eius imperpetuum . Uniuerſitati ueſtre notum facimus quod cum nos per commutationem recepiſſemus ab abbate et conuentu de *villari* Cyſt. ord. leod. dyoceſis omnes poſſeſſiones quas eadem abbatia de *villari* habebat apud *Grande pratum* et apud *Troncort* · et apud *Burchis* . cum ſuis appendiciis et quicquid habebat ex illa parte moſe inter Dionantum . et Hoium̄ · et Moſam nos easdem poſſeſſiones totaliter libere et abſolute in allodium perpetuum et liberum contulimus abbatie de Grandiprato quam fundauimus ſecundum legatum Kariſſimi predeceſſoris ac fratris nostri PHILIPPI bone memorie quondam MARCHIONIS NAMVCEN̄ et pro animabus aliorum anteceſſorum et nostris in remedium peccatorum · Actum · anno · dominj . milleſimo . ducenteſimo . triceenteſimo (ſic) · Primo · M E N S e · A V G V S——to ".

Adiecit etiam MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 138. alterum Ducis Brab. et Comitis Holland. Pactum *de Teloneis*; qui illud etiam ad a. 1203. retulit. Sed et hoc ſub a. 1200. *tertio Non. Nov.* occurrit in *Regiſtris Feudalib. Hollandiae* Regiſtr. E. L. 14. Cas C. fol. 10, 11, 12.

N. LII.

Digitized by Google

N. LII.

BALDVINVS Comes Flandriae et Hannon. concedit Privilegium Oppido *Aardenburgenſi*, ut advenas in *Aardenburg* habitantes eodem iure ſint quo reliqui Burgenſes. A. 1201. Menſe Dec.

A. 1201. Menſe Dec.

Ad Excurs. VII. p. 128.

(Ex Originali, literis elegantibus, longiusculis, in Archivis Aardenburg. N. 78.)

Ego BALDVINVS *flandrie et hainoie Comes*· Notum fieri uolo tam futuris quam preſentibus·quod omnes homines aduenas qui apud *Ardenborg* (1) manent · et qui in posterum cauſa manendi apud *Ardenborg* uenient' pro ſalute anime mee·et MARIE comitiſſe uxoris mee et antecesſorum·meorum·ac deinceps ſuccesſorum meorum ab omni conſuetudine aduenatus·liberos penitus et quitos dimiſi·et eandem eis prorſus libertatem concesſi·quam habent burgenſes mei de *Ardenborg*· BALDVINVS etiam de *prath*·et LAMSINVS (sic) de *Vrſebroch*·et WILLELMVS *dants*·*guerpiuerunt*·et liberum omnino et quitum clamauerunt·quicquid iuris habebant·uel habere uidebantur in eis.

(1) *Ardenborg*] Obſerves velim, hoc Opidum in ſqq. huius Vrbis Chartis interdum *Rodenburg* vocari, pronunciatione procul dubio detorta; quia iam hoc anno *Ardenborg* audit, quo quidem nomine nostris temporibus cognitum est.

Digitized by Google

A. 1201. Menſe Dec. eis. Uerum ne ego uel ſucceſſores mei · uel etiam ſucceſſores (sic) BALDVINI de *prath* · et LAMBERTI de *Vrſebroch* · et VILLELMI *dants* · quicquam iuris exigere uel clamare poſſimus in aduenis illis in poſterum · preſentem ſuper hoc cartam conſcribi feci · et tam ſigilli mei appenſione · quam teſtium annotatione muniri ·

Signum bernardi de Rosbais ·
Arnulfi de Orſcamp ·
Willelmi Gonele ·
balduini de Ronſlo ·
franconis de Prath .
Reineri de Ostkerca.
Wuluini notarij mej ;

Actum malee. Anno domini Milleſimo ducenteſimo primo menſe decembrj ; ·

* * *

Periit Sigillum; appendent tamen vittae ſericae.

N. LIII.

Digitized by Google

N. LIII.

THEODERICVS VII. Comes Holl. confirmat cum uxore ALEIDE donum FLORENTII patris pro anima fratris ſui ROBERTI, bonorum in LIERE, datum Abbatiae Rijnsburg. A. 1201/1203. d. 20. Febr.

A. 1201/1203. d. 20. Febr.

Ad Chronic. p. 197. a. et ad Cod. Dipl. p. 130.

(Ex Originali apud heredes V. Doct. ALKEMADII.)

In nomine ſancte' et indiuidue' trinitatis· Ego THEODRICVS dei gratia holl Comes Notum facio tam modernis quam poſteris·quod pater meus FLORENTIVS Comes·e'ccleſie' beate' MARIE in *Rinsburg*·LX·libras·in *liere* ſuper duos manſos·i·duas houas·pro anima fratris ſui ROBERTI contulit·qui ibidem ſepultus est. Ego uero una cum uxore mea comitisſa ALEIDE·proprietatem prefate' terre' perpetuo iure posſidendam iam dicte e'ccleſie' pro peccatis nostris tradidimus·ea ſcilicet ratione·ut ſingulis diebus in eadem eccleſia·misſa de ſancta MARIA·et misſa pro fidelibus dei defunctis·pro remedio et ſalute animarum nostrarum·et parentum nostrorum perpetualiter celebretur· Huius autem rei testes hii·

Comes Otto de benthem (1)·

Flo-

(1) Inedita haec Charta iterum ſolide probat ſuperſtitem *Ottonem de Benthem*, addique poteſt *Codici Diplomatico de Benthem* ab Ill. IVNGIO edi-

A. 1201. d.20.Febr.

Florentius frater Comitis·

Symon de harlem·

Willem de teiling·

Arnoldus dapifer·

Iacobus castelanus·

Willem de Osgest·

Fraco de warmund.

Vt igitur hec pagina nostre' conceſſionis rata permaneat' eam ſigilli noſtri appenſione firmamus·Datum apud *leithen* Anno dominice' incarnationis·M·CC·I·X· Kal·Martij·Luna·III·

* * *

Appendent ex filis ſericis duo Sigilla rotunda, egregie conſervata, eaque craſſiſſima.

Prius exhibet equitem cataphractum, cum ſcuto triquetro in pectore, in eoque *Leo*, cum hac perigraphe:

✠ ThEODERICV
SDEI GRAT·...·IIOLL
ANDIE COMES

Alterum exhibet Alcidae Comitiſſae effigiem, quae equo phalerato inſidet, dextra frenum, ſiniſtra avem tenens; ad equi pectus volat avis, cum hac perigraphe:

✠ SIGILL·ALEYDIS COMITISSE
hOLLANDIE.

Sigilla in aes inciſa ſiſto TAB. IX.

edito. Perperam hanc excitavi Chartam ad a. 1202. contrarium poſtea me docuit *Luna* III[a]. quae a. 1201. d. 18. Febr. fuerat nova, adeoque d. 20. Febr. *tertia*. Referenda igitur est ad annum 1201. Habetur Belgice ſed vitioſe apud MIERIS D. I. bl. 136.

N. LIV.

Digitized by Google

N. LIV.

Pactum inter *Epiſcopum* Traiectenſem et *Comitem* Gelriae ſuper WILHELMO Comite Ooſtfriſiae et Dominio de *Kuinre* cett. Circa A. 1202.

Circa a. 1202.

Ad Chron. p. 170. ſeqq.

(Ex BUTKENS *Trophées de Brab.* T. I. Preuv. p. 51. l. 7.)

Haec forma Compoſitionis inter *Epiſcopum Traiectenſem* et *Comitem Gelriae.* Comes etiam bona et ſincera fide promiſit, quod WILLELMVM generum ſuum (1) monebit, et ad hoc inducet, quod ceſſabit ab iniuria, quam infert Epiſcopo Traiectenſi in monte (2) Qounre [ſ. Kuinre] et in aliis bonis Epiſcopi; et ſi ad hoc eum inducere non poteſt, a proxima *Dominica poſt feſtum Agnetis* uſque ad tres ſeptimanas, Dominus *Epiſcopus* Comiti *Gelriae* diem quem voluerit praefiget, *Id eſt, d. 27. Ian.* quem Comes ſine dolo et protractione obſervabit, et quidquid ſententia *Parium* ſuorum dictaverit, id idem conſtanter tenebit. Item Comes *Gelriae* apud *Zutfaniam* cudi monetam ſub for-

(1) *Suum*] Hinc nota, nuptias *Wilhelmi* cum *Aleide* filia Comitis Gelriae iam tunc contractas fuiſſe. Intelligitur enim *Wilhelmus Comes Friſiae*, frater Comitis Hollandiae.

(2) *Monte*] Dubia eſt haec vox. *Comitatum* fuiſſe *Cunerenſem*, conſtat; Vid. ALTING. *Not. Germ. Inf.* P. II. p. 108. Forte leg. *Comitatu.*

Circa A. 1202. forma et in pondere *Daventerenſis* vel *Traiectenſis* monetae (3) non faciet. Item *Albertus* nominabit quatuor ex hominibus Comitis, et Comes eos monebit ſub ea fidelitate, qua ei tenentur, et, ſi *Albertus* reiectus est iniuste a bonorum ſuorum posſesſione, de quibus nuper *Comes* eum proſcripſerat, erga eum impetentes, Comes ei ſententiam faciet quicumque illi fuerint. Si autem iuste invenitur eiectus, Comes nihilominus iustus ei iudex erit in ſua querimonia. Item promisſum est, quod *Epiſcopus* et *Comes Gelriae* proxima Dominica post *festum B. Virginis* in . . . . . . convenient, et uterque eorum octo de ſuis hominibus eligent, et quidquid illi tactis Euangeliis fuerint arbitrati, tam de moneta, ſi Comes eam debeat, et ſi eam debet habere, ſub quo . . . . . et in quo loco, et praeterea de omnibus distantiis, quae inter Epiſcopum et Comitem ſunt, illorum ſedecim ſtabunt arbitrio. Item Comes iuravit, quod Archiepiſcopo Colonienſi, *Epiſcopo Traiectenſi* et *Duci Lotharingiae*, ſuper controverſia, quae de Regno agitur in praeſenti, fideliter asſiſtet, et pro viribus et pro posſe ſuo, nominatim pro OTTONE *Rege*, etc.

Id est, d. 18. Aug.

(3) *Monetae*] Quod ius cudendi monetam in oppidis *Daventriae* et *Traiecti* ſibi habebant Epiſcopi, illud in oppido *Zutphaniae* ſibi ſumſisſe Comites Gelriae, hinc cognoscimus. Vnde vero Epiſcopis hos ius vide ad Chart. ſq.

N. LV.

Digitized by Google

N. LV.

THEODERICVS Epiſc. Traiect., et GISELBERTVS Decanus S. Iohannis faciunt Commutationem x. Librarum monetae Daventrienſis et Decimarum de *Wtwik*, adiectis nonnullis conditionibus. A. 1203.

A. 1203.

Ad Cod. Diplom. p. 260. (3)

(Ex Libro Rubeo bonorum S. Ioannis Traiect. MS. Membranac. fol. 1 x.)

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. THEODERICVS dei gratia traiecteñ epiſcopus vniuerſis christi fidelibus ſimperpetuum. Officij nostri debitum exigit ut ea que rationabili prouidentia ſin eccleſiis nostris ordinantur de nouo. ne diutini temporis euolucione per obliuionem calumpniam ſustineant. auctoritate ſcripti nostri confirmemus. Ea propter tam posteris quam preſentibus notum fieri volumus quod GHISELBERTVS *decanus* eccleſie *ſancti iohannis* in *traiecto* conſilio priorum eccleſie traiecteñ. et confratrum ſuorum canonicorum eccleſie beati iohannis decem libras quas de *moneta dauantrenſi* (1) annuatim acci-

(1) *Davantrenſi*] Nota antiquitatem Monetae Daventriens. Cudendi ius procul dubio ex Epiſcopis Trai. derivandum. Vnde lux praeced. Chartae p. 260. Ab antiquisſimo tempore ius monetam cudendi Francorum et Germanorum Regum atque Imperatorum regale fuit, quod nonniſi in Palatio Principis exercebatur. Lucro hinc

A. 1203. accipere debebat in manus nostras reſignauit. Et nos ei pro recompenſatione reſignati beneficij dedimus nouam *decimam* iuxta *eme* videlicet in *wtwik*. quam predeceſſor noster bone memorie dominus BALDWINVS epiſcopus diuiſit ab antiqua decima que pertinet ad *curtem* epiſcopi in *amersforde*. ſtatuentes vt predictus decanus et ſui ſucceſſores accipiant tam *minorem* quam *maiorem decimam* a foſſato illo. ubi per predictum epiſcopum noue ac veteris decime diuiſio facta est vsque ad foſſatum ſuperius verſus *yelwam*. in latitudine. in longitudine vero. a *harſaterdrecht* usque ad *mare*. Et quia hec commutatio tam ad commodum epiſcopatus quam ad vtilitatem eccleſie ſancti iohannis facta est. et vtrique parti ſano conſilio et prouida diſpenſacione proſpectum est. ne quis hanc ordinacionem nostram in posterum attemptet violare. paginam istam in testimonium huius rei conſcriptam ſigilli nostri fecimus impreſſione roborari. Acta ſunt hec anno incarnationis dominice. M°. CC°. IIJ°. pontificatus nostri anno. V°. in facie traiecten̄ eccleſie ſolempniter Preſentibus hijs.

Theo-

hinc orto allectae Eccleſiae et Monaſteria ius cudendi monetam a Regibus et Imperatoribus petiêre. Obtinuerunt id primo non ſimpliciter, et indefinite, ſed ad certa loca reſtrictum; idque utplurimum occaſione Nundinarum iis locis conceſſarum. Vid. HONTHEIM *Histor. Trevir. Dipl.* T. II. p. 885. BESSEL. *Chronic. Gottwic.* L. II. p. 124. ſq. qui per ſaturam docet, iam ante Regis Henrici Aucupis tempora Eccleſiis Germanicis nonnullis hoc ius fuiſſe conceſſum. Habuerunt hoc etiam Epiſcopi Traiect. variis in locis, *Traiecti*, *Daventriae*, *Medenblicae*, *Bommeliae*, ſed de his alibi fuſius.

Digitized by Google

Theoderico decano maioris eccleſie. A. 1203.

Gerardo zanctē.

Ottone ſancti bonifacıj.

Waltero ſancti petri.

Renboldo ſancte marie.

Bernardo tylenſe.

Bertoldo de aldenſele prepoſitis.

Henrico decano ſancte marie et alijs quam pluribus.

N LVI.

WILHELMVS I. Comes Hollandiae, deinde FLORENTIVS eius filius a. 1231. Abbatiae *Thoſanae* prope Brugas protectionem et bona largiuntur in *Zeelandia* (1). A. 1204. d. 16. Apr.

A. 1204. d. 16. April.

Ad Excurs. p. 273. *et* 495.

(Ex MSS. *Camerae Inſulenſis* in FOPPENS *Nov. Coll. Dipl.* T. IV p. 225. et hinc MIERIS *Charterboek* D. I. bl 140. et 209.)

1. In nomine Patris — — Quod ego WILHELMVS *Comes Hollandiae* — — Abbatem et Monachos Eccleſiae B. Mariae de *Tho-*

(1) *Zeelandia*] Flagrante inter Comitem *Wilhelmum* et neptem *Adam* diſſidio de hereditate Hollaudiae, *Wilhelmus* Brugis Flandrorum ſibi favorem conciliabat. Ratio, cur tunc Brugis adfuerit, videtur fuiſſe, ut confirmaret *Pactum Heedenseanum* anni 1168. cui hunc ſubſcripſiſſe, et hinc *Zeelandiam* in feudum commune obtinuiſſe, docent Chartae d. 31. Dec. a. 1204. et d. 14. Oct. a. 1206.

Digitized by Google

A. 1204. d. 16. Apr. *Thoſan* et omnia bona eorum per *omnem terram meam* (2) ſub mea protectione ac defenſione ſuſceperim — — et totam terram *quam ſub dicione mea* poſſident, ab omni exactione et conſuetudine prava perpetuo liberrimam eſſe velim. Vt autem haec liberalitatis Donatio imposterum illibata permaneat, ſcripto eam mandari, et ſigilli mei feci munimine corroborari. Testes:

Dominus Hugo de Vooren.

Th. frater eius, Betto filius.

Bertildis, Arnoldus filius Witten.

Willem, Reinerus filius Simonis.

Actum Brugis anno M. CC. IV. Sextodecimo Kalendas Maii.

2. Quia omnis potestas — — Hinc est, quod ego FLORENTIVS, *Comes Hollandiae ac Zelandiae* (3) — — — quod Abbatem et Monachos et Fratres Eccleſiae B. Mariae *de Thoſan* et omnia bona eorum per omnem Terram meam, ad exemplum bonae Memoriae Comitis *Wilhelmi* patris mei, ſub mea protectione. — — Et totam terram, quam ſub *meo Dominio* poſſident, videlicet *Crabbendijck* cum pertinentiis ſuis, *Ionst-*

(2) *Terram meam*] Quum conſtet, huius Abbatiae bona, ſita fuiſſe in *Zeelandia*, ſatis hinc apparet, per *terram Comitis Hollandiae*, intelligi *Zeelandiam*.

(3) *Holl. ac Zeland.*] Quum FLORENTIVS V. anno demum 1291. hos titulos coniunxerit, et hinc *Zeelandia* titulo *Comitatus* gaudere coeperit, quae antea *Castellaniae* vel *Terrae Zeelandiae* nomine venerat: inde est, quod hoc *Zeelandiae* additamentum ſuſpectum poſſit videri. Cf. tamen quae dixi ſupra p. 218. et infra ad Chartam a. 1291. d. 10. Febr. not. (1).

Digitized by Google

Ionsthoc, *Bomna*, *Osthoc* (4), et omnes grangias et terras A. 1204.
eorum, cum univerſis pertinentiis terrarum, et [l. *ab*] Sco- d. 16. Apr. N. 1.
to, a tallia, ab erenade, a petitione qualibet, et ab omni exactione, quocumque nomine vocitetur, in perpetuum liberas dimiſi. —— —— ——

(4) *Osthoc*] Acceſſere his bonis a. 1340. ibid. apud FOPPENS p. 226. *les dixmes de l'ancien Poldre, et du nouvel Poldre en* HINCKENLINC, *auſſi grands qu'ils ſont en preſent, et qu'ils ſont gaignées et dicquées* —. Superest nomen in *Hinkelenoort*. Memoratur et *Castrum* prope *Hinglem* a. 1240. d. 10. Iul. apud MIERIS D. I. bl. 216. Pro vitioſis *Ionsthoc* et *Osthoc*, legitur *Monſterhouc*, *Bonna*, *Oesthouck* in Charta inedita *Maximiliani et Mariae*, qua Abbati et Conventui *Thoſane* in Flandria remittunt Servitium, quod ipſis ratione bonorum Zeelandiae, debebatur; *Datum in oppido nostro Gandenſi anno Domini milles. quadring. ſeptuag. ſeptimo die ſexta decima menſis Martii.* Habetur illa Charta in *Camera Rationum Zeelandiae*, *Libro Copulator.* III. p. 538. una cum *Privilegiis de Crabbendijk* p. 551. quae an edita ſint, ignoro.

Digitized by Google

N. LVII.

A. 1204. ante d. 24. M. Iunii. N. 11.

Pactum Pacis, quod arbitris ſeu fideiubentibus Epiſcopo Leodienſi, Duce Limburgenſi, aliisque ineunt THEODERICVS Epiſcopus Traiectenſis et LVDOVICVS Com. de Los, de Feudis, vaſallis, ac iuribus in Hollandia.

A. 1204. ante d. 24. Mens. Iunii (1).

Ad Chronic. p. 192. a. b. p. 207. a. et ad Excurs. p. 454.

(Habetur in HEDA *Epiſc. Trai.* p. 190. unde in MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 141. et SCHWARZENB. *Charterboek van Vriesland* D. I. bl. 83. nunc collatum cum Originali, prout exſtat in Archivis Eccles. Maior. Loculo 106. N. 20.)

Hugo, Dei gratia Leodienſis Epiſcopus, Henricus Dux de Lemburg, Philippus Marchio Namurcenſis, Otto Comes Gelrienſis, Adolphus Comes de Monte, Wilhelmus Patruus Comitis Flandrie [a], omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Cum ad preces et inſtantiam noſtram Dominus Epiſcopus Traiectenſis cognatum noſtrum, LODEWICVM [b] *Comitem de Los*, in Legium hominem recepiſſet, collato ei feodo [c] ad tempus vite ſue, quod Socer eius THEODERICVS [d] Comes Hollandie ab Eccleſia Traiect. iuste tenuerat, mediantibus eorum amicis, ordinata eſt inter eos compoſitio ad perpetuam pacem ſervandam neces-

a Mier. *Flandriae* et ſic ubique. b *Ludovicum.* c *feudo.* d *Theodericus.*

(1) Rationem notae huius Chronicae dedi ad CHRONIC. p. 192. (*b*).

Digitized by Google

neceſſaria ſub [e] hac forma. Epiſcopus Traiectenſis dedit Comiti miniſteriales et ſervos omnes, in Hollandia manentes, vel in Comitatu ubicunque, exceptis Militibus et eorum filiis, pro omnibus illis, quos Comes et eius anteceſſores habuerunt in terra Epiſcopi, ea conditione [f] adiecta, ut ſi quis illorum transierit de terra Comitis ad terram Epiſcopi, vel de terra Epiſcopi ad terram Comitis, eius ſit, ſub cuius Dominio manſionem elegerit. Comes etiam de Loen et homines ſui iuramento promiſerunt, quod de cetero [g] nulla unqũam occaſione *Rhenus* apud *Swathenburg* [h] obſtruetur. Inſuper feodum [i] de Nagele, quod quondam habuit Iohannes de Ahus a manu [k] Epiſcopi, postea vero iniuste [l] alienatum fuit ab Eccleſia, Comes de Los [m] reſignavit Epiſcopo. Item Comes non prohibebit mercatores quoscunque deferre ſalem vel quaslibet alias merces ad terram Epiſcopi: nec Epiſcopus prohibebit aliquos mercatores ire ad terram Comitis. De *Comitatu Freſie* [n] in *Oostergo* et *Westergo* et in *Staveren*, hoc est adiectum, quod compoſitio quondam [o] ordinata inter GODEFRIDVM Epiſcopum et Comitem FLORENTIVM inviolabiliter obſervabitur: que talis est: Epiſcopus et Comes de communi conſenſu mittent Comitem unum in *Freſiam* [p] ad ſervanda placita ſecularia; et quicquid de redditibus, ad Comitatum pertinentibus, vel de proventibus placito-

A. 1204. ante d 24. M Iunii. N. 11.

e neceſſariam ſub. f ordinatione g de cetera. h Swatburg. i feudum. k Iohannes de . . . . . a manu. l postea Vo. inj. m de Loen. n Friſiae. o comp. ordinata. p Fris.

A. 1204. ante d. 24. M. Iunii. N. II.

citorum ſecularium, deductis expenſis, excreverit, equaliter dividetur inter Epiſcopum et Comitem, et quando contigerit Comitem non intrare Freſiam, nuncii Epiſcopi et Comitis Hollandie ſimul ibunt in communi expenſa colligere redditus, ad Comitatum pertinentes. Monetarii, Thelonearii [q], Sculteti, Villici, et omnes inbeneficiati, in Comitatu illo manentes, officia vel feoda [r] ſua primum recipient de manu Epiſcopi, et poſtea de manu Comitis; et utrique iurabunt fidelitatem. Partem huius *Comitatus*, que Comitem contingit, cum omni iure, et omnibus attinentiis ſuis habet [s] Epiſcopus ſibi obligatam pro c c c. marcis Colon. denarior. legalium propter enorme damnum, Eccleſie ſue illatum ab hominibus Theoderici Comitis Hollandie, donec ab Epiſcopo redimatur. Item Iurisdictionem in *Heſewik*, iuxta *Munfort* [t] ſitam, que, licet vilis esſet pretii, magna tamen fuit occaſio diſcordie [v] libere dimiſit Comes Epiſcopo Traiectenſi. Hanc compoſitionem Comes iuravit ſe perpetuo ſervaturum, et nos Epiſcopo dedit obſides ſuper eadem ordinatione inviolabiliter obſervanda. Et nos iuravimus [x] Epiſcopo, quod ſi Comes contra factum et promisſum ſuum venire vellet, nos ei fideliter asſiſteremus [y] contra Comitem usque ad plenam ſatisfactionem [z].

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis M. CC. IIII. [a] preſentibus hiis [b]. Gerar-

q *telonarii.* r *feuda.* s *habebit.* t *Heſewich iuxta Montfort.* v *diſcordiae.* x *iuramus.* y *asſiſtemus.* z *ad plen. uſq. ſatiſf.* a M. CC. IV. b *his.*

Gerardo Comite de Are. A. 1204. ante d. 24. M. Iunii. N. 11.

Theoderico filio eius.

Walravino.

Gerardo Xanctenſi [c].

Lodowiko [d] Maioris Eccleſie in Traiecto,

Remboldo S. Marie Prepoſitis.

Arnoldo et Henrico de Riswic.

Woltero Spirinc [e].

Iohanne Perſyn.

Isbrando et Gerardo fratribus de Harlhem [f].

Stephano de Sulen, et aliis quampluribus.

c Gerardo, Nactenſi. *d Ludovico.* *e Spirinck.* *f Hairlem.*

* * *

Appendent tria Sigilla in cera alba.

N. LVIII.

THEODERICVS Epiſc. Trai., et LVDOVICVS de Los tamquam Hollandiae Comes pactum confirmant de Feudis aliisque invicem iuribus, ratione Hollandiae. A. 1204. N. 111.

A. 1204.

Ad Chronic. p. 207. a.

(Ex MS. pergam. habet MIERIS D. I. bl. 144. nunc collatum cum Originali Diplom. quod exſtat in Archivis Eccles. Maior. Traiecti, Locul. 109. N. 1.)

Ego LODEWICVS, Dei gratia Comes de Los [a], univerſis Christi fidelibus, tam preſentibus [b], quam futuris in perpetuum. Cum

a Mier. Ludovicus de Loss. *b praeſentibus.*

A. 1204. N. III. Cum omne feodum[c], quod ſocer meus bone memorie THEODERICVS[d], Comes Hollandenſis[e], ab Eccleſia Traiectenſi iuste posſederat, a manu Domini mei THEODRICI Traiectenſis Epiſcopi in eo iure, quod *Lif-tuht*[f] appellatur, recepisſem, eique ſicut legius homo legiam fidelitatem ſervare iurasſem, ne aliqua unquam occaſio diſcordie de cetero inter Epiſcopatum Traiectenſem, et Comitatum Hollandenſem[g] posſit conualeſcere[h], ad perpetuam pacem noſtram[i] talis inter nos ordinata eſt compoſitio: Omnes miniſteriales vel ſervos, qui ad Epiſcopatum pertinebant, in terra Comitis Hollandiae manentes, exceptis militibus et eorum liberis, dedit michi[k] et meis ſucceſſoribus Dominus meus Traiectenſis Epiſcopus. Ego ſimiliter dedi Eccleſie omnes miniſteriales vel ſervos, qui ad Comitatum Hollandiae pertinere dicebantur, in terrâ Epiſcopi[l] manentes, exceptis militibus et eorum liberis, ea conditione adiecta, ut ſi qui eorum de terra Epiſcopi ad Comitatum Hollandiae tranſierint, vel e converſo de Comitatu ad terram Epiſcopi, eius maneant, in cuius Dominio manſionem elegerint. Ego etiam et homines mei iuramento promiſimus, quod de cetero nulla unquam occaſione Rhenus apud Swathenbarg[m] vel alibi obſtruetur. Inſuper feodum de Nagele[n], quod quondam habuit Iohannes de Ahus ab Eccleſia, poſtea vero iniuſte fuit alienatum ab

ea

c feudum. d Theodricus. e Hollandiae. f Lyf-tocht. g Hollandiae. h coaleſcere. i manendam. k mihi. l Epiſcopatus. m Renus apud Zwatenberch. n Negale.

ea Ego reſignavi[o] in manus Domini mei Epiſcopi. Item promi- A. 1204. N. 111.
ſi iurato[p], quod nunquam prohibebo mercatores quoscunque deferre ſalem vel quaslibet alias merces ad terram Epiſcopi, ſimiliter nec Epiſcopus prohibebit aliquos mercatores ire ad terram meam. De *Comitatu Freſie*[q] in *Ostergo* et *Westergo* et in *Stauria* hoc est adiectum, quod compoſitio, quondam ordinata, inter GODEFRIDVM Epiſcopum et Comitem FLORENTIVM etiam inter nos inviolabiliter obſervabitur: que talis est, Epiſcopus et Comes de communi conſenſu mittent Comitem unum in Freſiam ad ſervanda placita ſecularia, et quicquid de redditibus ad Comitatum pertinentibus, vel de proventibus placitorum ſecularium, deductis expenſis, excreverit[r], equaliter dividetur inter Epiſcopum et Comitem. Et quando contigerit, Comitem non intrare *Freſiam*, Nuncii Epiſcopi et Comitis Hollandie ſimul ibunt in communi expenſa colligere redditus, ad Comitatum pertinentes. Monetarii, Thelonearii[s], Sculteti, Villici, et omnes inbeneficiati, in Comitatu illo manentes, officia vel feoda ſua primum recipient de manu Epiſcopi, et postea de manu Comitis, et utrique iurabunt fidelitatem. Partem huius Comitatus, que Comitem contingit, Ego cum omni iure et omnibus attinentiis ſuis obligavi Domino meo Epiſcopo Traiectenſi pro trecentis marcis Colonienſibus denariorum legalium, donec ab eo ſimul et ſemel datis ccc^tis^ marcis[t] redimatur. Item

Iuris-

o *reſignam.* p *et iuravi.* q *Friſie.* r *decreverit.* s *Theolonarii.* t *tricentis.*

A. 1204. N. 111. Iuriſdictionem in Hoſewic, iuxta Munfort[u] ſitam, que fuit Comitis Hollandiae, liberam dimiſi Eccleſie Traiectenſi[v], feodum etiam Symonis Stringe liberum dimiſi Epiſcopo. Praeterea de diſtinctione terminorum inter terram Epiſcopi et *Hollandiam*[w] inter nos condictum est, quod ſi de aliqua terra vel decima queſtionem fecerit[x] Epiſcopus michi vel hominibus meis, liberam eam dimittam Epiſcopo, vel iurabo eam de iure ad me pertinere, ſimiliter ſi ego queſtionem fecero Epiſcopo vel ſuis Hominibus de aliqua terra vel decima, Epiſcopus michi eam liberam dimittet, vel unus priorum ſuorum aut miniſterialium Eccleſiae tertia manu iurabit, terram illam vel decimam ad Eccleſiam de iure pertinere et ſic libera erit Eccleſie. Inſuper compromisſum est, quod ſi aliquis hominum Epiſcopi offenſam eius fortè incurrerit, nullum habebit ad me refugium, niſi ad hoc tantum ut per me gratiam inveniat, vel in curia Epiſcopi iudicio comparium ſuorum ſe ſiſtat.

De omnibus hijs perpetuo obſervandis Iuramentum preſtiti et fideiusſores dedi et obſides

Dominum Hugonem Leodienſem[y] Epiſcopum.

H. Ducem de Lemborch[z].

H. Comitem de Namur.

Rotgerum et Giſelbertum de Bremech.

Arnoldum et Hermannum de Elslo[a].

Wil-

u Heeswijck. Montfoort. v ſi. w Hollandiae. x faciat y Leodienſem. z Lymborch a Hermannum de Eſlo.

Wilhelmum de Petershem Burchgravium de Broſteme [b]. A. 1204. N. III.

Razonem [c] de Curtreze.

Wilhelmum de Goche [d].

Arnoldum et Henricum de Riswic.

Iohannem Perſin et Arnoldum Fratrem eius.

Isbrandum de Harlhem, et Gerardum Fratrem ſuum.

Walterum Spirinc et Stephanum de Sulen.

Wolterum de Millen [e].

b Bronſteme. c Roronem. d Gothe. e Milem.

* * *

Appendet Sigillum LVDOVICI Com. de Los, quod in aes inciſum exhibeo TAB. XVI. no. 1. Superſunt adhuc literae:

✠ SIG . . . . DE LOS.

N. LIX.

WILHELMVS Comes Holl., et THEODERICVS Epiſc. Traiect. reconciliantur, et pactum inter ſe incunt. (1) A. 1204. N. IV.

A. 1204.

Ad Excurs. VIII. p. 409.

(Ex HEDA pag. 188. dedit MIERIS D. I. bl. 141. nec non SCHWARTZENB. *Chart. van Vriesl.* D. I. bl. 81.)

Ego WILHELMVS, Dei gratia *Comes Hollandiae:* Vniverſis Christi fidelibus tam praeſentibus quam futuris in perpetuum.

(1) Vir D. Mieris hanc Chartam ante pactum Ludovici Los. cum Epiſcopo initum ordine praepoſtero collocavit. Deriſit hanc Chartam Editor

A. 1204. N. IV. tuum. Cum omne feudum, quod frater meus, bonae memoriae THEODERICVS *Comes Hollandiae*, ab Eccleſia Traiectenſi iuste posſederat, a manu domini mei (2) THEODRICI Traiectenſis Epiſcopi recepisſem, eique ſicut *legius homo* legiam fidelitatem ſervare iurasſem, ne aliqua unquam occaſio discordiae de caetero inter Epiſcopatum *Traiectenſem*, et Comitatum *Hollandiae* posſit coaleſcere, ad perpetuam pacem nostram talis inter nos est Compoſitio laudabiliter ordinata. Omnes *Miniſteriales vel ſervos*, qui ad Epiſcopatum pertinebant, in *terra Comitis* Hollandiae manentes, exceptis Militibus et eorum liberis, dedit mihi et meis ſucceſſoribus Dominus meus Traiectenſis Epiſcopus; ego ſimiliter omnes *Miniſteriales vel ſervos*, qui ad *Comitatum Hollandiae* pertinere dicebantur, in terra Epiſcopi manentes, exceptis Militibus et eorum liberis, dedi Eccle-

STOKEANVS D. II. bl. 39, 40. ſed vide not. ad CHRON. p. 208. a. b. et 209. Occurrunt in hac Charta nonnulli Praepoſiti et Decani, qui quum in alia inedita anni 1203. itidem testes adſtiterint, iccirco p. 261. exhibui.

(2) *A manu Domini mei*] Nota discrimen inter conditionem, qua *Ludovicus* Loss. ſupra p. 261. nunc vero *Wilhelmus* Comes Holl. unum idemque Feudum recipiunt. De eodem enim Feudo utrobique ſermonem esſe, abunde contextus docet, atque hiſtoriae ſeries confirmat. *Wilhelmus* id *a manu Domini ſui*, Trai. Epiſc. ſimpliciter recipit, et *eius legius homo* fit. *Losſenſis* vero id a *manu Domini ſui* Trai. Epiſc. recipit in *eo iure*, *quod Liſtuht appellatur*, et eiusdem *legius homo fit*. Nimirum recipit Wilhelmus *omne feudum*, *quod frater ſuus*, *bonae memoriae Theodericus Comes Hollandiae ab Eccleſia Traiect. iuste posſederat*, eodem modo, quo tenuerat Frater. Fuit illud Feudum *Comitatus Oostfriſiae* ſive *Friſia transflevana*; ut ſatis evicisſe me puto in EXCVRS. VIII. p. 403. ſqq. Atqui Wilhelmus hunc Friſiae Comitatum posſidebat

cleſiae Traiectenſi praedictae, ea conditione adiecta, ut ſi qui eorum de terra Epiſcopi ad Comitatum Hollandiae transierunt, vel e converſo de Comitatu ad terram Epiſcopi, *eius maneant*, in cuius Dominio manſionem elegerint. Ego etiam et homines mei iuramento promiſimus, quod de caetero nulla unquam occaſione, *Renus* apud *Suadenburgh*, vel alibi obſtruetur. Item promiſi et iuravi, quod nunquam prohibebo mercatores (3) quoscunque deferre ſalem, vel quaslibet alias merces ad terram Epiſcopi. Similiter nec Epiſcopus prohibebit aliquos mercatores ire ad terram meam. De *Comitatu Friſiae* [a] in *Oostergo* et *Westergo* et *Staveren* [b] hoc est adiectum, quod compoſitio, quondam ordinata inter Epiſcopum GODEFRIDVM et patrem meum *Comitem* FLORENTIVM, etiam inter nos inviolabiliter obſer-

A. 1204. N. IV.

[a] Mier. Var. Lect. *Westfriſe.* [b] *inſtanter.*

debat, de quo frater Theodericus eum ſubinfeodarat. At alia res fuit Ludovici Losſenſis. Is Epiſcopi Traiectini auxiliis indigebat. Hinc recte in Federis Tabulis p. 266. dicunt Principes, ac Comites, *ad preces et inſtantiam ſuam Epiſcopum ipſorum cognatum Ludovicum de Los in legium hominem recepiſſe, collato ei feodo ad tempus vitae ſuae, quod ſocer Theod. Com. Holl. tenuerat.* Sed illo loco vocatur *recipi in eo iure, quod* LIFTVHT *appellatur.* Res igitur ſuas cum *Ludovico* ſtrenue agebat Epiſcopus; quae tamen ſcena immutata cum *Wilhelmo* Friſiae Comite et poſſeſſore haud ita facile ſucceſſerunt.

(3) *Mercatores*] Obſerva, iam tunc federa Commerciorum ſub Comitibus memorabilia occurrere. Sic caverat a. 1168. Flandriae Comes, de *mercatoribus* ſuis, per Hollandiam transeuntibus, ſupra p. 188. et de *Vectigalibus* accipiendis, p. 187. Vnum est hoc ex antiquisſimis Commerciorum federibus, quod inter Epiſcopum Trai. et Comitem Holl. eodem initum est modo, quo ſupra p. 269. id inierat Ludovicus Losſenſis. De *Comitatu Friſiae* vid. ſupra p. 179.

Digitized by Google

A. 1204. N. IV. obſervabitur, quae talis eſt: *Epiſcopus* et *Comes* communi conſenſu mittent *Comitem* unum in *Friſiam* ad ſervanda placita ſaecularia, et quidquid de redditibus, ad *Comitatum* pertinentibus, vel de proventibus placitorum ſaecularium, deductis expenſis, excreverit, aequaliter dividetur inter Epiſcopum et Comitem, ſed quando contigerit Comitem illum non intrare *Friſiam*, *nuncii* Epiſcopi et Comitis Hollandiae ſimul ibunt in communi expenſa colligere reditus, ad Comitatum pertinentes. Monetarii, Thelonarii [c] Sculteti, Villici, et omnes beneficiati [d] in Comitatu illo manentes, feuda vel officia ſua primum recipient de manu *Epiſcopi*, et poſtea de manu *Comitis Hollandiae*, et utrique iurabunt fidelitatem. Item (4) de Iurisdictione *in Heſewijck*, iuxta *Montfort* [e] ſita, hoc eſt condictum, quod nuncius Epiſcopi in ea ſervabit placita ſaecularia, et quartam tantum partem eorum, quae inde provenerint, habebit Comes *Hollandiae*, reliqua omnia libere cedent *Epiſcopo*. Praeterea de diſtinctione terminorum inter terram *Epiſcopi* et *Hollandienſis* ſic inter nos convenit, quod ſi de aliqua terra vel decima Epiſcopus quaeſtionem fecerit mihi vel hominibus meis [f], liberam eam dimittam Epiſcopo, vel iurabo eam de

[c] Micr. Var. Lect. *Theolenearij.* [d] *Inbeneficiati.* [e] *Monfoirt.* [f] *ſuis.*

(4) *Item*] Obſerva in altera pactione cum Losſenſi ſtipulatum eſſe Epiſcopum Trai. ut Comes *illam Friſiae Comitatus partem*, *quae* ipſum *contingat*, obligaret Epiſcopo pro 300. marcis. Vid. ſupra p. 268. l. 9. et 271. f. Verum nihil horum in hac *Wilhelmi* Pactione occurrit. Meliora etiam idem ſibi

Digitized by Google

de iure ad me pertinere. Similiter ſi ego quaeſtionem moverem Epiſcopo vel Hominibus ſuis de aliqua terra vel decima, Epiſcopus mihi eam liberam dimittet, vel unus priorum ſuorum aut miniſterialium Eccleſiae tertia manu iurabit, terram illam vel decimam ad Eccleſiam de iure pertinere, et ſic libera erit Eccleſie [g]. Inſuper compromiſſum est, quod ſi aliquis hominum Epiſcopi offenſam eius forte incurreret, nullum habebit ad me refugium, niſi ad hoc tantum, ut per me gratiam inveniat, vel in Curia Epiſcopi iudicio comparium ſuorum ſiſtat, et e converſo (5). A. 1204. N. IV.

Acta ſunt haec ab Incarnatione Domini, anno milleſimo ducenteſimo quarto, Pontificatus Domini THEODORICI Epiſcopi anno ſeptimo apud *Traiectum* coram altari beati Martini, ſuper quo obtuli homines meos, quos pro ſuis commutavi, in quo etiam iuravi, et Homines mei

Wolterus de Eve [h].

Albertus Baniart.

Iacobus Burggravius de Leyden.

Gyſelbertus [i] de Lecke.

Albertus Rufus, et alii quamplures.

Testibus hiis. Henrico Duce Lotharingiae.

Otto-

g Mier. Var. Lect. *Eccleſie*. h *Eme*. i *Ghijsbertus*.

ſibi Willelmus pactus est circa *iurisdictionem in Heeswijk*; nec dimiſit Feudum *Simonis Stringe*, ut alter.

(5) *Et e converſo*] Omiſſa etiam haec est Conditio in Pactione Ludovici Loss. p. 272.

A. 1204. N. IV.

Ottone Comite Gelriae.

Gerardo Comite de Are.

Henrico de Evere [k].

Gerardo Xanctenſi.

Waltero Sancti Petri.

Bernardo Tielenſi.

Bertoldo Alderſalenſi.

Remboldo [l] Sanctae Mariae Praepoſitis.

Elya Sancti Petri.

Gysberto Sancti Iohannis.

Henrico Sanctae Mariae Decanis,

et univerſis tam miniſterialibus, quam civibus Traiectenſibus, et aliis quampluribus; compoſitionem hanc, ſicut praeſcripta est, inviolabiliter obſervare.

k. *Care, vel Canre.* l *Beribolde.*

N. L X.

A. 1204. PHILIPPVS Rex Rom. paciscitur cum HENRICO Duce Brabant., promittitque feuda Hollandica confirmare WILHELMO Comiti.

A. 1204.

Ad Excurs. p. 470.

(BVTKENS *Troph. de Brab.* Preuv. L. IV. p. 56. et hinc MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 145. ad a. 1204.)

PHILIPPVS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Augustus, omnibus hoc ſcriptum intuentibus gratiam ſuam et omne bonum.

Vni-

Vniverſitati veſtrae notum fieri volumus, quod die reformatae pacis inter nos et Henricum Ducem Lotharingiae. — — — Praemiſſis etiam adiecimus, quod WILLELMO *Comiti Hollandiae* foeuda, quae *Pater* ſuus et *Frater ab Imperio* tenuerunt, libere conferre debemus. (1) — — Item Oppidum *Noviomagum*, quod Dux poſſidet, per alia bona loco ei competenti compenſabimus, conſilio Archiepiſcopi Colonienſis et Epiſcopi Spirenſis et Comitis de Daesburg et Comitis Iuliacenſis, quibus bonis, ei collatis, ipſe praedictum Oppidum nobis reſtituet. A. 1204. N. V.

(1) Nimirum Dux Henricus WILHELMO Comiti favebat, teste REINERO ad a. 1203. quem locum dedi EXCVRSV XI. Nec abit BVTKENS *Troph.* T. I. L. IV. p. 165. *Il ſemble que noſtre Duc favoriſoit en ce debat le Comte d'Oost-Friſe* [Wilnelmo]; *car il eſtoit en mauvais meſnage avec* LE COMTE DE LOS *à cauſe de l'Advouerie de S. Tron, et autres querelles qu'il mouvoit a ceux de Mastricht; de ſorte que le Duc delibera de lui faire la Guere.*

N. LXI.

PHILIPPVS Rex Rom. concedit HENRICO Duci Brabantiae literas clientelares de Feudis *Moſaetraiecti*, *Neomagique*; ac ſimul ei concedit, ut deficientibus maſculis *filiae* ſuccedant. A. 1204.

A. 1204. d. 12. Nov.

Ad Excurs. p. 462, 470.

(E. DINTER *Chron. Ducum Brab.* MS. L. IV. C. XII. BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. preuv. p. 56. et 10. A. KOPP *Heiſenkaſſel Erbrechts auf Brab.* N. III. p. 5.

In Nomine S. et individuae Trinitatis. PHILIPPVS divina favente Clementia Romanus Rex ſemper Auguſtus. Regalis

Ex-

A. 1204 d. 12. Nov. Excellentiae provida conſpectio, nobilium pariter et magnorum Principum devotionem et praeclara conſuevit penſare obſequia, et circa eorum augmentum honorisque promotionem cum omni effectu curam et operam adhibere diligentem.

Quapropter ad univerſorum Imperii fidelium praeſentis aetatis et posteritatis ſucceſſive notitiam deduximus proferendum. Quod accedens ad praeſentiam nostram ſub frequentia Principum apud Confluentiam dilectus Conſanguineus et Princeps noster Henricus Illustris Dux *Lotharingiae* et *Brabantiae* Hominium nobis fecit, et de manu nostra recepit feudum quod ab Imperio tenere debet. Nosque ut ipſe pro exaltatione nostra operoſa voluntate deſudet, et ubique locorum Imperiale commodum procuret, concedimus ſibi et legitimis heredibus ſuis in rectum feudum Abbatiam *Nyvellenſem* cum omni honore et eo iure quo eam Imperium et nostri anteceſſores Romani Imperatores et Reges usque ad nostra tempora habuerunt. Inſuper concedimus ei et heredibus ſuis in feudum civitatem *Traiectenſem* cum omnibus iustitiis ſuis et appendentiis extra civitatem et intra, nec non ibidem Ecclam *S. Servatii* cum omni integritate et eo iure, quo Patri et fratri nostro divis Romanorum Imperatoribus attinebat. *Noviomagum* (1) quoque, quod ad nostrum et Imperii domi-

(1) *Noviomagum*] Spectat hoc ad promiſſa, quae habentur in Charta Philippi Regis proxima p. 279. *Oppidum — per alia bona loca ei competenti compenſabimus, conſilio — — — quibus bonis ei collatis, ipſe praedictum Oppidum* NOVIOMAGVM, *quod Dux poſſidet, nobis reſtituet.*

dominium reduximus, ipſi Duci in aliis recompenſabimus bonis. Item conceſſimus ei omne feudum, quod patruus ſuus Comes ALBERTVS *de Dagispurg* de manu noſtra et Imperio obtinet, ita quod ipſe Dux poſt mortem ipſius Comitis in omnibus bonis ſive pactis absque cuiuslibet contradictionis impedimento (ſi tamen Comes ſine herede deceſſerit) ei ſuccedat. Hominibus quoque Ducis civitatis videlicet *Ortten*, quae nunc *Silva* dicitur, et *Tiele*, per totum Imperium in exactione Thelonii eamdem habebunt iuſtitiam et libertatem, quam habuerunt temporibus patris et fratris noſtri, et proinde homines noſtri in terra Ducis ab onere exactionis liberi erunt. Inſuper Regia authoritate noſtra ſtatuimus, et memorato Duci concedimus, ut *filiae ſuae* (1), ſi *maſculum heredem non habuerit*, in feudis ſuis libere ei tanquam maſculi ſuccedant. Demum Regia benignitate in rectum feudum concedimus ei annuatim ſexaginta carratas vini,

A. 1204.

Hodie *'s Hertogenbosch.*

(1) *Filiae ſuae*] Obſervent hinc Patriae noſtrae amantes. 1°. ſucceſſionem in *Comitatus* et *Ducatus* t. t. non pependiſſe ex arbitrio Incolarum, nec ipſorum Terrae Principum, ſed Imperatoris. 2°. Ante ſeculum XIII. filias penitus fuiſſe excluſas a ſucceſſione *Ducatus* et *Comitatus*, tamquam inhabiles ratione ſexus. 3°. Rigorem tamen illum paullatim temperaſſe Imperatores, uti hic facit Rex Philippus in Brabantina ſucceſſione, de qua ſpeciatim et ex induſtria egit IO. AD. KOPP *Heſſen-Caſſel Erb-Recht auf das Herzogthum Brabant*, Marpurg. a. 1747. p. 1—10. Vnde Vir D. CHIFLET *in Lothar. Maſcul.* C. 1. p. 6. hanc Regulam recte prodit: *Quotiescumque legitur Feudum aliquod Imperiale a femina poſſeſſum, illico intelligendum eſt, id factum ex ſpeciali Caeſaris gratia et praeter ius commune Imperii.* At noſtrae *Adae*, Ludovici Loſs. uxori, tam felici eſſe non contigit. Vid. EXC. XI.

A. 1204. ni, quarum media pars apud *Boperdiam*; reliqua pars apud *Baldeberim* in Alſatia tempore vindemiae ei perſolvetur. Compromiſſum eſt etiam ex parte noſtra et ipſius Ducis, quod omnium amicorum noſtrorum fidus erit amicus, et adverſariis noſtris inimicabitur, et nobiscum eos diſtricte perſequetur, nec aliquem manu tenebit, et nos etiam ipſum Ducem in omnibus negotiis ſuis manutenentes nulli inimicorum ſuorum contra eum auxilium vel conſilium praeſtabimus. Vt autem haec omnia rata et inconvulſa permaneant, hanc paginam inde conſcriptam ſigilli noſtri caractere iuſſimus communiri. Huius rei teſtes ſunt,

Adolphus Colonienſis Archiepiſcopus.
Dithalmus Conſtantienſis Epiſcopus.
Conradus Spirenſis Epiſcopus.
Comes Wilhelmus Iuliacenſis.
Comes Arnoldus de Altenach.
Comes Otto de Geldere.
Comes Silvertus de Werda.
Comes Henricus de Geminoponte.
Comes Ernestus de Belſeki.
Otto de Burum.
Cono de Mintſenberg.
Henricus Dapifer de Walpurg.
Henricus de Smalmecki.

Wer-

Digitized by Google

Wernerus et Philippus fratres de Bonlandia. A. 1204.

Conradus puer de Boperdia,

et alii complures. Item concedimus Duci univerſa bona conſtituta ultra *Moſam*, quae antea *Comes de Loen* ab ipſo Duce in feudum acceperat Imperio attinentia.

Acta ſunt haec anno Dominicae Incarnationis M. CC. IV. Datum *Confluentiae* II. Idus Novembris indictione VIII. * *A. VII.*

N LXII.

LVDOVICVS Comes de Los et de Hollandia confirmat Pactum Heedenseanum anni 1168. d. 27. Febr. A. 1204. d. 31. Dec.

A. 1204. d. 31. Dec.

Ad Excurs. VII. p. 100, 206, 271. *ſqq.*

(Ex Dom. DE GRIJPSKERKE, *MS. Deſcript. Zeeland.* p. m. 35.)

„ Latijnſche Brief, waarbij de GRAAF VAN LOS des „ *avonds voor ons Heeren beſnijdenis* approbeert binnen *Brugge* „ a. 1204. de Vrede te voren geſloten tusſchen Vlaenderen „ en Holland: onder de Charters te Rupelmonde. Waar on- „ der andere voorkomt de benaming van *Zelandia intra Scaldim* „ *et Moſam* (1)".

N. LXIII.

(1) *Scaldim et Moſam*] Argumentum huius Chartae, ex altera anni 1168. d. 27. Febr. p. 184. ſatis notum, hic non repetitur.

N. LXIII.

A. 1205. HENRICVS Dux Brabantiae confert *Abbatiae S. Michaëlis* Antverp. IX. *Hont moers* in parochia de *Linlo*, hodie *Lillo*.

A. 1205.

Ad Cod. Dipl. a. 1323. *d.* 6. *Mart.* §. *VII.*

(Ex Originali, in Abbatia S. Michaëlis Antwerpiae, Capſa 31. lit. A. Cf. ib. Tom. 3. n. 118. fol. 136.)

H. Dei gratia *dux loth̃* vniuerſis preſentem paginam viſuris · ſalutem in perpetuum. Vniuerſitati vestre Notum fieri volumus · quod Nos ob remedium anime nostre · viris religioſis · Abbati et conuentuj Sancti Michaelis in *antwerpia* · contulimus in puram elemoſinam · Nouem *hont moers* iacentes infra parrochiam de *linlo*. cum debita latitudine. et ſua longitudine · et transcurſu · qui uulgariter *oploep* dicitur · perpetuo poſſidendos. Testes, qui interfuerunt·

W. dictus úúlpes·

Ar. de Waleem milites·

W. et I. Notarii et alij quamplures·

Datum anno domini · M^{o} · CC^{o} · quinto'

* * *

Sigillum magnum rotundum flavi coloris in cauda pergamena, repraeſentans Equitem currentem cum lancea vexillifera. In perigraphe adhuc conſpiciuntur literae:

✠ SIG . . . .
CI DVCIS . . . . GIE.

Contraſigillum, Eques currens ſtricto cum gladio:

✠ ET: MARChIONIS.

N. LXIV.

N. LXIV.

ADA Marchioniſſa Brandenburgenſis, ſoror defuncti THEODERICI VII. et WILHELMI I. Comitum Hollandiae, vendit Abbatiae Rijnsburgenſi duas Hovas terrae in *Poel* (1). A. 1205.

A. 1205.

Ad Chronic. p. 207. *a.* 209. *b.*

(Autographum habetur in Archivis Rijnsb. Vnde collatio facta cum MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 146. qui id edidit ex BOXHORN. *Theatr. Holl.* p. 161.)

MIERIS.	ORIGINAL.
p. 146. col. a. r. 7. Mariae in	Marie de
8 Rinesburch	Rinesburg
9 honas .	houas
10 pertinentis	pertinentes
13 libere et quiete	libere quiete
col. b. r. 4. Teyl.	Teil.
8 Noortge	Nortge
8 Florencio de Soetrewoldt	Florentio de ſotrewold

* * *

Appendet Sigillum Adae, quod ob elegantiam, et quia nec unquam viſum hac in terra, nec Brandenburgis notum est, in aes incidendum curavi. Anterior pars exhibet Adam equo inſidentem, avem manu tenentem, altera volante. His literis:

✱ SIGILL⁹ ADE BRANDEBVRGESIS MARCHIONISSE.

In

A. 1205. In averſa parte *Capella* ſive *Caſtellum*, cuius portae inſidet Aquila Brandenburgica, in eiusque veſtibulo *Ada*, veſte ut videtur ſacerdotali, ramum manu tenens, hac perigraphe:

SIGILLVM ADE DEI GRĀ BRANDENBVRGĒSĪ MARChISÆ.

Vid. TAB. X. nº. 2.

(1) *Poel*] Argumentum huius Chartae, quam ſatis accurate dedit MIERIS, apparet ex proxime ſeq. WILHELMI fratris Confirmatione. Videtur haec *Ada* Monialibus Rijnsburgenſibus adſcripta fuiſſe: fortaſſe autem eadem eſt, quae in Catalogo Abbatiſſarum *filia* Wilhelmi I. praedicatur. Nihil tamen decerno. De eius titulo, *Marchioniſſa*, vid. Chart. ſq. not. (1.)

N. LXV.

A. 1205. WILHELMVS I. Comes Holl. confirmat Abbatiae Rijnsburg. donationem terrae in *Poel*, quam fecit eius ſoror ADA, Marchioniſſa Brandenburgica.

A. 1205.

Ad Chron. p. 207. a. 209. b. ad Excurs. VIII. p. 406.

(Ex Originali, in Archivis Rijnsburg. eleganti ſcriptura, intermixtis ſparſim literis longiuſculis. Integra Charta novem duntaxat verſus complectitur.)

Omnibus Sancte' Matris e'ccleſie' filiis clericis et laicis preſentibus et futuris · WILL̄S dei gratia *Comes Holl.* ſalutem · Nouerit

(1) *Marchion. de Brandeburg*] Obſerva quaeſo mi lector! titulum *Marchioniſſae de Brandeburg*, et *Sigillum Brandeburgicum*; quod certo eſſe argumento videtur, *Adam* fuiſſe uxorem, vel ſaltem hoc tempore viduam *Marchionis Brandeburg.* Quidquid autem investigavi, nusquam invenire *uxorem* huius nominis mihi contigit. Succeſſit a. 1169. Otto Marchio I. patri ſuo Alberto; duxit is *Agnetam* Saxonicam, habuitque ex ea filium Ottonem II. qui a. 1198.

uerit uniuerſitas ueſtra me conceſsiſſe et hac mea carta confir- A. 1205.
maſſe deo et e'cclesie' ſancte' MaRie de *Rinesburg* et AGNETE abbatisſae et conuentuj eiusdem locj et ſucceſſoribus ſuis illas duas houas terre' in *pole* quas ADA *Marchionisſa* de *brandeburg* (1) *ſoror mea* illis uendidit que ei jure hereditatis contingebant · in perpetuum habendas et posſidendas jure perpetuo · liberas et quietas ab omni ſeruitio et conſuetudine et exactione mihi et heredibus meis pertinente ita libere · quiete · et honorifice · ſicut aliqua conuentualis eccleſia terram aliquam liberius · quietius et honorificentius tenet et posſidet · Hec conceſsio et confirmatio facta est Anno Incarnationis domini. M° · CC° · V°. His testibus ·

Willelmo de Teyling · et fratre eius Theoderico ·
Arnoldo de Riswic · et fratre eius Heinrico ·
Giſelberto de Tylburg ·
Philippo de Wasnare · et filio eius Theoderico ·
Hugone de Nortge ·
Florentio de Soterwold ·
Theoderico de delf · et fratre eius Arnoldo ·
Huberto de Kerecwerf ·

Vt

a. 1198. illi ſucceſſit, obiitque a. 1206. d. 5. Iul. duxeratque uxorem *Annam*, filiam Iohannis Com. Aſcaniae, ex qua nullis relictis liberis ſucceſſorem habuit fratrem *Albertum* II. Non potuit igitur haec ADA alii iungi marito niſi horum Ottonum alterutri. Si *vidua* et *Monialis* hoc in ſigillo repraeſentatur, uti colligerem ex veſtimento, non alium potuit habere maritum niſi OTTONEM I.

A. 1205. Vt autem hec uendicio · conceſſio · et confirmatio in perpetuum rata habeatur · et inconcuſſa permaneat · preſentem confirmationem · Ego et ADA mater (2) mea et FLORENTIVS frater meus ſigillis noſtris roborauimus · , ·

* * *

Appendent tria Sigilla egregie conſervata, duo priora rotunda, tertium cuſpidatum.

1. WILHELMI Com. Equo inſidentis, cum ſcuto Hollandico; in capite galea cum Leone. His literis ſuperſtitibus:

SIGILLV . . . VVI. literae reliquae fere perierunt.

In Contraſigillo exhiberi videtur Wilhelmus in genua prolapſus, expanſis manibus, in galea aviculam geſtans. Angelus de coelo manum ei porrigit, hac perigraphe:

✠ VVILLELMVS COMES FRESIE.

2. Effigies mulieris erectae in porta Eccleſiae vel Caſtelli; cuius in faſtigio Aquila expanſis alis, manu dextra lilium vel ramum tenentis, ut ſupra p. 286. In perigraphe:

. SIGILLVM ADE DEI GRĀ BRAN

. . . . GĒSĪ MARChISÆ.

Sine Contraſigillo.

3. FLORENTII, Praepoſiti Trai., figura erecta, hac perigraphe:

FLORENCIVS D[fis]IE GRA . . . AIOR P̄POSI-T[9] IN TRAIECTO.

Dedi haec ſigilla TAB. X. n°. 1.

NEM I. Vulgares autem Genealogiae huic OTTONI adſcribunt coniugem *Agnetem*; neque mentionem faciunt alterius coniugis. Attamen Z. GARCAEVS *de Success. famil. et reb. geſt. Marchionum Brandenburg.* 4°. p. 67. in IOH. GOTTLIB. KRAVSII Collect. Scriptt. de rebus March. Brandenburg. Francof. 1729. produxit Diploma a. 1170. quod et nomen *Iudithae uxoris* continet; cuius *Iudithae Marchioniſſae* in templo cathedrali Brandenburg. lapis anti-

antiquus ſepulcralis adhuc viſitur, extrito tamen *anno obitus*. Nihil igitur aliud ſupereſt, quam ut ſtatuamus, poſt mortem *Iudithae* hunc Ottonem tertiam duxiſſe uxorem ADAM Hollandicam, filiam FLORENTII III. quippe quorum Parentes, praeterquam quod tamquam *Imperii Principes* perpetua familiaritate uterentur, alio etiam neceſſitudinis vinculo coniuncti fuerant; *Albertus* enim *Vrſus*, *Ottonis* pater, circa a. 1152. miſit ad urbem *Traiectum* et vicina *Rheno* loca; itemque ad *Hollandos*, *Zeelandos*, *Flandros*; indeque Colonos arceſſit, qui advenae Belgae in Marchia Brandenburg. conſederunt, et multa nomina eo transtulerunt, quae originem novorum horum Colonorum, et veterem Patriam demonſtrant, docente eod. Z. GARCAEO ib. p. 20, et 63. ſq. imprimis vero IO. EELKING, Diſs. Hiſt. Iurid. *de Belgis ſeculo XII. in Germaniam advenis* Goett. a. 1770. 4°. p. 32. ſqq. A. 1205.

(2) *Ada mater*] Ex antecedente Charta ſatis manifeſtum eſt, hanc Adam, cuius ſigilla ſiſto TAB. X. n°. 1. fuiſſe ſororem WILHELMI Comitis, adeoque filiam FLORENTII III. et ADAE Scoticae. Confirmat illud haec Charta, qua *Wilhelmus* teſtatur ADAM *Marchioniſſam de Brandeburg*, *ſororem* eſſe *ſuam*. Quod igitur huic Diplomati affigitur Sigillum, eſt hoc revera Wilhelmi ſororis, non matris Et tamen, quod probe velim obſerves, in fine huius Diplomatis dicit, *matrem ſuam* ADAM, et *fratrem* FLORENTIVM ſigilla adieciſſe. Vix credibile autem videtur, hic ex errore *matrem* eſſe ſcriptum pro *ſorore*. Malim opinari, *Adam* ſororem, cuius res agebatur, ſigillum ſuum commodaſſe, quum res turbatae matris praeſentiam denegaſſent.

N. LXVI.

THEODERICVS Epiſcopus Traiect. componit controverſiam inter G. [GISELBERTVM] *Praepoſitum S. Ioannis* et HENRICVM *de Amersforth* de iure decimarum in Silva *de Vurs*, et de ipſa *Silva Vurs*. Post A. 1205.

Post a. 1205.

Ad Cod. Diplom. a. 1207. *n°.* 1.

(Ex Libro Rubeo Eccles. S. Ioannis Traiect. fol. VI.)

THEODERICVS dei gracia *traiectenſ epiſc.* omnibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit ſalutem in domino. Innoteſcat fu-

Post A. 1205. turis et preſentibus quod poſt multam controuerſiam diu habitam inter dilectos noſtros · G · *prepoſitum* et fratres *ſancti Ioannis* in *traiecto* · et HENRICVM *de amersuorth* ſuper iure *decimarum ſilue in vurs* · tam *maiorum* quam *minorum* omniumque attinentium ſiue in *lignis* ſiue *agris* uel *agnis* (1) uel alijs quibuscumque prouentibus · tandem vsque adeo in cauſa coram nobis proceſſum eſt · quod Idem · h · de amersuorth *omne ius* quod ſibi in dicta ſilua competere videbatur et attinentibus · *effeſtucauit* · prepoſitus uero predictus et fratres eccleſie ſancti Iohannis libera et quieta debebunt gaudere posſesſione decimarum in vurs (2) ſiue maiorum ſiue minorum et omnium attinentium quousque ſi domino OTTONI *comiti de binthem* placuit ſuper hijs mouere queſtionem ipſe coram nobis in iure euincat decimam predictam · Quod ſi eam euicerit licebit ei ipſam ſepedicto · h · uel alij cui voluerit in beneficio concedere · vt autem hec rata permaneant preſentem paginam conſcribi et ſigilli noſtri impresſione

(1) *Agnis*] Ad *Agnis* magis accedebat ſcriptura quam *aquis*.

(2) *In Vurs*] Ex hac posſesſione Praepoſito S. Iohannis addicta proſtuxiſſe videtur, ut poſtea a. 1239. OTTO Traiect. electus G. *Praepoſito S. Ioh.* facultatem dederit „ faciendi A„ quaeductum, quae vulgariter dicitur „ *Weteringe*, in *Veno* adiacente *ſilvae* „ *ipſorum*, quae vocatur *Vuers*"; quae Charta habetur *in 't Aanhangſel op de Kerkl. Oudh. van Nederl.* bl. 303. ſed quae emendatius proſtat in *Libro Rubeo S. Ioh.* fol. V°. vs°. imprimis l. 9. ubi *per villam Soes*, pro quo in MS. *prope villam ſus*. Confirmavit hanc posſesſionem Papa Innocentius a. 1225. d. 5. Febr. Vid. infra h. d. De hac Praepoſitura Eccleſiae S. Ioannis paucae tantum proſtant Chartae; multas ego teneo, ex quibus operae pretium me facturum exiſtimavi, ſi nonnullas, ineditas

ne muniri fecimus · quatinus ſiquis contra hec venire voluerit Poſt A. 1205.
anathema ſit · Testes ·

Otto (3) maior prepoſitus ·
Wolterus ſancti bonifacij ·
Remboldus ſancte marie ·
bertoldus de aldenſele prepoſiti ·
Reynerus ·
Magister Walterus ·
Gezwinus ſancti martini ·
Magister henricus ·
Theodericus custos ·
Gozhelmus ſancti boniſacij ·
harmannus ·
arnoldus ·
henricus ſancti petri ·
arnoldus bruno ·

par-

ditas ut puto, ſuis exhibeam annis. Vid. OTTONIS Epiſc. a. 1235. et a. 1252. d. 29. Oct. 2. Nov. et a. 1254. M. Maii, etc.

(3) *Otto*] Fuit *Otto* Maior *Praepoſitus* inde ab anno 1205. usque ad a. 1215. *Wolterus* S. Bonifacii ab a. 1200. usque ad a. 1220. *Remboldus* S. Mariae ab a. 1200. usque ad a. 1210. Vnde hanc Chartam, anni *nota* deſtitutam, poſui post a. 1205. Edendi ratio fuit mentio OTTONIS *Comitis de Benthem*, qui quaeſtionem olim moviſſe videtur HENRICO *de Amersvorth* de iure in decimas *in Vurs*. Quod ius utrum ei ex Hollandico patrimonio competierit (fuit enim filius *Theoderici* VI. Com. Holl.) an aliunde, neſcio. De hoc eius iure, quantum ſcio, tacuit Vir Ill. IVNG. in *Antiq. Hiſtor. Com. Benthem.*

Digitized by Google

Post A. 1205. pardanus ſancte marie canonici·

Ghiſilbertus de ameſtelle·

alſardus et albertus de wluen·

Iacobus de a. et filius ſuus gerardus·

Arnoldus loef·

Elyas de Wercunde·

Elyas de riminghe·

bartholomeus·

Gerardus de altwijc·

Gerardus knoep·

Gerardus de hoghelande·

Erenboldus de campo · et alij quamplures tam clerici quam layci·

N. LXVII.

A. 1206. ante d. 14. Oct. Compoſitio inter HENRICVM Ducem Brabantiae, et LVDOVICVM Comitem de Los, ſuper *Hollandia* aliisque controverſiis (1).

A. 1206. ante d. 14. Oct.

Ad Excurs. XI. p. 471.

(Copie tirée d'un Regitre répoſant en la Chambre des Comptes de S. M. en Brabant, ayant pour titre: *hic incipiunt diverſa Privilegia Illuſtr. Princ. Ducibus Reg. et Imp. conceſſ.* marqué *de la lettre B.* fol. 122. Habetur et apud BVTKENS *Troph. de Brab.* Preuv. L. IV. p. 58. (2). MIRAIS D. I. bl. 151. et MANTEL. *Hiſt. Loss.* p. 168. ex parte.)

Haec est Compoſitio inter DVCEM et COMITEM DE LOS. Comes renuntiabit omni querelae, quam verſus Traiectum [a] habuit,

[a] *Traiectenſes* Butk. intellige *Traiectum ad Moſam.*

(1) *Controverſiis*] Cauſſa mutati BVTKENS, ipſe contextus est. In a me Chartarum ordinis, quem tenuit hac enim Charta Dux Brabantiae loquitur

buit, cum omnibus villis et appendentiis [b], quae ſpectant ad Traiectum, vidl. *Volne*, *Montenake*, *Wilre*, *Lintale* [c], et quae ſunt aliae villae. Querelae, quam habet verſus *Rutte*, Comes renuntiabit, excepta Advocacia. Pactum, quod Dux habet in Sancto *Trudone*, reddet Epiſcopo *Metenſi;* et cum *Comes* bene fuerit cum *Duce*, Dux iuvabit Comitem, quod Epiſcopus ei concedat, ſi iuvare poteſt cum voluntate Epiſcopi *Metenſis:* ſed Epiſcopus habebit bona ſua et pactum ſuum libere. Praeter [d] hoc habebit Comes a Duce in feodum Advocaciam S. Trudonis; et omnia quae Comes cum *filia Ducis* (2) acceperat in feo-

A. 1206. ante d. 14. Oct.

b *Appendiſiis* Butk. c *Linculae* Butk. d In MS. *per* male, et modo, *bene ſua pactum*.

tur de *Compoſitione* inter *Losſenſem* et *Wilhelmum Hollandiae* Comites adhuc facienda: *Dux*, inquit, *iurabit*, *quod Comes de Los et Wilhelmus componantur.* In altera vero, quae post 14. Oct. ſequitur, agit de iam facta; *Comes promiſit*, *quod Concordiam illam*, *quae inter eum et Willelmum* EST ORDINATA, — *obſervabit.* Data igitur haec Charta est ante *Octob.* 1206. altera vero post *Octobr.* 1206. et inter utramque inferendum est celebre illud Pactum, quod proxime ſequitur, d. 14. Octobr.

(2) *Filia Ducis*] ADAM Hollandicam, Theoderici Com. VII. filiam, revera nupſiſſe LVDOVICO Losſenſi, atque ARNVLFVM Ludovici fratrem, pro ea, ex Angliae regno remiſſa, fuiſſe obſidem; Adam vero LVDOVICO marito ſuperſtitem post a. 1218. vixiſſe, cum eoque et iuxta eum in *Abbatia Herkenrodenſi* ſepultam iacere, ubi illorum monumentum ſepulcrale adhuc conſpicitur, ut teſtium oculatorum fide conſtat: haec tam valide ni fallor probavi in EXCVRSV XI. p. 466. ſqq. ut omnis dubitandi anſa praeciſa ſit. Occurrit illa in Pacto Autographo die 14. Oct. Occurrit In Pacto altero mariti ſui cum hoc Duce Brab. post d. 14. Oct. a. 1206. nº. 1. quo *Ludovicus*, *tam ipſe quam uxor* promittunt, ſe *reſignaturos Duci Caſtrum de Chalmont*, *de quo Comes* VXOREM A. *dotavit.* Quominus vero illud *uxor A.* per *Aleidem* explicari poſſe cenſeas, prohibent verba praecedentia *Compoſitionis*; quod *Comes et* VXOR *eius*, *omne Allodium*, *quod competit eis ratione et iure hereditario* in

A. 1206. ante d. 14. Oct. feodum, a Duce tenebit, et *ligius homo ſuus erit* contra omnes homines, excepto *Epiſcopo Leodyenſi*; et etiam contra Epiſcopum

in tota HOLLANDIA *in manus Ducis reſiguabunt — excepta Domo de* LEYDEN *et* CASTELLARIA; in quae bona *Aleidi Brabantinae* nihil iuris erat. Occurrit porro *Ada* in Literis *matris* Aleidis a. 1207. ad Regem Angliae de ea recuperanda conſcriptis. Itidem in literis *Epiſcopi Traiect.* et *Adae* Patrui *Comitis de Benthem.* Occurrit praeterea anno adhuc 1216. et 1217. in *Bullis* Papae *Honorii*, qua is Compoſitionem *Philippi Namuc.* ſuper *Comitatu Hollandiae* et ſuper *raptu uxoris Ludovici* examinat et confirmat. Agnoſcunt imprimis *Adam Loſſenſem* duae Chartae a. 1213. et altera a. 1218. tamquam *Donatricem.* Agnoſcunt denique *Epitaphia Herkenrodia*, ubi iuxta maritum Ludovicum Loſſens. ſepulta iacet. Haec omnia novit, noſſe certe potuit ac debuit Vir Ampl. ad STOK. D. II. bl. 158. ſqq. et tamen ex his *Compoſitionis* verbis, quibus *Advocatiam S. Trudonis Comes cum* FILIA DVCIS [Henrici Brabantiae] *in feodo accepiſſe* dicitur, palmarium argumentum haurire ſe poſſe cenſuit, quo probet, ADAM hoc anno 1206. iam fato fuiſſe functam, et ab eo ALEIDAM Ducis Brabant. filiam, alteram uxorem eſſe ductam. Probari igitur nunc a me debet, hanc ALEIDAM BRABANTINAM HENRICI I. *Ducis* FILIAM non nupſiſſe LVDOVICO, ſed eius fratri ARNVLFO, *Comitis Loſſenſis* ſucceſſori; quo probato matrimonio omnia, quae de *Ada* Vir Doctus ſcripſit, ſponte corruent. En tibi! verba MANTELII, qui eamdem hanc *Compoſitionem* in *Hiſtoria* ſua *Loſſenſi* eo fine in medium protulit, p. 168. ſq. LVDOVICVS [de Los] *omni deſtitutus ſpe prolium, duos dumtaxat habebat ex fratribus ſuperſtites,* HENRICVM *Eccleſiaſtici Ordinis, et* ARNVLFVM *— annos circiter natum* XXV. *viſaque in* ILLO VNICO *ſpes omnis poſteritatis et poſſeſſionis Domus Loſſenſis inclinata recumbere —. Brabantus haud gravate audivit de* FILIAE SVAE *nuptiis, quae tandem concluſae hac lege, ut Ludovicus illi Traiectum — cederet.* Scriptor deinde productis hisce Compoſitionis de feudo *filiae Ducis*, et ceſſionis Traiectinae a. 1214. peractae tabulis, ſic pergit: *Et quamvis hoc praeciſe anno non ſint celebratae nuptiae; istud tamen nimis quam (tam ex Tabulis ad fundationem Herkenrodanam productis quam mox exhibendis) clare liquet,* ALEYDEM HENRICI *Brabantiae* DVCIS FILIAM *nupſiſſe, non* LVDOVICO, *ſed* ARNVLFO *Loſſenſi, huiusque fuiſſe coniugem.* Add. p. 175. Arnulfus *de conſenſu uxoris ſuae* ALEIDIS *Comitiſſae concedit Sanctimonialibus Herkenro-*

pum iuvabit Comes Ducem, ſi Epiſcopus guerram movere voluerit Duci pro ſua voluntate iniuste. Item Dux praefiget Comiti A. 1206. ante d. 14. Oct.

kenrodanis Ius Patronatus Eccleſiae de Haſſelt. — — Neque ALEIDIS *haec Herkenrodae ſepulta; ſed* ARNVLFO *Comite mortuo, transivit ad alterius nuptias.* En tibi! etiam BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. p. 209. in *Henrico* I. ALEYDE *de* LOVAIN [Henrici I. filia] *fut premierement mariée a* ARNOU *Comte de Los. Elle apporta à ſon mari l'Advoüerie de S. Tron avec autres terres, mais elle n'eust enfants dudict Comte, & noſtre Princeſſe s'allia en ſecondes nopces à* WILLAVME *Comte d'Auvergne. — Noſtre Princeſſe avec ſon dict mari renonça en l'an* MCCXXIV. *à toute la ſucceſſion qu'elle pouvoit pretendre aux Alleus* [i. e. alodia] *& autres bien de ſon* PERE *le Duc* HENRY I. *Apres en l'an* MCCXLVI. *elle compoſa avec Arnou Comte de Los & de Chiny, nepveu & heritier de ſon premier mari ſur ſon doüaire & autres pretenſions quelle avoit à ſa Charge.* Exſtant harum rerum Chartae in *Preuves* ib. Libr. IV. p. 70. f. 71. et p. 76. (2) et in MANTEL. p. 177. Habet haec etiam BALVZ. *Hist. de la Maiſon d'Auvergne*, Preuv. p. 89. quibus confer infra Chartas a. 1218. post M. Iul., a. 1219. n°. 11. et a. 1225. d. 3. Febr. Haec autem omnia vidit, legit, et hos Scriptores excitavit Vir D. HVYDEC. et tamen hanc ALEIDEM LVDOVICO uxorem tradere ſustinuit, contra tot clara, tum haec, tum alia de vivente adhuc ADA, testimonia. Novi, BVTKENSIVM alibi p. 31. p. 562. et p. 170. *Ludovicum* cum *Arnulfo* confudisſe, et maritum ALEIDIS vocasſe LVDOVICVM, ſibi ipſi in his contradicentem. Sed non licet propterea, quae aperte ex errore dicta ſunt, ſuum in commodum arripere. Dubius certe haeſit BVTKENS ex ambiguis vel depravatis huius Chartae verbis; et correptus propterea tacite iam est ab Doct. Editore *Histor. Losſenſis* l. l. etſi neque hic rei circumſtantias ſatis perſpexisſe videtur. Res omni dubio ex antedictis est ademta. Quae tamen omnia ſi forte incredulis non perſuadent, en tibi! coaevi ſcriptoris testimonium omni exceptione maius, quo magis rerum, quas narrat, *αὐτόπτης*, et accuratisſimus earum cenſor fuit, REINERI ſcriptoris Leodienſis ad a. 1218. p. 60. LVDOVICVS *Comes de Los — obiit* IV. *Cal. Augusti. — Mortuis autem tribus fratribus, ſolus iunior* ARNVLFVS *remanſit, qui in* ANGLIA *pro* VXORE *fratris ſui* LODOVICI *multo tempore obſes fuit; nunc autem* DVX BRABANTINVS *viſa opportunitate,* FILIAM *ſuam iuniorem nomine* ALEIDEM *in matrimonium dedit.* An quidquam unquam diſertius dici

A. 1206. ante d. 14. Oct. *miti de Los* diem ad quam [e] Comes indubitanter veniet, et Dux de Lymburg, ſi voluerit; ſed quicquid ei ſententiatum fuerit vel

e quam Butk.

dici? contra quidquam negari imprudentius, poteſt? quam quae bl. 162. a Viro D. HVYDEC. negantur; ſic enim ille: *Graaf* ARNOUD *van Loon en zyn vrou* ALEID *hadden geen recht ter werreld op die goederen*, nempe *Ducis Henrici*; quum tamen in Charta d. 3. Febr. a. 1225. (V. Cod. Dipl.) ALEYDIS *quondam* COMITISSA DE LOS haec teſtetur: *Notum facimus, quod Dom. Dux Lotharingiae* 2000 *librarum — pro* NOSTRA HEREDITATE *de Brabantia nobis promiſit. — — Et per hoc ego Comes Will.* [Alverniae] *et ego* ALEYDIS *quondam Comitiſſa de Los renunciavimus omni* IVRI, *quod in* ALLODIIS ET BONIS DVCIS *habere deberemus.* Add. MANTEL p. 186. et 191. Clariora ſi vultis? En! tibi Chartam *Gertrudis de Dasborg* a. 1223. in MIRAEI T. II. *Opp. Dipl.* p. 849. cui ſubſcripſerunt teſtes: *Nobiles Dominae*, MARIA *relicta Ottonis Imperatoris*, AILIDIS *relicta Comitis* ARNVLFI DE LOOZ. Imprimis vero reſpice ad Chartam (*Cod. Dipl.* a. 1219.) per quam hic ARNVLFVS *Comes* et ALEIDIS *eius uxor*, *Comitiſſa*, confirmant donationem cuiusdam Nobilis *Gotberti*. Interim avide etiam V. D. HVYDEC. l. l. bl. 162. ſ. arripuit, quae ſcripſit BALVZIVS *Hiſtoire de la Maiſon d'Auvergne* L. I. C. 20. quae postquam inſpexi, nihil tamen aliud docent, quam quae BVTKENSIVS de *Aleide* et *Ludovico*, (ex errore pro *Arnulfo* ſcripto) memoriae mandavit. Neſcio etiam qua ratione Vir D. bl. 162. excitare ſuſtineat binas literas huius ALEIDIS cum tertio iam marito nuptae, datas a. 1259. et 1260. quarum primae ſic inchoant: ARNOLDVS *Dominus de Weſemale*, *et* ALEIDIS, *uxor eius*, *Comitiſſa Alverniae* — alterae Gallice ſcriptae: ERNOVL, *Chevalier*, *ſire de Weſemale*, *et* ALYS, *qui ſu Conteſſe d'*AUVERGNE; ſi enim in poſterioribus literis p. 92. ulterius pergis, invenies, hanc ALEYDEM nuncupare MARIAM *Imperatricem Henrici Ducis filiam* SOROREM *ſuam*, et loqui de iure *in hereditatem Mariae: Nous faiſons à ſavoir — — ke pour l'especial amour, que nous avons à noſtre chier Signeur le Duc de Lorreigne & de Brebant, & pour le graus biens, que nous a faet, & pour les dons, que nous à donné, & meſmement pour la grant miſe, qu'il à faet apré le Conté de* BOLOIGNE, *pour* NOSTRE DROICT *a porchacer, avons regardé à leauté, que nous li donnons la Contey de Boloigne & les appartenances à luy & à ſes oers* TOVT LE DROICT, *que* NOVS Y AVONS, *& que avoir poons*,

vel factum, praedicta bona tenebit Comes a Duce, et propter A. 1206. ante
hoc de Allodio ſuo, quod ducentas valet .Marcas annuatim, d. 14. Oct.

Co-

ons, *&* *que* ESCHOU EST SEUR NOE ALYS *devant dicte*, *de par ma* CHIER SEUR MARIE *que fu* EMPERIS *iadis*, *que eſchoete li eſtoit*, *de par noſtre* COUSINE GERMAINE *la Conteſſe* MAHAUT DE BOLOIGNE. Quid clarius, quid diſertius his dici poteſt! Res enim, quam hic cum Viro D. tranſigo, haec eſt. Non quidem negat Vir D. ARNVLFVM Loſſenſem, ac deinde ARNOLDVM *de Weſemale*, uxorem habuiſſe *Aleidem*; ſed negat hanc fuiſſe *filiam Henrici* Brabantiae. Videbat nempe unam eamdemque duobus fratribus iungi matrimonio non potuiſſe. Contra ſtatuit, hanc Henrici *filiam*, ALEIDEM, nupſiſſe LVDOVICO Loſs., priore eius uxore *Ada* praemortua; adeoque in Chartis *Ludovici* a. 1213. et 1218. pro *conſentiente uxore* ADA legi oportere *conſentiente uxore* ALEIDE. Contra haec ego probo, ALEIDEM, *Arnulfo* Loſs. deinde *Weſemallo*, nuptam, fuiſſe *filiam Henrici* Duc. et ſororem *Mariae* Imperatricis, et ut talem cum ſequente marito pro Dotalicio et hereditate ſua 2000 L. renunciaſſe omni iuri in bona et alodia Ducis, et ut talem etiam fuiſſe heredem *Comitatus Bolonienſis*, quem antea eius ſoror *Maria* poſſederat. Concludo igitur, rem omni dubio eſſe exemtam, *Adam Holland. Ludovici* Loſs. coniugem cum marito vixiſſe, eique fuiſſe ſuperſtitem; *Arnulfum* vero Ludovici fratrem, et in Comitatu ſucceſſorem, habuiſſe uxorem *Aleidem*, Brabantiae Ducis Henrici filiam, quae poſt *Arnulfi* mortem nupſit primo *Wilhelmo Comiti Alverniae*; deinde *Arnoldo de Weſemale*. Haec ultima enim praeter MANTEL. *Hiſtor. Loſs.* p. 177. ſq. extra dubium collocavit BALVZ. *Hiſt. de la Mais. d'Auvergne* L. I. C. 20. T. I. p. 85.

Quid igitur (inquies) hac in Charta ſibi volunt verba, *omnia quae Comes* CVM FILIA DVCIS *acceperat in feodum a Duce tenebit et ligius homo ſuus erit contra omnes homines*? Haec quidem verba non impediverunt MANTELIVM l. l. p. 168. quo minus *hanc filiam* ad *Arnulfum*, non vero ad *Ludovicum* referret. Ego vero ingenue fateor, non ſatis clare me perſpicere, quomodo ſalva fide hiſtorica, ſalva etiam fide Diplomatis, haec explicari, vel ſubliſtere queant. In errorem per haec certiſſime inductus eſt BVTKENSIVS, eumque ſecutus BALVZIVS. Fuit quum coniicerem, verba Chartae, *quae cum filia Ducis* ACCEPERAT, accipi debuiſſe, ut ſaepe fit, per *enallagen modi* pro *accepiſſet*, vel *accepturus erat*, ita ut haud obſcure innueretur pactum quoddam antecedens *Ludovici* de ducenda *Aleide*, niſi prae-

A. 1206. ante d. 14. Oct. Comes Duci asſignabit, et a Duce tenebit. Cum *Dux* et *Comes* fuerint compoſiti, *Dux* bona fide *iuvabit*, *quod Comes de Los et Dominus* WILLELMVS *de Hollandia componantur*; ſi vero Dux hoc iuvare non poterit, *Dux utrique* [f] *diem praeſiget* (3), et *Comiti de Los* faciet, quod *Homines* dixerint, quod de iure tenetur facere.

f *atque* MS. male.

maturae cum *Ada Holland.* nuptiae intervenisſent. Sic MARIA filia Henrici, *Aleidis* ſoror, quatuor annorum puella iam fuit deſponſata *Ottoni* IV. Regi. Sic et aliae. Protulit aliam coniecturam noster MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 151. quae ſpecie haud caret. Is rem ita interpretatur, quod Dux Brabant., cenſens nuptias Ludovici Loss. cum *Ada*, in Angliam captiva deducta, irritas, tamquam non legitimo modo contractas, (quo et tendunt literae matris *Aleidis* a. 1207.) pactus ſit, filiam ſuam *Aleidem* Ludovico Loss. *cum dote* elocare: forte quod posſesſioni Hollandiae, tamquam opimae praedae, inhiaret. Quae ſi non placent, dicendum videtur, locum ſanum non esſe, et in mendo cubare; qua de re certiores esſe posſemus, ſi Antographi inſpiciendi facultas adesſet. Ex *Registris Brabantiae Butkenſius* haec dedit. Nec dubium de eius lectione ſuperest, postquam benevolentia Illuſtriss. Comitis NENY novum inde Apographum ad me misſum est. Hoc autem addi potest, ipſam locutionem, ſi *de dote* accipi deberet, ſore ſuſpectam. Non enim dicitur *quae Comes cum filia in dotem acceperat*; nihil hic de dote! ſed *de feudo* ſermo est. Praeterea in verbis, *omnia quae Comes cum filia acceperat*, merito rogaveris: quaenam ſunt illa? factane est de his in praecedenti, an in ſequenti contextu ulla mentio? Nihil horum! credo igitur, *filia Ducis* in mendo cubare, vel rem ad prius aliquod Pactum reſpicere, quod effectu caruit per nuptias *Ludovici* Comitis cum *Ada Hollandica* contractas et pro legitimis habitas.

(3) *Praeſiget*] Eiusmodi Pactum Epiſcopus Traiect. cum Comite Gelriae a. 1202. etiam inierat de cohibendo *Wilhelmo* Hollando. *Comes promiſit, quod Willelmum generum ſuum monebit — — et, ſi ad hoc eum inducere non potest, — D. Epiſcopus Comiti Gelriae diem, quem voluerit*, PRAEFIGET, *quem Comes ſine dolo et protractione obſervabit, et quidquid ſententia* PARIVM *ſuorum dictaverit, id idem conſtanter tenebit*, ex BVTK. *Troph.* T. I. p. 51. ſupra p. 259.

N. LXVIII.

N. LXVIII.

Sententia arbitralis (1) ſive Laudum de dividenda Hollandia, Zeelandia, et Friſia, inter WILHELMVM Comitem Freſiae, ADAE patruum, et LVDOVICVM Comitem Loſſenſem, ADAE maritum, arbitro PHILIPPO Comite Namucenſi, Comitatus Flandriae Tutore.

A. 1206. d. 14. Oct. N. I.

A. 1206. d. 14. Octobr.

Ad Chronic. p. 111, 182. *a.* 203, 206, 212. *ſqq. et ad Excurs. VII. p.* 268, 271, 272. *et XI. p.* 467, 472. *etc.*

(Ex autographo in *Maioribus ſive ſecretis Archivis* Eccleſiae Cathedralis S. Donatiani Brugis, *Armario* I. tribus diverſis clavibus occluſo, Loculo 7. n. 3. Habent CIRONIVS, MATTHAEVS, MANTELIVS, MIERIS. Vid. p. 315.)

Haec est forma compoſitionis (2) et pacis perpetuae inter LVDOVICVM[a] *Comitem de Los* et *de Hollandia*, et Dominum WILLELMVM[b] (3) FLORENTII *Comitis Hollandiae* quondam

[a] Cit. *Ledennien.* [b] Cit. *Vuil-*

(1) *Arbitralis*] Vid. Vindicias huius Chartae ad calcem. Diſtinxi autem ad maiorem rei intellectum in ſuos Paragraphos; in Chartis enim vetustis omnia ſemper uno tenore ſcribuntur. Vtinam vero ad huius Chartae titulum tandem evigilent Nostrates, et mera illa ſomnia de *Antiquitate Reipubl. Batavae*, et de *Hollandiae* Comite *Ordinibus ſubiecto*, miſsa faciant: laetior lux Iuri nostro publico oreretur!

(2) *Compoſitionis*] Nihil inſoliti habet hoc initium, imprimis apud Flandros. Sic fere Charta PHILIPPI Comitis Flandriae a. 1179. apud MIRAEVM *Opp. Dipl.* T. I. p. 106. *Haec est conventio facta inter Comitem* FLANDRIAE *Philippum et Ducem Lovaniae Godefridum.* Cf. ſupra p. 259. Nulla igitur ratio est, cur hoc initium derideat Vir Ampl. ad STOKE D. II. bl. 152.

(3) *Willelmum*] Obſervate in hac Arbitrii Charta, WILHELMVM ubique ſimpliciter vocari *Dominum*; quum contra *Ludovicus* ſemper audiat *Comes de Los* et *de Hollandia*; quia per hanc Chartam *Comitatus Hollandiae Wilhelmo* abiudicatur.

Digitized by Google

A. 1206. d. 14. Oct. N. I. dam *filium*, arbitrio Domini PHILIPPI *Marchionis Namucenſis* [c], *Baiuli Flandriae*, et nobilium Flandriae virorum conſenſu et conſilio firmatae, et ſpontanea (4) praedictorum, Comitis ſcilicet LVDOVICI [d] et Domini WILLELMI, voluntate plenius approbatae [e]. Post longas ſiquidem controverſias inter eos verſatas tandem in bonum pacis conſentientes [f], LVDOVICVS *Comes de Los* et *Hollandia* [g] et Dominus WILLELMVS praedictus, dicto et arbitrio Domini PHILIPPI *Marchionis Namucenſis* [h] ſuper univerſa terra, quae fuit THEODERICI *Comitis Hollandienſis* [i], ſe commiſerunt [k].

§. I. Do-

c Matth. ubique *Namurcenſis*. d Cir. *Lodewici*. e Matth. *approbata*. Cir. *approbatae* recte. In MS. *appropatae*. f *conſenſientes* in autographo. Ma. Cir. *conſentientes*. g Ma. *et de Holl*. — h Autogr. ſimpliciter *Nam*. et ſic fere ſemper. i Matth. *Hollandenſis*. k Matth. *commiſerunt* ſine *ſe*; ſed conlecit, *compromiſerunt*.

(4) *Spontanea*] Spontaneam fuiſſe *Wilhelmi* voluntatem, dicit Charta. Dux tamen Brabantiae per Pactum antecedens p. 292. Ludovico clam favebat; ac *Philippus* Flandrenſis in hac Charta *Hollandiae* feudum ſibi Flandroque paciscebatur: hinc facilius viſu fuit *Ludovico* quam *Wilhelmo*, quam in partem libra iudicii et arbitrii vergeret. Nihil tamen haec ad rem, quum ambas partes conceſſiſſe in hunc *Arbitrum*, Charta ſigillis munita diſerte doceat.

(5) *Dotalicio*] Quae dos illa, ſive ut Charta habet, *dotalicium* matris *Wilhelmi* fuerit, ſcio iuxta cum ignariſſimis. *Terram* tamen fuiſſe, quae intra fines *Comitatus Hollandiae* ſita erat, fere innuunt verba. Hanc autem *Terram Ada Scotica* Wilhelmi mater in dotem accepiſſe videtur, quum *Florentio* III. Wilhelmi patri nupſit. Exſtat eiusdem *Terrae* mentio in Charta Comitis Holl. et Regis Rom. *Wilhelmi* II. a. 1248. qua *feudum ac terram*, *quam* PROGENITORES *nostri Comites Hollandiae a Domino Ill.* SCOTORVM REGE *et ſuis progenitoribus hactenus tenuerunt*; *cariſſimae ſorori nostrae* AELIDI *ac Ill. viro Ioanni de Avesnes* — *marito eius in connubium duximus conferendum* cett. in MARTEN. *Thes. Anecd.* T. I. p. 1032.

(6) *Scarpeneſſe*] Erant *Scarpeneſſe*, uti et *S. Maartensdyke*, cum reliquis Sta-

§. 1. Dominus igitur PHILIPPVS *Marchio Namucenſis* dicto et arbitrio ſuo aſſignavit *Comiti de Los Comitatum Hollandiae*, excepto dotalicio (5) matris Domini WILLELMI ſupradicti, post cuius Dominae [l] deceſſum dotalicium illud ad Dominum WILLELMVM in proprietatem deveniet. A. 1206. d. 14. Oct. N. I.

§. 2. Aſſignavit etiam Dominus PHILIPPVS *Marchio Namucenſis* Comiti de Los ſatis dicto [m] *Scarpeneſſe* (6), *Duvelant*, *Staveneſſe*, et *Drieskire* [n] (7), et hominium Domini HVGONIS (8) *de Ostforne* et *de Westforne* [o], et de appendiciis.

§. 3. Tota vero alia terra ex hac parte MOISAE (9) deverſus

[l] Matth. *Domini*, male. Noster diſerte *Dominae*, nempe *Adae Scoticae*. [m] Matth. omiſit *Marchio*, et *ſatisdicto*. [n] Ciron. *Driesbore*. Ma. omiſit *et Drieskire*. [o] Sic etiam apud Mantelium, *et hominium Domini Hugonis de Oostforne et Westforne*: ſed apud Matth. vitioſe. *et Dominum Hugonem de Oesterverne et de Westreverne*. Cir. *Dominum Dominum Hugonem*, qui *Ostenneme et Vuestrentierne*.

Staveniſſe, *Duveland*, *et Drieſchire*, hoc tempore inſulae ſeparatae, ut iam obſervavit WAGEN. *Vad. Hist.* D. II. bl. 325.

(7) *Drieskire*] Ne mireris nomen, quod hodie *Dreyſchor* audit. Sic enim adhuc vocatur in Charta a. 1411. apud MIERIS D. IV. bl. 169. *Een wtgors-natairs, gelegen buiten* DREYSCHIER, *aen die Oistzide, ſtreckende aen* Greveninge, *aen de zuytſide Rippertsoirt, ende den dyck van* DREYSCHIER, *aen die westzide dat nuwelant van Sonnemar, ende aen die noirtſide een gors geheten Bommeneeden.*

(8) *Domini Hugonis*] Intelligitur *Hugo de Vorne*, cuius hac aetate frequens est mentio, et de quo ago ad Chart. a. 1213. M. Dec. Cf. ALKEMADE *Beſchr. van den Briel* p. 195—197. Ex hac autem Charta patet, quam immenſa his terris dominia is poſſederit. Habuit *Dominium de Oost- et Westvoorne*. Habuit *Caſtellanatum de Zeelandia*, i. e. *Vicecomitatum* terrae Zeelandiae. Habuit bona in *Appenbroek*, et *praeterea in Inſulis Wilhelmo aſſignatis*. Eius quoque erat Castrum *Scarpeneſſe* in Poortvliet. Quae omnia haec Charta docent.

(9) *Moiſae*] MATTH. legit *Moſellae*, per quam vocem WAGEN. l. l. intelligit amniculum illum *de Morſelkreek*, olim Belgice *Morſelee* vocatum, qui Zuidbevelandiam ad occidentem Oppi-

Digitized by Google

A. 1206. d. 14. Oct. N. I. ſus *Flandriam* [p] per dictum et [q] arbitrium Domini *Marchionis Namucenſis* remanet in partem [r] Domini WILLELMI.

§. 4. Quicquid Dominus HVGO praedictus tenet apud *Appenbrueth* [s] (10) et *Castellariam de Zelandia* [t], et omne quod tenet infra inſulas, quae aſſignatae ſunt Domino *Willelmo*, tenebit ipſe HVGO (11) a Domino WILLELMO [u], et inde excipiuntur quatuor inſulae ſupradictae [v] Comiti *de Los* aſſignatae.

§. 5. In *Winagio* [x] apud *Gherylieth* [y] (12) habet [z] Dominus WILLELMVS omni anno quadringentas libras denariorum, et habebit illic Nuncium ſuum ad denarios colligendos, quouſque quadringentas libras receperit; omne quod illis quadringentis libris ſupervenerit, *Comitis de Los* et *de Hollandia* [a] erit. Siquid autem ad illas quadringentas [b] libras perficiendas defuerit, *Comes*

p Matth. *alia terra ex parte Moſellae verſus Flandriam.* Cir. *ex* HAC *parte.* q Matth. abest *et.* r Ma. *parte.* s Ma. *Apenbuch.* t Ma. *Castellaniam de L. Sellamidia.* u Ma. deficiunt 6 voces a *tenebit* — — *Willelmo*, ſed habet eas Cironius et Mieris. v Ma. *praedicto.* x Mantel. *Wenagio.* Matth. *Wimagio.* y Ma. *Gerolitz.* z Ma. *habebit.* a Ma. *et Hollandiae.*

Oppidi Reimerswale ſecabat. Verum in MS. Autographo diſtincte exhibetur *Moiſe deverſus.* Vnde puto, Matthaeum male pro *Moiſe de* ex coniectura legiſſe *Moiſele.* Sed *deverſus* in MS. cohaeret, et novam lineam inchoat. Et ſic etiam cum Robijns communicavit OL. VRED. in MANTEL. *Hist. Loss.* p. 152. Intellige autem eam terrae partem, quae complectebatur omnes *Zeelandiae inſulas*, tum orientales tum occidentales, adeoque etiam terram inter *Scheld* et *Heedenſèe*, ét ab altera parte illam terram, quae hodie *Overflacqué*, *Goedereè*, et *Voorne* audit, ſed multum ab priore ſtatu aquarum impetu et terrae ſubmerſionibus immutata.

(10) *Appenbrueck*] Est villa ſive locus iuxta decurſum amnis *Borniſſe*, alio nomine *Widele.* Hinc *Abbenbroek op Widele* apud MIERIS *Charterb.* D. II. bl. 123. Cf. D. IV. bl. 238.

(11) *tenebit — Hugo*] Sectatus fuerat *Hugo* partes *Ludovici* et *Adae.* Pacatis vero rebus omnia ſua recuperat,

mes de Los et *de Hollandia*[c] infra annum perficiet, et cum nuncio Domini WILLELMI *Comes de Los* et *Hollandia* miniſtrum ſuum habebit ad computandum et ſciendum denariorum receptionem in praedicto *Winagio*[d]. A. 1206. d. 14. Oct. N. I.

Illas quadringentas libras *Winagii* Dominus WILLELMVS tenebit ab *Imperatore* ſeu *Rege Romanorum* (13), ſicut *Comes de Los* et *de Hollandia*[e] tenet ab eodem *Rege* reſiduum ad *Winagium de Gervlieth.* Homines Domini WILLELMI nichil aliud ſolvent, quam ſolebant ſolvere tempore FLORENTII *Comitis Hollandiae.*

§. 6. Ad dictum et arbitrium Domini PHILIPPI *Marchionis Nam.* debet Dominus WILLELMVS benefacte[f] adheredare Comitem *de Los* de omnibus ſupradictis, et Comes *de Los* Dominum WILLELMVM bene etiam[g] adheredare.

§. 7. Vn-

b MS. *quadringintas* h. l. *c* Ms. *et* abeſt, et mox *et Hollandia.* *d* Ms. *Wimagio*, et ſtatim *Gninagii.* *e* Ms. ſimpliciter *de Los* miſſis relliquis *et de Holl.* *f* Ms. abſunt *March. Nam.* et vox *benefacte.* *g* Ms. pro *bene* habet *debet.* Rectum Citohius.

perat, et *Wilhelmo* fidem praeſtare et homagium facere debet.

(12) *Ghervlieth*] De hoc *teloneo Geervlietano* vide not. ad *Chron.* p. 161. *Winagii* vox hoc tempore nota ſatis est. Sic *Margareta* Flandriae a. 1260. concedit, ut Abbates S. Eligii — *nullum ocdagium, theloneum, pontageum*, WIENAGIVM, *ſeu quamcumque aliam costumam ſolvere teneantur, ſed ab omni exactione huiusmodi costumae liberi ſint*, in FOPPENS *Coll. Dipl.* T. III. p. 600.

(13) *Rege Rom.*] En! Teloneum Geervlietanum adhuc ſpeciale ac nominatim expreſſum *Imperii feudum.* Nec mirum hoc! Imperator ante tredecim tantum annos, p. 216. hoc teloneum Comiti Hollandiae feudali iure tenendum confirmarat. Nec Comites eo adhuc devenerant, ut invito Imperio eiusmodi Telonea exigerent, praeſertim ſi rem haberent cum exteris; uti hic cum Flandris.

Digitized by Google

A. 1206. d. 14. Oct. N. I.

§. 7. Vnde ſciendum eſt, quod Dominus WILLELMVS, ad dictum et [h] arbitrium Domini PHILIPPI, *Marchionis Namucenſis*, et Conſilii ſui, dedit ei obſides pro dicto et arbitrio ſuo tenendo *ſororem* ſuam (14), et *filiam* ſuam (15) propriam, et decem *homines de Scoudes* [i].

§. 8. Homines *de Hollandia*, qui ipſa die *Brugis* erant, fecit Dominus WILLELMVS facere hominium Comiti *de Los* et *de Hollandia*, et per *Caſtellanum de Leda* [k] (16), qui praeſens erat, debet Comiti *de Los* facere (17) haberi [l] libere *Caſtellum de Leda* vel per nuncios ſuos.

§. 9. Debet quoque mandare et praecipere omnibus hominibus *Hollandiae* et tocius terrae Comiti *de Los* aſſignatae, per litteras [m] patentes et per nuncios ſuos, ut Comiti *de Los* et

h Ms. abest *et*, postea etiam *Marchio Nam.* i Ms. *Schoudes.* Est inſula *Scaldis*, nobis *Schouwen.* k Ms. *de Leida.* l Ms. *habere.* m Ms. addit *ſuas.*

(14) *Sororem ſuam*] Ex quatuor, quas habuit *Wilhelmus*, ſororibus quaenam intelligatur, dubium. Vide tamen notas ad *Diſſertat. Genealog. Comit. Holland.*

(15) *Filiam*] Habuiſſe *Wilhelmum* filiam *Adam* nomine, quae poſt *Abbatiſſa in Reinsburch* obiit a. 1258. ut docet eius Epitaphium in BOXHORN *Theatr. Holl.* p. 224. Habuit et aliam *Richardam Domicellam de Delft* 10. A LEID. *Chron. Belg.* L. XIX. C. 9. quae et ipſa in Rijnsburg monialis fuit. Vid. CRONIC. DE HOLL. in MATTH. *Anal.* T. V. p. 535. Eius ſigilla in aes expreſſa dedi TAB. XIV. Quae filia intelligatur, incertum aeque eſt.

(16) *Caſtellanum de Leda*] Per hanc vocem, *Caſtellanum de Leda*, et mox *Caſtellum de Leda* intelligi *Caſtellum de Leiden*, (*de burgt van Leiden*) ſatis patet ex ſeqq. verbis Chartae p. 306. l. 1. ubi primariae huius aevi urbes recenſentur *Dordrech*, *Flardinghem*, LEDA, et *Harlem*. Hinc quoque infra p. 310. §. 17. coniunguntur: *Caſtellum de Leda*

Digitized by Google

et *de Hollandia* [n] hominium faciant et fidelitatem ſine aliquo A. 1206. d. 14. Oct. N. I.
malo ingenio, et in mandato illo et praecepto debet hominibus illis intimare, quod, ſi *hominium* illud et *fidelitatem* facere recuſaverint, contra omnes, qui rebelles erunt, erit Comiti *de Los* in omni poſſe ſuo in auxilium, quousque haec conſummata erunt Comiti *de Los* et perfecta.

§. 10. Et deinde [o] Dominus WILLELMVS debet ire in *Curiam* [p] Domini *Epiſcopi Traiectenſis*, et illic reddere feodum [q] ſuum (18), et guerpire ad opus Comitis [r] *de Los*, ad eum bona fide adheredandum ſine ſuo dando [s]. Et ſimili modo faciet Dominus WILLELMVS in *Curia* (19) *Ducis* [t] *Lovanienſis* (20).

§. 11. Illinc debet Dominus WILLELMVS ire apud *Dordrech*,

[n] Ms. abſunt *et de Holl.* [o] Ms. omiſit *et*; tum traiectis vocibus *debet Dominus W.*, quod frequens. [p] Ms. *Curia.* [q] Ms. fere ſemper *feudum.* [r] Ms. *Domini Comitis.* [s] Ms. ubique *ſine ſuo damno*, quod eodem redit. Expreſſi autographum. [t] *Domini Ducis.*

Leda cum villa [i. e. urbe] *et cum toto allodio*, quod est in *Castellaria illa.* Edidit etiam Matth. *Leida.*

(17) *Facere*] Nimirum ſectatus fuerat IACOBVS Caſtellanus de Leiden partes *Wilhelmi*, eique iureiurando obſtrictus ſolvi ab illo per *Wilhelmum* debebat; et, quia *Caſtellum de Leiden* feudum erat Hollandiae, cedebat nunc illud novo Comiti *Ludovico*. Et ſic in ceteris.

(18) *Feodum ſuum*] Intellige *Comitatum Friſiae Orientalis*, ex quo Wilhelmus *Freſiae* ſe *Comitem* ſcribit, de quo dixi *Excurſu* VIII. et hic p. 314.

(19) *In Curia*] De Feudo *Brabantino* res aperta est. Obtulerat nempe a. 1200. Theodericus VII. Comes, Wilhelmi frater, totam *Zuidhollandiam* Henrico Duci, eamque in feudum receperat; vid. p. 249. nunc hoc feudum *guerpibat*, id est, Comiti de Los tradebat.

(20) *Ducis Lovanienſis*] Hoc nomine adhuc *Dux Brabantinus* inſigniebatur. Vt ſatis notum est.

A. 1206. d. 14. Oct. N. I. *drech*, et ad *Flardinghem*[u], et ad *Ledam*, et ad *Harlem*, et ad quamque illarum villarum[v] debet mandare, et ſummonere[x] omnes homines vicinos et adiacentes illi villae, et praecipere eis, ut Comiti *de Los* et *Hollandiae*[y] hominium faciant et fidelitatem, et Dominus WILLELMVS omnes homines illos a *fedelitate* (ſic), quam ei fecerant, et *hominio*[z] liberos et abſolutos clamabit et dimittet, et, ſi qui rebelles fuerint, Dominus WILLELMVS ad ſummonitionem[a] Comitis *de Los* debet eum iuvare ſemel ad illos[b] deſtruendos et fugandos, nec eos poteſt Dominus WILLELMVS retinere vel iuvare, quousque ad fidelitatem et hominium Comitis *de Los* et *de Hollandia* venerint; et hoc pepigit Dominus WILLELMVS Comiti *de Los* et *de Hollandia*[c] bona fide.

§. 12. Dominus *Marchio Namucenſis* debet mittere Nuncios ſuos cum Domino WILLELMO et cum Comite *de Los* ad *Curiam* Domini *Epiſcopi Traiectenſis*, et ad Curiam *Ducis Lovanienſis*, et in *Hollandiam*, ut[d] eorum testimonio haec perficiantur, et ipſorum testimonio[e] quisque debet tam Comes *de Los* quam Dominus WILLELMVS haec, quantocius[f] potuerit, adimplere. Praecepit quoque Dominus *Marchio Namucenſis* ipſis nunciis in fidelitate et iuramento, quod ei fecerant[g], quod

u Ms. *Dordrecht*, *et ad Hardinglem.* Et mox *Arlem.* v Ms. *quamquam.* Et omiſit *villarum.* x Ms. *ſic monere.* y Ms. abs. *et Holl.* quod frequens. z Ms. pro *et hominio* habet *omnino.* a Ms. *ſummitſionem.* b Ms. abest *illos.* c Ms. abſunt *et de Holl.* d Ms. *et.* e Ms. omiſit 5 voces ab *haec* ad *testimonio.* Etiam Ciron. f Ms. *quanto* [illegible] g Ms. *eis fecerent.*

quod haec bona fide perficere ſtudeant [h]. In omnibus viis iam [i] dictis ad perficienda, quae praedicta [k] ſunt, ibit Comes *de Los* ſub conductu Domini WILLELMI, et Dominus WILLELMVS ſub conductu *Comitis de Los*. Hiis quoque peractis ſecundum relationem et [l] recordationem Nunciorum iam dictorum Dominus WILLELMVS obſides poſitos [m] rehabebit liberos. Haec omnia Comes *de Los* et Dominus WILLELMVS bona fide et ſine malo ingenio debent complere. A. 1206 d. 14. Oct. N. I.

§. 13. Dominus WILLELMVS debet mittere in *Angliam* nuncios ſuos ad rehabendam [n] *Neptem ſuam* (21) et eam reddendam Comiti *de Los et de Hollandia* [o], et, ſi per nuncios ſuos eam rehabere non potuerit, nuncii illi debent ei acquirere conductum, ut ipſe illuc ire poſſit; quod ſi non potuerint, Dominus PHILIPPVS *Marchio Namucenſis* debet ei conductum illum acquirere. Et ipſe [p] Dominus WILLELMVS in propria perſona debet illuc ire, et bona fide laborare ad hoc, ut eam rehabeat ſine ſuo dando, et, ſi in propria perſona ſua eam non rehabuerit [q], et Dominus *Marchio Namucenſis* vel per litteras Regis *Angliae*, ſeu per credibiles nuncios ſcire potuerit, quod

h Ms. laborat diſtinctione, ſic: *ſtudeant in omnibus ſupra iam dictis. Ad perficienda.* i Ms. pro *viis iam* habet *ſupra iam.* k Ms. *dicta.* l Ms. *iis* – et *ac.* m Ms. abeſt *poſitos*, et mox *de.* n Ms. *rehabendum.* o Ms. 3 voces omiſit. p Ms. *et ſi ipſe.* q Ms. et Ciron. omiſere omnia a voce *debet* usque ad *eam non rehabuerit.*

(21) *Neptem ſuam*] Solus hic locus de *Ada* Nepte, per *Wilhelmum* ex Anglia revocanda, ſufficit redarguendis omnibus erroribus, quos in hac *Adae* historia commiſit V. D. HVYDECOPER; de quibus vid. EXCVRS. XL p. 465. ſqq.

A. 1206. d. 14. Oct. N. I. quod Dominus WILLELMVS poſſe ſuum ' inde non fecerit, et quod potuiſſet illam rehabuiſſe ſi voluiſſet, tunc debet Dominus WILL. illuc ire, et Dominus *Marchio Namucenſis* debet ' cum eo mittere duos probos viros per iuramenta, et unum Abbatem in obedientia monitum, ut videant et inquirant, ſi Dominus WILLELMVS de illa rehabenda fecerit poſſe ſuum. Si nuncii illi teſtificati ' fuerint, quod Dominus WILLELMVS poſſe ſuum inde non fecerit, Dominus *Marchio Namucenſis* debet eum cogere, et *oſtagiis* (22) poſitis, et omnibus modis, ut eam reddat. Si autem teſtificati fuerint, quod inde Dominus WILLELMVS poſſe ſuum fecerit, liber inde et quitus " debet remanere.

§. 14. Dominus WILLELMVS Homines ſuos *de Zelandia* " et *de Scoudis* debet dare obſides, et facere iurare, quod, ſi in ſupradictis

' Ma. omiſit 18 voces a *poſſe ſuum* usque ad *et Dominus Marchio*. Rectum habet Ciron. Pro *tunc* Ciron. *iterum*. Sed omittit *illuc ire*. ' Ma. abest *debet*. ' Ma. *teſtificati* vitio typoth. " Ma. *quietus*. " Ma. *de Hollandia*.

(22) *Oſtagiis*] Quid ſint, docet DV CANGE in Voc. *Hoſtagiaria* p. 1209. ubi eadem huius Chartae verba citat ex L. I. *Regeſti Papae Honorii*. Eſt autem *fideiuſſio*, vel *ſecuritas per datos obſides*. Vnde paullo post infra coniunguntur, *dare oſtagiariam et ſecuritatem*. Contrahebatur hoc Oſtagium, ita, ut debitor vel alius quivis ſponſor vel fideiuſſor intra praefinitos fines vel intra urbem munitam commorari teneretur, donec fideiuſſioni ſatisfeciſſet. Cf. CARPENTIER in Voc. HOSTAGIVM 3. Exſtat de *pacto Obſtagii cum generatim tum ſpeciatim apud veteres Batavos* Diſſertatio, citata Viro D. IVNGIO *Hiſtor. Benthem*. L. II. p. 47. et p. 161. Eiusmodi fidei obſides dedit Comes Holl. Epiſcopo Traiect. a. 1204. ſupra p. 268. et a. 1225. MIER. D. I. bl. 195. De his multi multa. Vid. Clar. Vir. TYDE-

dictis compoſitionibus et conventionibus deficeret, homines illi eſſent in nocumentum, et Domino *Marchioni Namucenſi* in auxilium, quousque emendatum eſſet conſilio *Curiae Flandrenſis.* A. 1206. d. 14. Oct. N. I.

§. 15. Reſignato quoque [x] feodo a Comite *de Los* in manum Domini PHILIPPI *Marchionis Namucenſis*, Baiuli Flandriae, quod THEODORICVS [y] (23) *Comes Hollandiae* ultimis diebus vitae ſuae tenuit a Domino *Comite Flandriae*, et inde adheredato [z] Domino WILLELMO [a] testimonio hominum *Flandriae*, accepta [b] ab eo fidelitate, ad opus Domini *Imperatoris Conſtantinopolitani*, *Flandriae* et *Hainoniae* Comitis, et heredum ſuorum; ipſe WILLELMVS feodum ſuum aſſignavit Comiti *Namucenſi* ac *Marchioni*, Baiulo Flandriae, ſuper praedicta pace et conventione tenenda, in *Ostagiariam.*

§. 16. LV-

x Cron. *quippe*, ſed ex coniectura *quoque.* y Ms. hic *Theoder.* Sed MS. *TheodOr.* z Ms. *adhaereditata.* a Ms. male punctum ponit post *Willelmo.* b Ms. omiſit hic 27 voces ab *accepta* usque ad ſqq. *ſuper praedicta* l. penult.

DEMAN in not. ad Diſſert. IZ. VAN DER DOES *de vinculo, quod olim inter Dioeceſin Traiect. et — imperium Romano — germanicum interceſſit* p. 89. et VAN DE WALL *Handvesten van Dordr.* bl. 305.

(23) *Theodoricus*] Sic diſerte nunc in Charta per O. Ad rem quod ſpectat; intellige Terram inter *Scaldem et Heedensée*, de qua Charta anni 1168. d. 27. Febr. quam confirmavit et approbavit etiam *Ludovicus Comes de Los et de Hollandia*, uti habetur in Charta proxima. Nunc autem per hanc Arbitrii Chartam ad uſum *Wilhelmi* huic Feudo renunciat. *Wilhelmo* enim per hoc Pactum aſſignatur *Zeelandia*, unde apparet, qua ratione dici etiam *Wilhelmus* poſſit, et dicatur revera, hoc Pactum a. 1168. confirmaſſe et approbaſſe. Vid. infra.

Digitized by Google

A. 1206. d. 14. Oct. N. I. §. 16. LVDOVICVS Comes *de Los* et *de Hollandia* conceſſit, et pepigit Domino PHILIPPO *Marchioni Namucenſi* ad eius dictum et arbitrium et Conſilii ſui, de conventione inter ipſum et Dominum WILLELMVM tenenda, et [c] pace, et omni compoſitione, dare *Ostagiariam* [d] et ſecuritatem; videlicet, quod coram *Epiſcopo Traiectenſi* ponet terram *Hollandiae* in *Ostagiariam*; quod, ſi in ſupradictis [e] compoſitionibus et conventionibus deficeret, terra illa remaneret in manu ipſius *Epiſcopi*, ita quod Comes *de Los* nichil interim acciperet [f] in terra illa, quousque emendatum eſſet conſilio *Curiae Flandrenſis*, et litteras patentes ipſius *Epiſcopi* debet Comes *de Los* exinde facere haberi Domino PHILIPPO [g] *Marchioni Namucenſi.*

§. 17. Quatuorque inſulas ſupra nominatas *Scarpeneſſe* [h] ſcilicet, *Duvinlant*, *Staveneſſe* et *Dreeskiere*, et *Castellum de Leda* cum villa et cum toto allodio, quod est in *Castellaria* [i] illa, quae omnia ad Dominium et feodum *Flandriae* dedit idem Comes *de Los* et [k] *Hollandia*, poſuit etiam in *Ostagiariam.*

Quod ſi deficeret [l] in praedictis compoſitionibus et conventionibus, Dominus *Marchio Namucenſis Baiulus Flandriae* [m] manum mitteret ad feodum illud [n], quousque emendatum eſſet conſilio *Curiae Flandriae* [o].

Ho-

c Ma *et* omiſit. d Ma. ubique *hostagiar.* e Ma *ſi praedictis.* f Ma. *reciperet interim de t. i.* g Ma. ſimpliciter *habere Philippe.* h Ma. ſic: *Scarpeniſſa*, *Duvelant*, *Staveniſſe* et *Dreilhire.* Mantel. pro ultima voce *Driſuie.* Intellige *Dreyſchere.* i Ma. *Castellania.* k Ma. add. *de.* l Cir. *deficerent.* m Ma. abs. *Ba. Fl.* n Ma. abest *illud.* o Ma. *Flandrenſis*, etiam infra.

Homines quoque *Hollandiae* et *inſularum* praedictarum ponet A. 1206. d. 14 Oct. N. I.
obſides Comes *de Los* et *de Hollandia*, ita quod faciet eos iurare, quod, ſi deficeret in praedictis, ipſi homines eſſent Comiti *de Los* et *de Hollandia* in nocumentum, et Domino *Marchioni Namucenſi Baiulo Flandriae* [p] in auxilium, quouſque emendatum eſſet conſilio *Curiae Flandriae*.

§. 18. Ponet quoque Comes *de Los* Dominum *Epiſcopum Leodienſem* Oſtagium, quod, ſi in conventionibus [q] praedictis deficeret, ipſe *Epiſcopus* manum mitteret ad feodum ſuum, et interim Comes *de Los* nichil acciperet in feodo illo, quod tenet ab *Epiſcopo* (24), quo uſque emendatum eſſet conſilio *Curiae Flandriae*, et inde literas ipſius *Epiſcopi* patentes acquiret [r] Comes *de Los* Domino *Marchioni Namucenſi*, *Baiulo Flandriae*.

Pro poſſe etiam ſuo fine ſuo dando ponet Comes *de Los* Oſtagium *Ducem Lovanienſem*, quod, ſi in conventionibus ſatisdictis deficeret, *Dux* ad feodum ſuum manum mitteret, quouſque emendatum eſſet conſilio *Curiae Flandriae*, et inde litteras ipſius Ducis patentes faciet haberi Domino *Marchioni Namucenſi*, *Baiulo Flandriae*, de propria Comitis *de Los* hereditate, quam poſuit in Oſtagiariam. §. 19. Est

p Ma. abs. *March.* et *Ba. Fl.* q Ma. *ſi conventionibus et compoſitionibus.* r Ma *acquireret.* Et abest *March.* ſic ſaepe.

(24) *Ab Epiſcopo*] Quae bona in feudum tenuerit *Ludovicus* Comes de Los ab Epiſcopo Leodienſi, ſatis docet MANTEL. in *Hiſtoria Loſſenſi* et *in Haſſeleto ſuo.* Cf. EXCVRS. XI.

A. 1206. d. 14. Oct. N. I.

§. 19. Est in veritate Domini *Marchionis Namucenſis*, quod, ſi [s] Comes *de Los uxorem ſuam* rehabuerit, et Domino *Marchioni Namucenſi* viſum fuerit, quod bene poſſit Comes *de Los* per uxorem ſuam adheredare Dominum WILLELMVM de terra, quae ei est aſſignata, et ipſe Comes *de Los* inde deficeret, tunc [t] feodum Domini *Epiſcopi Leodienſis*, et feodum Domini *Ducis Lovanienſis*, eſſent [u] in praedicta Ostagiaria.

§. 20. Haec omnia plenius tenenda et firmius obſervanda LVDOVICVS Comes *de Los* et *Hollandia*, et Dominus WILLELMVS ſaepedictus [v] tactis ſacroſanctis iuraverunt.

Dominus quoque PHILIPPVS [x] *Marchio Namucenſis*, *Baiulus Flandriae*, ſuper hiis omnibus inviolabiliter obſervandis, ad petitionem Comitis *de Los* et *de Hollandia* et Domini WILLELMI obſidem ſe conſtituit, ſigilloque ſuo cum ſigillo Comitis *de Los* et *de Hollandia*, et cum ſigillo Domini WILLELMI ſaepedicti, praeſens ſcriptum confirmari decrevit.

Testes Arnulphus Comes Ginnarum.
Wilhelmus Advocatus Bethunienſis [y].
Ioannes Castellanus Brugenſis.
Willelmus Castellanus Sancti [z] Audomari.
Arnulphus de Aldenarda [a].
Theodoricus de Beverna.

Sige-

s Cit. *qui*. Sed ex coniect. *quod ſi*. t Ms. abſunt voces *tunc* -- *Epiſcopi* -- *et feodum* -- *Ducis*. u Ms *eſſet*. Cit. *eſſent*. v Ms. abest *ſaepedictus*. x Ms. abest vox *Philippus*. y Ms. *Betan*. z Ms. abest *ſancti*. a Ms. *Ardenait*, et *de Bunia*.

Digitized by Google

Sigerus Castellanus Gandavenſis. A. 1206. d. 14. Oct. N. I.

Walterus Bertoldus.

Walterus de Sothenghem [b].

Bernardus de Rosbais [c].

Gerardus de Audemborch.

Egidius Camerarius Flandriae.

Hugo de malo Alneto.

Daniel de Curtraico.

Egidius de Odenghiem, et quamplures alii (25).

Actum *Brugis* in Domo *Praepoſiti*, menſe Octobri [d] die feſto Sancti Donatiani, anno Verbi incarnati MILLESIMO Ducenteſimo SEXTO.

b Ms. *Selaibei* -- *Roſebais*. c Ms. post *Rosbais* habet *et quamplures*. Reliqua intermedia deſunt. d Ms. *Octobria*.

(25) *Plures alii*] In confederatione a. 1195. inter *Balduinum* Flandriae Comitem et *Henricum* Ducem Brabantiae, quae exſtat in BVTKENS *Troph.* T. I. Preuv. 48. multa eorumdem teſtium nomina occurrunt.

* * *

Appendent tria ſigilla.

Primum ſigillum est PHILIPPI, quod repraeſentat *Equitem* armatum cum hasta protenſa, et ſcuto in pectore: cum hac inſcriptione:

PHI . . . . VS MARCHIO NAMVCI.

In Contraſigillo minori exſtant eius arma gentilicia cum inſcriptione:

CLAVIS.

Secundum est ſigillum LVDOVICI *Com. Losſenſis*, repraeſentatque Equitem armatum gladium manu tenentem, in pectore ſcutum gentilicium familiae Losſenſis cum hac inſcriptione:

S' LODOWICI COMITIS D . . OS ET DE HOLL . . .

A. 1206. d. 14. Oct. N. L.

i. e. *de Los et de Hollandia*. In Contraſigillo minori arma familiae Hollandiae Gentilicia cum his verbis:

ET COMITIS DE DVRAZ.

Tertium Sigillum eſt WILHELMI, repraeſentans *Equitem* armatum cum ſcuto in pectore, in eoque etiam arma familiae Hollandiae gentilicia, cuius inſcriptio vetuſtate eſt abolita; ſed reſtitui poteſt ex aliis eius ſigillis, TAB. X. et XII. exhibitis; ſed in Contraſigillo, eiusdem magnitudinis, exſtat, ut videtur, B. Mariae annunciatio, cum hac epigraphe:

✠ VV. . . . . FRESIE.

i. e. *Wilhelmus Comes Freſiae*, ut alibi. Reliqua ob vetuſtatem deſiderantur.

Quod autem in Contraſigillo Losſenſi inveniatur titulus *Comitis de Duraz*, inde fit, quod etiam hunc Comitatum habuit. Docet hoc *Carolus Langius* MS. ex *Chartulario Eccles. Leodienſis*, citatus in BVTKENS *Troph.* T. I. *Preuv.* p. 57. *anno* 1203. LVDVICVS COMES DE LOS *relevat ab Eccleſia Leodienſi Caſtrum Montigny — allodium Teſſenderlo, — Lumay cum Caſtro, quod* LVDVICVS *advocatus de Hasbania ab ipſo Comite tenebat, et ex eo Epiſcopus ei ceſſit omne ius, quod habebat in Caſtro* DVRAS, *occupato per* DVCEM LOVANIENSEM, *a quo Comes praefatus tenere ſe in feodum contendebat; ita ut a ſe et ſuis ſucceſſoribus relevet ita in feudum.* Cf. MANTEL. *Hiſt. Loſs* p. 149. qui eadem profert ex Codicillis Eccleſiae Leodienſis. Adde Chartam *Hugonis* Epiſc. Leod., hac de re conſcriptam, in FOPPENS *Nov. Dipl. Coll.* T. IV. p. 387. ſq. Nimirum *Gerardus* pater Ludovici ſororem habuerat *Aleidem* Losſenſem, quae nupſerat *Aegidio Comiti de Duras*. Et hinc illud ius. Vid. BVTKENS *Suppl. aux Troph.* T. IV. p. 50. *Philippus* autem ſupra tum *in Sigillo* tum *in Charta*, non *Namurcenſis*, ſed *Namucenſis* audit ex more huius aevi. Sic enim ubique in Chartis. Vid. R. P. IEAN BERTHOLET *Hiſtoire Eccléſiaſtique & Civile du Duché de Luxemburg*, T. IV. *Preuv.* p. XXXVIII. ſq. Eiusque *Philippi* mentio cum eadem *Namucenſis* ſcriptura occurrit etiam in duabus aliis eius Chartis, quas ſervo.

Vin-

Digitized by Google

Vindiciae Sententiae arbitralis ſive Laudi, de dividenda Hollandia, Zeelandia et Friſia inter Wilhelmum Comitem Friſiae et Ludovicum Comitem Loſſenſem.

A. 1206. d. 14. Oct. N. I.

Summaria huius Pacis Capita iam produxerat et Chartam Brugis reperiri monuerat MANTELIVS *Hiſtor. Loſſens.* p. 152. Eius ſigilla memoravit OL. VRED. *Geneal. Com. Flandr.* p. 201. qui ſaepius huius Pacis meminit. Totam denique Chartam ex CIRONII Operibus, ſed vitioſam admodum et variis truncatam locis, primus produxit Vir de Patria Hiſtoria bene meritus A. MATTHAEVS *Anal. Med. Aevi* T. III. p. 125. Ed. 4. et hinc MIERIS *Cod. Dipl. Com. Holl.* D. I. bl. 147. Edidit nempe CIRONIVS Iuriſconſultus Italus hoc Arbitrium in *Appendice ſua ad notas in V. Compilationem*; ubi poſtquam in Obſervat. p. 110. dixerat, neminem huius meminiſſe *Compoſitionis*, immo BEKAM referre, Ducem Limburgiae transmiſſum ab una parte ad aliam, ut tentaret de pace ac concordia, *ſed fruſtra*, in *addendis ſuis*; „ *Est tamen*, „ inquit, *integra haec Compoſitio* in *Registro Honorii* MSS. Lib. I. Piaculum „ exiſtimarem omittere tam inſigne Hiſtoriae monumentum, quia maxime Ca„ put hoc noſtrum [intelligit literas Papae Honorii, quas dabo ad a. 1217. „ N°. I et II.] illuſtrat. Equidem mirari ſatis nequeo, tam altum hac de re „ ſilentium apud Hiſtoricos *Hollandiae*, et praecipue apud nobilem huius ſe„ culi ſcriptorem MATTHAEVM VOSSIVM, qui licet in *Annalibus Hollan*„ *diae*, Namurcenſis, huius Compoſitionis Arbitri, meminerit, nullum ta„ men de hac *Compoſitione* verbum adiecit. An dicendum eſt, veritatem quo„ que ipſam victoris *Guillelmi* partes ſecutam fuiſſe; et licet non adeo impu„ denter, ut vultum fucatum oſtenderit, ſaltem amaſſe tenebras et latibula, „ et noluiſſe in publicum prodire, niſi facie velo obducta ". Haec CIRONIVS. Notemus igitur ex hoc *Cironio*, Iuriſconſulto peregrino, et doleamus noſtratium ſcriptorum inertiam, qui hactenus tot egregia Patriae monumenta vel neglexerunt, vel, quod turpius, [illegible] ſuſpecta habuerunt. Ego vero ipſum Autographum eiusque delineationem debeo humanitati Viri Rev. Canonici DE WITTE, Excell. ac Rever. Epiſcopó Brugenſi a ſecretis, qui ſe praeſente hanc Chartam deſcribendi, ſigillaque efformandi, copiam mihi fecit: quod gratus agnoſco.

Verum inſigne hoc Antiquitatis Monumentum, nunquam ante ANT. MATTHAEI induſtriam Hollandis viſum, auſus non modo eſt Vir quidam Doct. in dubium vocare, ſed tot etiam ſcommatibus et exſibilationibus onerare, ut, etiamſi viris cordatis ſufficiat, docuiſſe, revera illud adhuc ſine ulla ſuſpicionis macula ſupereſſe; ne quem tamen Ampl. Viri audacter affirman-

Digitized by Google

A. 1206. d. 14. Oct. N. I. firmantis, auctoritas, argumentis prima ſpecie blandientibus ſtabilita, in errorem impellat, primaria eius contra hanc Chartam argumenta breviter ad examen revocare neceſse ſit.

Et primo quidem monendum duco, Virum Doctum, cum aliis noſtrae Hiſtoriae ſcriptoribus, in eo errare, quod *Pactum Pacis*, inter *Philippum Comitem Nam.* a. 1205. Zeelandiae partem ad Orientem ſitam invadentem, et inter *Wilhelmum* Comitem Holl. ſuo marte initum, (unde Philippus ille neutrarum partium eſſe coepit.) cum hoc *Pacto Pacis* ſive *Arbitrio* confundat; quum contra, *communi partium ſuffragio Philippus Namucenſis* hanc Pacem inter *Ludovicum* Loſſenſem et *Wilhelmum* Friſiae Comitem tamquam *Arbiter* d. 14. Oct. 1206. pepigerit: quemadmodum pluribus docui ad *Chronic. Egmond.* p. 211-213. Abuſus hoc errore eſt Vir D. ad STOK. D. II. bl. 151—154. Videamus igitur docti huius Viri argumenta, quibus hanc Chartam furcillare conatus eſt.

Primum petitur ex Chartae verbis, quae ſic ſonant: *Compoſitio et pax perpetua inter Ludovicum* COMITEM *de Los et* DE HOLLANDIA, *et Dominum* WILLELMVM *Florentii Comitis Hollandiae quondam filium*, *arbitrio Domini Philippi Marchionis Namucenſis Baiuli Flandriae*, *et Nobilium etc.* Ad quae verba V. D. bl. 152. ſic: *Ik weet niet*, *hoe verſtandige mannen dit zonder lagchen konnen leezen. Een vluchteling*, *verjaagd*, *verdreeven*, *beſpot*, *van zijn magtigſte Vrienden verlaaten*, *wordt hier op een bof*, *Graaf van Holland.* Verum reſpondeo, eſſe haec, quot verba fere, tot errores. Ignoravitne Vir Doctus, *Ludovicum* habuiſſe potentiſſima ſubſidia; nec non homagium multis Principibus praeſtitiſſe? Agnovit enim *Ludovicus* Loſſenſis Dominum ſuum, *Epiſcopum Leodienſem*, cuius homo ligius erat. Vid. ſupra p. 266. et 311. *Concurrerant in eius adiutorium*, teſte CHRONICO EGMVND. p. 192. l. 4. *ſummi Principes*, *Dux Limburgenſis*, *Adolſus Comes de Monte*, *Comes de Are.* Conciliarat ſibi hoc eodem anno 1206. potentiſſimum his in terris Principem, Ducem Lotharingiae, HENRICVM I. quocum inter alia eodem anno pepigerat: *Cum Dux et Comes fuerint compoſiti*, *Dux bona fide* IVVABIT, *quod* COMES *de* LOS *et* DOMINVS WILHELMVS *de* HOLLANDIA COMPONANTVR; *ſi vero Dux hoc iuvare non poterit*, *Dux* VTRIQVE DIEM PRAEFIGET *et Comiti de Los ſatisfaciet etc.* Vid. ſupra p. 298. Conf. not. ad CHRONIC. p. 192. (46). Ex hac igitur *Compoſitione* manavit haec Arbitrii Charta. Erant ambo enim *Pares* Brabantiae, ſive Vaſalli *Henrici* Ducis; *Loſſenſis* nempe ex dicta cum *Henrico* pactione, *Wilhelmus* vero *Holl. Comes* ex homagio Zuithollandico a. 1200. Duci *Henrico* praeſtito. Vnde facilis eſt coniectura, *Wilhelmum* vel invitum eo devenire debuiſſe, ut rem controverſam pro more huius aevi arbitris decidendam permiſerit; quod arbitrium, etſi neutrarum partium viris

Digitized by Google

viris mandatum, tamen propter potentem Brabantiae *Ducis* inſinuationem haud admodum aequum Wilhelmo contigiſſe, non eſt mirandum. Cf. p. 300. (4). A. 1206. d. 14. Oct. N. I.

Pergit 2°. Vir doctus: *Die hem verdreeven hadt, die hem buiten hieldt, en tot zyn doodt toe, in 't vreedzaame bezit van 't Graafſchap van Holland gebleeven is, mag hier zelfs geen* GRAAF, *maar ſlechts* HEER *en* ZOON *des* GRAAFS *van* HOLLAND *heeten.* Quae de quieta poſthac Comitatus poſſeſſione hic dicuntur, ea nihil ad rem; nam quaeſtio nunc eſt de Charta anni 1206. non de rebus poſt geſtis: quamquam ne hoc quidem *de quieta poſſeſſione* verum eſt, ut EXCVRS. XI. docui. Quod autem *Losſenſis* vocetur *Comes* HOLLANDIAE, *Wilhelmus* vero tantum *filius Comitis Holl.*; id rectum et aequum! Quomodo enim aliter hi vocarentur in Charta, in qua *Comitatus* HOLLANDIAE *Ludovico* Losſenſi per Arbitrium adiudicatur, et *Wilhelmo* abiudicatur, relictis ei Zeelandiae terris. Idem titulus *Losſenſi* datus eſt, quando Homagium *Comiti Flandriae* pro terris Zeelandicis praeſtitit in Charta d. 14. Oct. a. 1206. N°. II. Et, quod rem penitus conficit, ad *Arbitrium* hoc Philippi etiam appendet *Sigillum Ludovici de Los* adiecta hac inſcriptione: *S. Lodowici Comitis de Los* et *de Hollandia.*

Addit 3°. Vir doctus ac pergit hunc in modum: *En het is hier mede van 't uiterſte belang, dat* WILLEM *in 't vervolg gezeid wordt dien afſtand van Holland* BEEEDIGD EN BEZEGELD *te hebben.* Reſpondeo: omnino hoc magni eſt momenti, praeſertim quum eius adhuc *Sigillum* ex *Charta* dependeat, etſi ex parte mutilum, ita ut tantum legi poſſit prima litera Nominis VV........ adiecta voce FRESIE. Fuiſſe autem tunc temporis *Wilhelmum Comitem Freſiae* ſatis probavi in EXCVRS. VIII. Debuit is etiam hoc Arbitrium *iureiurando* confirmare et *Sigillo* communire; idque ex huius aevi Arbitros ſumendi more. Vnde recte in ipſa Charta dicitur: *ſpontanea praedictorum, Comitis ſcilicet* LVDOVICI, *ac Domini* WILLELMI *voluntate plenius approbata.* At non modo *Comes Wilhelmus*, et *Ludovicus*, ſed etiam *Philippus* Namucenſis, Sigillum adiecerunt: *Namucenſis — Sigillo ſuo cum Sigillo Comitis* DE LOS *et* DE HOLLANDIA, *et cum Sigillo Domini* WILLELMI *ſaepe dicti, praeſens ſcriptum confirmari decrevit.* Nullius igitur ſunt momenti, quae hactenus dicta ſunt; immo magis confirmant Chartae probitatem. Videamus, num reliqua melioris ſint notae.

4°. Sic pergit Vir Doctus: *Het is ook grof verzind, dat Willem zyne verſchillen met Lodewijk zoude verbleeven hebben alleen aan* PHILIPS *en de Vlamingen, die Lodewijk tegen hem onderſteunden.* Verum etſi vel hoc ita foret, non tamen inde ſequerentur ea, quae vult Vir D. Atqui penitus falſum hoc eſſe, et *Philippum* isto anno *neutrarum* fuiſſe *partium*, adeoque omnium commodiſſime *Arbitrum* capi potuiſſe, docet CHRONICON EGMOND. a.

Digitized by Google

A. 1206. 1205. p. 211. ſq. ubi etiam docemur, auxilium, a Philippo *Ludovico* denegatum,
d. 14. Oct. magna ex parte in cauſſa fuiſſe, cur L. de Los *re audita feſtinus* ex Hollandia
N. I.. ſuas in ditiones a. 1205. abſceſſerit.

5°. *Maar niets*, inquit, *ontdekt de botte onkunde van den opſteller meer, dan dat hy geheel Holland onbepaaldelyk toewijst aan* LODEWIJK. *Waar was toen* ADA? *Leefde zy? of was zy dood? In 't eerſte geval was zy Gravin; haar man alleen Voogd; in het tweede, was Willem de geboren Graaf.* Reſpondeo: argutationes hae ſunt, non argumenta. *Adam* in Anglia captivam *vixiſſe*, docet ipſa Charta, promittitque Wilhelmus, *ſe miſſurum nuncios ad rehabendum neptem ſuam, et eam reddendam Comiti de Los.* Pactum igitur eſt *de Ada*, non *cum* ADA; ſed omnino cum LVDOVICO ADAE *marito*. Quod autem de *Ludovico* TVTORE addit Vir Doctus: nollem dictum! Non ignorare potuit Vir D. illos, qui poſtea relictas Comitum filias uxores duxerunt, optimo iure *Comites Hollandiae* dictos eſſe, ſuoſque in liberos Comitatum iure hereditario propagaſſe?

6°. Denique addit: *En geen Rechter, veel min een verkooren goede man, was bevoegd om Holland over te brengen in een vreemd geſlachte.* Recte hoc de *Iudicibus!* Comites enim Hollandiae non habebant *Iudices* niſi vel *arma* vel *Imperatorem*. *Armis* cauſſam hactenus egerant utraeque partes. *Imperator* vero, diſtracto his temporibus circa Imperatoris electionem Imperio, nullus erat, vel certe inter *Philippum* Suevum et *Ottonem* IV. electio anceps et ambigua, et uterque Imperii favorem pro ſe ambierat. Nihil igitur reſtabat, quam ut eligerent arbitros, neutrius partis ſtudioſos; idque ex more huius aevi! Cui enim ignotum eſt *Ius Auſtregiarum*, quod magnam iſtius temporis Iurisprudentiae partem abſolvit; nihilque his *Arbitris* frequentius ſive *datis* ſive *ſumtis* in MIERIS *Codic. Dipl. Com. Holl.* Sic D. I. bl. 295. arbiter ſedet *Dux Brabantiae* inter *Flandriae* et *Hollandiae* Comites. Sic a. 1178. Imperator ipſe FREDERICVS captus eſt *arbiter* inter Epiſcopum Traiect. et Comitem Gelriae ſuper *Feudo Veluae* in HEDA p. 177. Sic Rex Franciae Arbiter ſedit inter eosdem MIER. p. 295. f. Sic *Comes Flandriae* et *Gelriae* inter Epiſcopum Traiect. et Comitem Hollandiae p. 319. Sexcenta eiusmodi poſſem proferre; ſed de his alibi fuſius. Quod autem idem Vir Doctus *de peregrina familia* addit, in eo ſua ipſius vineta caedit. Nam alibi bl. 124. multis probare annixus eſt, *Adam* fuiſſe legitimam Comitatus Hollandiae heredem ac ſucceſſorem. Hollandia autem, quantum ad alodia, quae maior huius pars, erat hereditaria quidem Comitum poſſeſſio, quae a parente ad filiam Adam devolvebatur; quantum vero ad *feudalia bona*, ex iure conſuetudinario illius temporis, devenire debebat vel ad Imperium vel ad maſculum heredem, qui Wilhelmus erat.

7°. His omnibus levi brachio confutatis, reſtat ultimum Viri D. argumentum, quo contendit, *Philippum* Namucenſem d. 14. Oct. a. 1206. tamquam *Flan-*

Digitized by Google

Flandriae tutorem non amplius conficiendae huic Arbitrii Chartae praeeſſe po- A. 1206.
tuiſſe, quia eius in locum iam anni 1206. initio hanc *tutelam* in ſe receperat d. 14. Oct.
BOCHARDVS Aveſuiae. Verum mentem MEIERI *Ann. Flandr.* ad a. 1205. N. I.
non cepit Vir Doctus. MEIERVS illic multa disiungenda brevitatis cauſſa coniunxit. Quo rem clarius oculis ſubiiciam, notemus, *Balduinum* Flandriae Comitem, et Orientis Imperatorem, captum eſſe d. 15. April 1205. *Henricum* vero Balduini fratrem d. 20. August. 1206. ad Orientis Imperium eſſe evectum. Vid. quos laudat ſcriptores OFFERHAVS *Histor. Univerſ.* L. VIII. c. 22. §. 2, 3. not. (c). et (f). Succeſſit tunc in Comitatu Flandriae filia *Balduini* IOANNA, quae poſtea a. 1211. nupſit *Fernando* Luſitano: huius *Ioannae* tutor fuit PHILIPPVS MARCHIO NAMVCENSIS. Tantum autem abeſt, ut *Philippus* a. 1206. hanc Chartam ſignare et arbiter ſedere haud potuerit, ut, eodem narrante MEIERO ad hunc annum 1211. idem hic PHILIPPVS novos hos coniuges benevole proſecutus ſit, et primarius in Flandriae urbes deduxerit. En eius verba: *Ferdinandus, uxore febricitante cum Mathilde amita Doaci relicta, penitiorem iniit Flandriam,* DEDVCENTIBVS *ipſum* IMPRIMIS PHILIPPO NAMVRCENSI, *Ioanne Nigellano* ſqq. Confirmat id GENEALOG. *Com. Flandr.* in MARTENE *Theſaur. Anecd.* T. III. p. 397. C. *Fernandus cum amita ſua M. regina — et uxore ſua Flandriam et Hayonium veniebat, recipiendus ab hominibus terrae in dominum — Reliquit autem Duaci uxorem ſuam febricitantem cum amita —. Ipſe vero properavit Ypram,* DEDVCENTIBVS *eum* PHILIPPO, *qui erat Marchio Namurcenſis, et patruus uxoris, et Iohanne* ſqq. Sed en tibi aliud! Nempe literae HENRICI Imperatoris Orientis, fratris *Balduini*, quibus Flandris 600 Milites et 10000. ſervientes imperat, in Orientem mittendos, ſcriptae MENSE SEPTEMBRI *anno* 1206. *apud Adrianopolim* ad Praepoſitum S. Amati: *Rogamus — quatenus — conſilium et auxilium veſtrum — — maxime fratrem noſtrum* PHILIPPVM MARCHIONEM NAMVRCENSEM *et omnes quotcunque poteritis ad hoc inducatis.* Ignorare id non potuerit *Septembri Henricus*, ſi *Philippus* anno 1205. vel ineunte 1206. tutelam amiſiſſet, ut vult Vir D. Sed quid, ſi monſtrem, *Philippum* anno adhuc 1210. *Tutorem* fuiſſe Flandriae? En Chartam a. 1210. menſe *Februario* in A. MIRAEI *Opp. Dipl.* T. II. p. 1209. *Ego Philippus Marchio Namurcenſis,* FLANDRIAE *et Haynoniae* PROCVRATOR, *praeſenti ſcripto notum facio univerſis.* En duas alias a. 1209. d. 8. Oct. apud MIR. *Opp. Dipl.* T. III. p. 77. ſq. in quibus diſerte adhuc *Flandriae et Hannoniae Procurator*, etiam ab Flandriae *Cancellario*, appellatur.

En argumenta prima ſpecie blandientia, ni fallor, ad unum omnia levi brachio disiecta.

N. LXIX.

Digitized by Google

N. LXIX.

A. 1206. d. 14. Oct. N. 11. Iterata confirmatio LVDOVICI Comitis de Los et de Hollandia Pacti Heedenſeani d. 17. Febr. a. 1168. initi.

A. 1206. d. 14. Oct.

Ad Excurs. VII. p. 270, 271.

(Inventaire des *Titres* étant en la Chambre des Comptes à Lille, concernans le Comté de Zelande. n. 1.)

A. Vidimus ſous le Seel des Eveſques de Cambray, Tournay et Arras des Lettres *de confirmation de* LOUIS *de Los et de Hollande* de *l'Accord* fait en 1167. (1) entre PHILIPPES *Comte de Flandres*, et FLORENT *Comte de Hollande*, au ſujet de certains privilèges, que le Comte de *Flandre* avoit ſur les Sujets du *Comtè de Hollande* et d'autres droits en Zelande.

A Brugis en Octobre 1206. le jour de la feste de St. Donatien.

Le Vidimus 1246.

(MARTENE et *Durand Thes. Anecd.* T. I. p. 1037. in fine).

B. Habentur post confirmatoriam WILHELMI II. Comitis Hollandiae Regis Roman. d. 3. Aug. a. 1248. Chartam Pacti Heedenſeani ſequentia.

„ *Haec eadem vero approbarunt et confirmarunt* LVDOVICVS „ COMES *de* LOËS *et de* HOLLANDIA (2)".

N. LXX.

(1) Id est ex ſtilo hodierno a. 1168. Vid. p. 184. Male in Apographo meo a. 1177.

(2) *De Hollandia*] Credibile est ſpectare haec non ad priorem Ludovici Loss. confirmationem, ſupra p. 283. ſed ad hanc posteriorem, quia is ex proximo demum pacto dicere ſe ac ſcribere potuit *Comitem de Hollandia.*

Digitized by Google

N. LXX.

LVDOVICVS Comes de Los et uxor ADA reſignant, et ab HENRICO Duce Brabant. in Feudum recipiunt, quidquid alodii iure in tota *Hollandia* habebant. A. 1206. post d. 14. Oct. N. 1.

Post d. 14. Oct. 1206. vel ineunte 1207. (1).

Ad Chronic. p. 188. *b. et Excurs.* X *I. p.* 479.

(Extraict des Regîtres de Brabant apud BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. *Preuv* L. IV. p. 57. (2) et hinc MIERIS ad a. 1204. D. I. bl. 145. nec non MANTEL. *Hist. Loss.* p. 154.)

D*ux* et *Comes* ſub hac forma compoſuerunt, quod *Comes* et *uxor* eius omne *Allodium*, quod competit eis ratione et iure hereditario in tota *Hollandia* (2), in manus *Ducis* reſignabunt, et

(1) Vir Nobilis, Dominus DE GRIJPSKERKE, *Deſcript. Zeeland.* MS. Cap. 3. p. 83. excitat, (forte ex BVTKENS L. IV. p. 166.) *het accoord van den Hertog van Brabant en den Graaf van Loon met Vrou Ada a.* 1203. ubi haec: *ſcavoir est que ledict Comte & la Comteſſe Ade ſa femme reſigneroit en mains du Duc tout ſon Alleu que par droict d'heritage leur competoit en* HOLLANDE, *& le recevroit de luy en fief.* Vnde fere inductus eram, ut crederem, hoc Pactum initum esſe a. 1203. quod MIERIS edidit ad a. 1204. quemque annum ipſe citavi not. ad CHRON. p. 188. b. ſed ſi attendas ad verba in fine p. 324. ubi ſermo est de *Pacto Concordiae*, patebit, citius poni non poſſe quam ad finem anni 1206. vel a. 1207. Sermo enim est de *Concordia* iam *ordinata* inter *Wilhelmum* Holl. et *Ludovicum* Loss., de qua vid. 14. Oct. 1206.

(2) *Allodium — in Hollandia*] Sola haec verba omnes fictiones V. D. HVYDEC. de ADA praemortua, et de nupta ALEIDE, penitus ſubvertunt, quin ex ſemet validiſſime refutari ſcriptor

A. 1206. post d. 14. Oct. N. I. et idem Allodium a Duce in feodum recipient cum omni integritate, excepta Domo *de Leyden* et *Caſtellaria* (3). Attamen

ptor poteſt. Si enim LVDOVICVS, ipſo confitente ad STOK. D. II. bl. 155. poſt mortem ADAE *nullum omnino ius in Hollandiam vel Zeelandiam habuit*; his in verbis: *zy moet noch* [1205.] *geleefd hebben; alzo* HY, *na* HAAR *dood, geen recht ter werreld op Holland of Zeeland — hadt*: quomodo igitur *Ludovicus* et VXOR alia quaedam ALEIDIS, (quam hic intellectam Vir contendit) loqui poſſent de *Allodio, quod competit* EIS [id eſt, ſecundum HVYDEC. LVDOVICO et ALEIDI] *ratione et* IVRE *hereditario in tota* HOLLANDIA? et quomodo illi *hoc Allodium* a Duce Brabantiae *in feudum* recipere poſſent, *cum omni integritate, excepta Domo de* LEYDEN *et Caſtellaria*: et cur haec *Caſtellaria* excipitur? Haec non cohaerent, immo verae hiſtoriae repugnant. Omnis error, qui non ſolum hunc ſcriptorem, ſed etiam longe doctiores occupatos tenuit, in eo latet, quod non ſatis diſtinguant inter bona Comitum *Feudalia*, quae ab Imperio tenebant, et inter bona *alodialia*, quae vel a parentibus iure proprio habebant vel ab Imperatoribus acceperant; cuius generis longe maior pars *Hollandiae* fuit. Egregie hoc diſcrimen ratione Ducatus Brabantiae iam obſervavit IO. AD. KOPP *Heſſencasſel erbrecht auf Brabant* p. 1. cum not. (c) quem locum, etſi longiusculum, huc tamen apprime facientem, hic exhibebo, quia Libellus ille noſtris in terris parum eſt cognitus. Sic incipit ille: „So lange die Teutſche „Reichs-Stände in denen mittlern Zei„ten, bey und nebſt ihrer Altvaterli„chen *Allodial*- und Erblanden, die „Herzogthümer, Land- Marg- Burg„und Graffſchaften, nicht erblich, ſon„dern als bloſe Amtſchaften, von denen „Römiſchen Kayſern und Königen an„vertrauet erhalten; ſo lange iſt auch „das Herzogthum Nieder-Lothringen „oder Brabant nicht bey einem Hauſe „erblich verblieben, ſondern bald die„ſem bald jenem in ſolcher Eigenſchaft „aufgetragen und anvertrauet worden; „Mithin iſt gantz unnöthig dermahlen „ſich hierbey aufzuhalten". Quibus verbis doctam hanc obſervationem abiungit. „Es werden zwar von einigen zwey „Brabantiſche Erbtöchter, nemlich die „heilige BEGGA, des *Pipini Sancti* „Tochter, und GERBERGA, *Caroli* „*Ducis filia*, angegeben, vid. CHRON. „NIVELLENS. apud SENCKENBERG. *Selector. Iur. et Hiſtor.* Tom. „3. pag. 184. 185. 195. 196. woraus „man urtheilen ſolte, ob wäre das Her„zogthum Brabant ſchon vorher erblich „geweſen. Allein hierauf hat allſchon in„ſonderheit ſehr wohl und gründlich ge„ant-

Digitized by Google

men ſi Dux omnia feoda, quae ipſe *Comes* tenet de quibuscumque Dominis, ab eis recuperare et obtinere poteſt, Comes ea de A. 1206. post d. 14 Oct. N. I.

,, antwortet STOCKMANS *de Iure Devolutionis* Parte III. Cap. I. num. 5. ,, pag. 16. et 17. *Maneat igitur firmum* ,, *Beggam, non dico in Ducatu aut Principatu, ſed in nulla ſpecie publicae poteſtatis Pipino Patri aut Fratri ſucceſſiſſe. Dignitates, quas Pipinus geſſit, non tranſierunt isto aevo ad ſucceſſores, quia mera officia temporaria erant per mortem expirantia, nequaquam foeminae in ſucceſſionem talem admiſſae fuiſſent, aut ſi contradicere perſeveret obſervator, aequum est ut idonee probet. Nominet igitur ut vult, ſive Ducatum, ſive Comitatum, ſive Principatum, aut la Seigneurie aut le Brabant, nunquam efficiet ut Begga in publicam dignitatem per ſucceſſionem Patris aut Fratris ſurrogata ſit; villas tantum, domos et poſſeſſiones accepiſſe* ,, *poteſt*. Ingleichen cit. Part. III. *Iur. Devolut.* Cap. I. num. 7. p. 24 et 25. ,, *Verum non animadvertit, aut ſe videre diſſimulat,* GERBERGAM *non in* ,, FEVDIS, *a quibus reiecta fuit, ſed* ,, *in* ALLODIIS *duntaxat — fratri ſuo ſucceſſiſſe: quid enim aliud ſibi volunt haec verba Dinteri: Gerberga Lamberto Comiti Lovanienſi in Dotem attulit Dominium Comitatus* BRABANTIAE ,, *et Bruxellae tanquam verum Allodium, quo privari non poterat. — — Et quid* ,, *illa* Auctoris Magni Chronici Belgici ,, *ſignificant, mortuo Ottone ſine ſobole* ,, GERBERGA ſoror eius, QVIA FOEMINA FVIT, Ducatum Lotharingiae ,, amiſit? *Vbi Gerberga feudo ſpoliatur,* ,, *et de Allodio diſponit — — — Conſtat Foeminas aeque ac Mares in allodialibus bonis tunc ſucceſſiſſe, et etiam nunc ſuccedere, a feudis vero, eorumque ſucceſſione regulariter excludi*". Haec ille.

(3) *Domo de Leyden et Caſtellario*] MANTEL. habet *Caſtellania*, quod eodem redit. Intellige autem *Caſtrum* ſive Oppidum *Leidenſe* cum Caſtellanatu ſuo; unde *Waſſenariorum* ſtirps nobilis, *Caſtellani* ſive *Burggravii* dicti ſunt. Nunc vero mecum obſerva per *Allodium, quod in Hollandia iure hereditario* ADAE competit, a quo excipitur *Caſtellanatus Burgi Leidenſis*, *ipſam* intelligi *hereditatem*, ſive bona hereditaria, quae reliquerat *Adae* pater THEOD. VII., adeoque omnia bona, et quodcumque Nobilibus in feudum datum erat: ita diſtinguuntur Comitum *Alodia*, et *Feuda*. Non enim *Hollandiae feudum* aſſignari poterat, quippe quod ſoli Imperatori competebat. Aliud igitur eſt *Feudum*, cuius gratia infra *Imperium* excipitur; aliud *Alodium* . i. e. quidquid praeter Feudum his in terris erat obvium; unde Comites ſibi Nobiles vaſallos obnoxios habebant. Perperam igitur de hoc

A. 1206. post d. 14. Oct. N. 1. de manu Ducis in feodum recipiet, et ipſe Comes bona fide laborabit, quod Domini ea Duci concedant. Item Castrum de *Calmont*, de quo *Comes uxorem ſuam A.* (4) *dotavit*, tam ipſe quam uxor eius Duci reſignabunt, et ab eo in feodum recipient, et propterea redditus annuatim centum marcas valentes Duci cum Castro aſſignabunt, et ab eo recipient in feodum, praeter ducentas, quas diu ante in Allodio *Herdene* aſſignaverat Comes Duci. Praeterea ſi *Comes* aliqua feoda alicui contulit, quae de iure *ab Imperio* tenere debebat, ſi Imperium ea recuperare de iure potest, Dux ab Imperio, et *Comes* ea de *Duce* recipiet. Item Comes promiſit, *quod Concordiam illam* (5), *quae inter eum et Dominum* WILLELMVM, *est ordina-*

hoc *Alodio* Vir D. ſcribit ad STOK. D. I. bl. 159.; meliora dabit WAGENAAR D. II. bl. 327. qui iccirco male reprehenditur. Atque hinc vides, quam potentem ſibi amicum *Ludovicus* ope huius Compoſitionis ſit nactus, et quomodo tota *Hollandiae* regio Feudum Brabantinum evaſiſſet, ſi res proſperum exitum ſortita fuiſſet. *Zuidhollandia* iam antea Feudum erat Brabantinum ex Charta ſupra d. 3. Nov. 1200. Ratio vero, cur excipiatur *Caſtellania de Leiden*, ea est, quod hanc cum *Inſulis Zeelandicis* feodum Flandriae fecerat, ſupra in Arbitrio a. 1206. p. 310. §. 17. De *Castellanis* ipſis alibi dicam.

(4) *Vxorem A.*] Per A. intelligi ADAM, nemo unquam dubitavit. Qui ALEIDEM *Brabantinam* intellectam voluit Vir D. ad STOKIVM, ſatis ſuperque ex ante dictis redarguitur.

(5) *Concordiam*] Non alia intelligi potest *Concordia*, quam quae d. 14. Oct. a. 1206. inita est, ſupra p. 299. Non mirum autem, ſi Dux Brabantiae *Henricus* hoc tantopere cavit; quippe cuius res etiam agebatur in *Feudo Zuidhollandiae* a *Ludovico Losſenſi* confirmando, ita ut, ſi Arbitrium illud finem optatum attigisſet, totius Hollandiae Alodium ſibi vindicasſet, et validum ſibi *Vaſallum* ſeu *ligium hominem* acquiſivisſet, quippe *Ludovicus* pro-

Digitized by Google

dinata, conſilio DVCIS et ROTGERI *de Merehem* et eorum, A. 1204
quos ipſi aſſument, obſervabit et firmiter ſtabiliet: ſi vero post d. 14. Oct. N. I.
praedictus WILLELMVS concordiam praedictam, conſilio *Ducis* et ROTGERI *de Merchem* et eorum, quos ipſi aſſument, obſervare renuerit, Dux *Comiti* aſſiſtet, tamquam in propriis negotiis, quoad quidem eum [l. eam] inviolabiter obſervet. Similiter ubicumque Comes ius ſuum monſtrare poterit, Dux ei tanquam in propriis fideliter negotiis aſſiſtet. Praeter hoc Dux aſſumet tres de ſuis hominibus, et Comes DE LOS tres de ſuis, ad dandam de ſua pecunia conſilio praedictorum ſex; qui ſex ſi aliqua poterunt adinvenire, ad confirmationem ampliorem inter Ducem et Comitem, Dux et Comes eorum ſtabunt

bunt

promittit, ſe *Ducis ligium hominem fore contra omnes homines, excepto Imperio et Leodienſi Epiſcopo.* Hinc etiam *Dux* pollicetur, ſe opem laturum LVDOVICO, ſi WILHELMVS Comes Adae patruus, Arbitrio et Pacto de ceſſione Hollandiae ſtare recuſaret. Quod tamen effectu ſuo caruit; cuius rei ratio haud longe petenda videtur, dummodo audiamus BVTKENS T. I. p. 171. culpam in *Losſenſem*, ac ſtipulationem de *excepto Leodienſi Epiſcopo*, coniicientem: *touts ces traictes —— ne ſceurent arrester une ferme paix, car s'eſtant la guerre allumée entre le Duc et l'Egliſe de Liege, le Comte* [de Los] *ne laiſſa de s'attacher au parti des Liegeois* —. Cf. p. 176–178. At certe ſic oportuit *Losſenſem*, qui, ut *ligius* homo Leodienſis Epiſcopi, tenebatur opem ferre ei quem *exceperat.* Malebat etiam Ludovicus certa retinere, nempe *feudum Leodienſe* ſive *Comitatum Losſenſem*, quam incerta petere, *Comitatum Hollandiae.* Hac uſus occaſione Comes WILHELMVS Ducem Brabantiae tunc ſibi conciliavit, et pactum nuptiale pro filio FLORENTIO iniit: ex quo tempore *Wilhelmo* ab hac parte nihil fuit metuendum. Exſtat Pactum illud nuptiale in MIERIS *Cod. Dipl. Holl.* D. I. bl. 162. ad a. 1214.

Digitized by Google

A. 1106. post d. 14. Oct. N. I. bunt conſilio. Ad haec condictum eſt, quod Comes *ligius homo* Ducis erit, contra omnes homines, *excepto Imperio* et *Leodienſi Epiſcopo.* Si tamen Epiſcopus et Eccleſia Leodienſis iniuste Ducem gravare attentarent, Comes eos monere deberet, ut ab iniusto gravamine eius ceſſarent; quod ſi ceſſare nollent; Comes Duci, ſicut ligio *Domino* ſuo et *pari* ſuo (6), aſſiſtet.

(6) *Domino ſuo et pari ſuo*] Vir D. HVYD. D. I. bl. 160. pro *pari* legendum vult *patri*, et male iccirco MANTELIVM carpit bl. 571. quaſi Dux *pater* eſſet *Comitis* ex fictis nuptiis ALEIDIS cum *Losſenſi.* At ſi quis vel oculo fugitivo hanc Chartam contemplatur, videbit non modo nullum hic de affinitate verbum haberi, ſed omnia, quae promittere cogitur *Ludovicus*, ut voti fiat compos, eius eſſe generis, ut *pater* numquam talia *a genero* ſtipulari poſſet. Verum ex praeconceptis opinionibus, ne dicam, ex rei feudalis neglectu, omnes illi orti ſunt errores. *Pares* ſunt ii omnes, qui feudi ratione eumdem Dominum ſuperiorem agnoſcunt, eiusdemque Domini vaſalli ſunt, a quibus ſolis iudicari poterant, ut ſatis notum eſt. Vid. DV CANG. in Voc. *Par*, et CARPENTIER in Voc. p. 163. Cf. not. (1) ad a. 1168. d. 27. Febr. Nunc modo *Henrici* noſtri, Ducis Brabantini, alteram Chartam *d. VI. Kal. Martii* a. 1212. datam inſpicite: *Notum fieri volumus — — quod Hominibus, qui Thelonium navium per* STRYNAM *et* SCALDAM *a nobis in feudum tenebant, propter eorum inſolentiam et violentiam, quam transeuntibus inferebant, ſententia Hominum noſtrorum et* PARIVM *ipſorum fecimus abiudicari; cuius Telonii medietatem dilecto Homini noſtro ligio Godefrido* DE BREDA *in rectum feudum contulimus* — et poſtea: *Omne feudum de* STAKERSLO [l. Scakerlo] *meritis eorum exigentibus, ſententia* PARIVM SVORVM, *eis fecimus abiudicari.* Dabo ſuo loco Chartae partem ex Viri Nob. I. REIGERSMAN, *Disſert. Iurid. de Baronia Bredana* a. 1774. p. 14, 16. et A. MIRAEI *Opp. Dipl.* T. I. p. 570. Erat autem Dux *Henricus* Ludovici Losſenſis *Dominus* ratione ſui feudi, atque eius *Par* ratione feudi Imperii.

N. LXXI.

Digitized by Google

N. LXXI.

HENRICVS Dux Brab. ex ampliore praecedentis confirmatione vel ex novo pacto LVDOVICVM Comitem Loſſenſem, ut ligium hominem ratione feudi, recipit. A. 1206. post d. 14. Oct. N. 11.

A. 1206. post d. 14. Oct. (1)

Ad Excurs. XI. p. 480.

(Extraict des Registres de Brabant, apud BVTKENS T. I. *Preuv.* p. 58. n. 1. et in fine a. 1206. MANTEL. *Hist. Loss.* p. 154. ſ.

Sciant omnes tam futuri quam praeſentes praeſens ſcriptum intuentes, quod ad confirmationem dilectionis et ſecuritatis LVDVICVS *Comes de Los* Castrum de *Chalmunt*, quod ſuum erat Allodium, in manus HENRICI *Ducis Lotharingiae* reſigna-

(1) Si hanc Chartam cum altera p. 321. comparamus, patebit eſſe hanc inter *Ducem* et *Comitem* authentice, ut aiunt, compoſitam et ratam habitam; praecedentem vero non aliter oportere conſiderari, niſi tamquam adumbrationem ſive Chartae delineationem a parte Ducis profectam, quam admittere *Comes Loss.* fortasſe recuſavit, quia nimis gravia et oneroſa erant quae promisſurus esſet, nempe ut *totam Hollandiam* in feudum a Brabantino reciperet; ut reliqua omnia, quae ab aliis tenebat Dominis, in manus Ducis etiam reſignaret; ut ſtaret a conſilio Ducis in arbitrio inter *ipſum* et *Wilhelmum de Holl.* facto, cett. Rationes cur ita cenſeam ſunt: 1°. quod haec Charta ſollemnes habeat formulas, et ſubſcriptiones ac testium nomina; nihil horum praecedens. 2°. Quod multa in hac Charta omisſa, multa vero eadem occurrant. Priora reiecta, posteriora probata fuisſe, hinc concludas.

Digitized by Google

A. 1206. post d. 14. Oct. N. 11.

reſignavit, et illud in feodum ab eo recepit; praeterea in univerſo allodio de *Herdenen*, et in *villis* praefato Caſtro attinentibus, ſingulis annis trecentas marcas ei aſſignavit; quas ſimiliter de manu *Ducis* libere ſuſcepit, tali conditione interpoſita; quod ſi memoratum Comitem ſine liberis decedere contigerit, ad propinquiorem eius heredem feuda ipſa ſine contradictione devolventur. Saepedictus etiam *Comes* ipſi *Duci* contra omnes homines excepta Leodienſi Eccleſia *legietatem* fecit, quod etiam heredes Comitis Duci et ſuis haeredibus facere tenentur; quae tamen Eccleſia ſi Duci in aliqua vellet iniuriari, ipſe Comes partes ſuas interponens, in hoc caſu ſicut Domino et Patri [l. Pari] ſuo ei facere debet: et Dux vice verſa Comiti ſimiliter facere tenetur. Et ut haec quae praenotata ſunt, in poſterum rata et inconvulſa permaneant, Comes decem de Hominibus ſuis ſubnotatis, cum feodis ſuis Duci in hoſtagium dedit, ut, ſi forte ipſe vel haeredes eius iſta infringere attemptaverint, ipſi tamdiu Duci contra Comitem vel haeredes ipſius ſervient, donec eum ad ſatisfactionem reduxerint: ſimiliter *Dux Comiti* decem de ſuis Hominibus in Hoſtagium dedit.

Hi ſunt obſides *Comitis:*

Rotgerus de Merehem.

Theodoricus de Altena.

Otto [l. Oſto] de Bornen.

Wil-

Digitized by Google

Willelmus de Petershem. A. 1207. N. 11.

Arnoldus et Hermannus frater eius de Elslo.

Robertus de Berle.

Raſo de Curtheraco.

Willelmus de Gotthem.

Theodoricus Caſtellanus de Los.

Hi ſunt obſides *Ducis:*

Godefridus de Sceten.

Arnoldus de Dieſt.

Gerardus de Grimberge.

Gerardus de Iacia.

Godefridus Caſtellanus de Bruxella.

Arnoldus de Walhein.

Arnoldus de Weſmale.

Arnoldus Seneſcallus.

Goſuinus de Heverla.

Robertus de Thenis.

Acta ſunt haec anno Verbi Incarnati M. CC. VI. ſub teſtimonio ſupraſcriptorum virorum.

Digitized by Google

N. LXXII.

A. 1207. N. 1. ADELHEIDIS Comitiſſa vidua THEODERICI Comitis Hollandiae ſcribit ad IOHANNEM Regem Angliae de Matrimonio ADAE filiae cum *Comite de* LOS, et de eius relaxatione ex cuſtodia.

A. 1207.

Ad Excurs. XI. p. 466, 470. *et not.* 3.

(TH. RYMER *Acta Public. Angl.* ed. Lond. T. I. p. 145. ed. Hag. Com. a. 1745. p. 46. et hinc apud MIERIS *Charterb. van Holl.* D. I. bl. 152. et IVNG. *Comit. Benthem. Au*ig. Prob. n. 14. p. 38.)

Domino ſuo dilecto IOHANNI Dei gratia illuſtri *Regi Angliae*, ADELHEIDIS *Comitiſſa Holland.* ſalutem et paratum obſequium.

Ma-

(1) *Benetheym*] Has literas, una cum ſequentibus, ex *Actis Publicis Angliae, ad annum* 9. *Regis Iohannis* produxit TH. RYMER; cuiusmodi fides publica non impediit, quo minus Vir Ampl. HVYDECOPER ad M. STOKE has literas, ut ſpurias, ridiculas, confictas, reiecerit. D. I. bl. 576. vocat: *dien dwaazen brief van 't jaar* 1207. et bl. 580. *Valsch ja belachlijk valsch is dan ook de brief, die in de Acta van Rymer uitgebroeid is* etc. Ratio Viro D. haec est; quod abſurdum ſit, ſtatuere *Rogerum de Merhem et Theodericum de Altena* poſſe coniungi cum *Hugone de Vorne* et aliis Hollandiae nobilibus. Quo de Viri D. errore vid. EXCVRS. p. 421. ſqq. In notis autem ad CHRONIC. p. 160. a. obſervavi, doctum Editorem STOKII hanc de OTTONE nobis cudiſſe Regulam, *dat Otto van Benthem*, by MEERHOUT, *buiten dit eene geval in* 1195. *daar hy voorkomt als een ſtomme perſonaadje* [quem tamen illinc deturbat], *nergens gemeld wordt na het jaar* 1173. Qua regula poſita, vir doctus *ſeptem* deinde Chartas annorum 1195, 1196, 1201, 1207, 1202, 1203, 1207. in quibus OTTO

DE

Maieſtati ſit notum Regiae, quod COMES DE LOS *Filiam* A. 1207.
meam, quae apud veſtram miſericordiam eſt honeſte recepta, N. I.
quam nobis reddat Deus omnipotens, in uxorem legitimam duxit ut debuit, et accepit eam de manu Comitis OTONIS *de Benetheym* (1), qui fuit *patruus* Domini bonae memoriae, et, ut verum fatear, cum eo fuit in thoro legitimo 18. [f. 28.] diebus (2) tantum.

Poſt quos dies, quod vobis cum gemitu et cum dolore ſignifico, expulſo *Comite* et me ſimiliter, *filia* mea ad partes veſtras, agente Domino (3), tam ad meam quam ad eius ſalutem transmisſa dinoſcitur, quia *captivitas eius in Friſia intolerabilis ei fuit*; ergo Maieſtati regiae, cui ſemper eſt proprium miſereri, praeſentem paginam et preces porrigo, rogans humiliter,

DE BENTHEM tamquam *teſtis* occurrit, ſpurias et confictas habet D. I. bl. 574. ſqq. quamquam has omnes inter *genuinas* haud ita pridem iterum vulgavit Vir. Ill. IVNG. in *Cod. Diplom. Benthem.*, nullis adiectis Vindiciis. Ignoravit enim Ill. IVNG. dum has edebat Chartas, iſta Viri D. molimina; quae ſi novisſet, nullus dubito, quin harum ſe Chartarum ſtrenuum praeſtitisſet vindicem. Et vel ſic tamen tacite illarum ſcripſit Vindicias L. III. C. III. p. 193. ſqq. ubi vitam OTTONIS et res geſtas ſuſe perſequitur, cumque anno 1207. adhuc ſuperſtitem fuisſe, docet. At praeter loca ſupra laudata etiam hic occurrit a. 1200. d. 21. Aug. p. 247. a. 1201. p. 257. et poſt a. 1205. p. 290. Quod autem *Benetheym* hic ſcribatur, nihil hoc habet inſoliti. Supra p. 217. ſcribitur *Binethem*; p. 247. *Benethem*; apud IVNG. in *Hiſt.* p. 26. *Bintheim*, et *pagus Bentenſis*, et in *Cod.* p. 27. *Binethem*, etc.

(2) 18. *Diebus*] Non legendum esſe *diebus* 18. ſed 28. monui in notis ad CHRONIC. EGM. p. 188.

(3) *Agente Domino*] i. e. Domino Rege Angliae; ut ſatis patet. Vnde colligas, ADAM, matre *Aleide* et *Ludovico* marito haud invitis, in Angliam esſe

A. 1207. N. 1. liter, quatenus intuitu Dei, innocentem animam (4), longo tempore captivatam, reddatis amicis; et ſuſurronibus, qui vobis invidiae cauſa mendacia fingunt et proferunt, non credatis. Sciatis etiam [ſ. enim], quod praedicta *filia* mea data est *Comiti* in praeſentia multorum Nobilium *Hominum* [et] *Miniſterialium* de terra *Holand*, quorum conſilio et asſenſu res facta est, quorum nomina (5) ſunt haec,

Rogerus de Merehun [l. Merehem].

Hugo

esſe transportatam; est enim illa, horum ſuaſu, Regeque impellente, *tam ad meam*, inquit Aleidis, *quam ad eius* (Adae) *ſalutem transmisſa*, *quia captivitas in Friſia intolerabilis fuit.* Hinc etiam *apud Regis miſericordiam* HONESTE *recepta* esſe dicitur. Igiturne *Wilhelmo Comite* invito hoc factum? non opinor. Ratio vero, cur ad *Regem Angliae*, ſatis apparet. Primo enim, trans mare, quo tutius! ſecundo *Ada* Scotica, mater Theoderici VII. ſoror fuit Regis Scotorum *Wilhelmi*, qui in Clientela Regis Anglorum; ſed imprimis quia *Theodericus* VII. et gener *Ludovicus Losſenſis* favebant partibus *Ottonis* IV. Regis, cuius avunculus *Iohannes* Rex Angliae omnem pro eo lapidem movebat. *Ada* vero in Anglia haerente, videtur patruus eius *Wilhelmus* apud Regem egisſe, ut *captiva* ibi detineretur; unde recte *Ada* ab REINERO ſcriptore coaevo ad a. 1207. p. 32. *illic*, dicitur, *per quinque annos captiva a* GVILLELMO *avunculo ſuo detenta fuisſe.* Immo is, cum factionis ſuae Nobilibus, Regi Angliae perſuadere conatus est, contractas Adae cum Ludovico nuptias non esſe legitimas at ſubreptas. Quibus quidem criminationibus per hasce literas ſeſe opponit ALEIDIS mater, docetque fuisſe nuptias legitimas; ſimulque ut ADA remittatur, ſupplex rogat.

(4) *Innocentem animam*] Recte et ex vero! Infelix illa matrona fortunae fuit ludibrium, et vera ambitionis maternae victima. Quid enim puella vixdum 15 annorum ſeſe opponeret matris ambitioni et nuptiis Viri *Comitis*, ac *Iuvenis*? *Adam* autem a. 1203. quando *Ludovico* nupſit, vix 15. annos natam fuisſe, docent nuptiae Parentum anno 1186. initae. Vid. CHRONICON meum EGMOND. h. a. p. 135. Erat autem *Ada* ſive *Ida* minor natu filia, IO. A LEID. *Chron. Belg.* XIX, I. et ANN. EGM. cap. XXVII. Vnde vix ante annum 1188. naſci potuit.

Digitized by Google

Hugo de Worn [l. Vorn]. A. 1207. N. I.

Theodoricus de Alcena [l. Altena].

Simon et Iohannes et Isbrand de Harlen [l. Harlem].

Willielmus de Teylinge.

Walpertus et Florentinus de Leda.

Arnand et Henr. de Riswic.

Walterus de Egmund.

Et multi Hominum et Miniſterialium de terra *Holandiae*, quorum nomina vobis exponere longum eſſet.

(5) *Quorum nomina*] Haec undequaque vero ſunt conſona! Tres priores fuiſſe fautores *Aleidis*, et matrimonii *Adae*, totidem verbis aſſerit Noster in CHRONICO EGMOND. p. 180. c. not. Reliquos maiori ex parte p. 194. ſqq. Ex his nonnulli, animadverſa postea fraudulenta Aleidis machinatione, ad *Wilhelmum* transiere. Quotquot vero in clientela *Ludovici* erant, *Rutgerus de Merhem*, *Theodericus de Altena*, fideles manſerunt. De transitu Nobilium ad WILHELMVM, locuples quoque testis est REINER. LEOD. ad a. 1203. p. 26. B. *Comes de Los -- fidelitates* HOMINVM *terrae accepit --. Guillelmus -- -- Comiti et uxori ſuae inſidias poſuit*, ASSVMTIS EIS, *qui fidelitatem fecerant Comiti.*

N. LXXIII.

N. LXXIII.

A. 1207. N. II. THEODERICVS Epiſcopus Traiectinus et OTHO Comes de Benthem teſtimonium exhibent de legitimo matrimonio Comitiſſae Hollandiae ADAE cum LVDOVICO *de Los*, ſcriptis ad Regem Angliae IOHANNEM literis.

A. 1207.

Ad Excurs. XI. p. 468.

(TH. RYMER l. l. p. 145. (46). MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 152. et IVNG. *Hiſt. Com. Benth.* Prob. n. 15. p. 38.)

THIDERICVS (1) Dei gratia *Traiect. Epiſcopus* et Capitulum eiusdem loci, litteris ſuis patentibus teſtimonium perhibent,

(1) *Thidericus*] „ Sine dubitatione „ atque haeſitatione loco: *Thomas*, re- „ poſuimus, *Thidericus*. Perperam enim „ editor Anglus initialem litteram *T.* ar- „ gumento Chartae praemiſſam, per fa- „ miliariſſimum genti ſuae nomen *Tho-* „ *mas*, explicandam cenſuit: Non tan- „ tum enim Traiectinorum Annales *Tho-* „ *mam* Epiſcopum ignorant; ſed et „ qui illa tempeſtate Traiectenſem mi- „ tram gerebat, fuiſſe *Thidericum de* „ *Are*, ex Beca et Heda notiſſimum „ est ". Sic ad has literas recte Vir Ill. IVNGIVS in *Hiſt. Com. Benth.* p. 38. Quare non eſt, cur Vir D. HVYDEC. ad STOK. D. I. bl. 576. et 615. has literas, an dicam literarum excerpta, tantopere exſibilet, derideatque, nulla inustae falſitatis probatione adiecta: ſi enim *ridere* et *exſibilare* ſufficit, tunc multa falſa haberentur, quae pro veris et indubitatae fidei hiſtoriis hactenus crediderunt homines. Quod autem vitioſe hoc nomen de *Benethen* ſcribatur, eo minus apud Anglos mirandum, quod etiam a Nostratibus ſic ſcriptum deprehendas. Vid. ſupra Chart. Orig. d. 21. Aug. 1209. p. 247. et ſupra not. p. 331. b.

hibent, quod praedictus Comes legitime duxit in uxorem prae- A. 1207. N. 11.
dictam Comitiſſam aſſenſu et conſilio Primatis (2) totius Holandiae.

N. III. Et ſimiliter Comes OTHO *de Benethen* hoc ſignificat Domino Regi per literas ſuas patentes. N. 111.

Quae omnes literae patentes miſſae ſunt Abbati *de Rading* ad custodiendum.

(2) *Primatis*] *Primatis* vox itidem deriſa est ab V. D. HVYDEC. Atqui ſatis patet, Editorem Anglum hic tantum breve Literarum argumentum exhibere, et per *Primatem* intellectum velle *ordinem Primorum*, ſive *Hollandiae Nobiles*, ut in praecedenti Charta vocantur p. 332. Niſi dicamus pravo, ſed facili lapſu, vocem *Primatis* ſcriptum eſſe pro *Primatum*, cui rei appoſitiſſime eodem de tempore ſcribit I. A LEYD. *Chron.* L. XX. C. 2. *Cum a* PRIMATIBVS *Hollandiae decretum eſſet.*

N. LXXIV.

LVDOVICVS Comes de Los pactum init cum Rege Angliae Iohanne de ſervitio ei et Nepoti ſuo Regi Romanorum praeſtando (1). A. 1207. N. 1v.

A. 1207.

Ad Excurs. XI. p. 467.

(TH. RYMER *Acta publ. Angl.* ed Lond. T. I. p. 145. ſq. nov. ed. T. I. p. 46. et hinc apud MIERIS *Cod. Diplom. Com. Holl.* T. I. p. 151.)

Omnibus etc. LVDOVICVS *Comes de Los* etc.

Sciatis, quod deveni homo Domini IOHANNIS Illustris *Regis*

(1) *Praeſtando*] Quum haec Conventio inter *Losſenſem* et *Regem Angliae* inita ſit eodem anno, et eodem forte die, quo *Aleidis* pro *Ada* et legit-

A. 1207. N. IV. *Regis Angliae*, tamquam Domini mei, contra omnes homines et foeminas, qui vivere poſsint vel mori (2), ad Regnum ſuum *Angliae* defendendum; ita quod veniam ad ipſum, cum opus fuerit, in Regnum ſuum Angliae, cum omni poſse meo, ad custum (3) meum in veniendo.

Et, cum illic venero, ero ad defendendum Regnum ſuum, ut dictum est, ad custum ſuum, quamdiu ei placuerit contra omnes homines, qui vivere poſsint vel mori.

Dominus autem Rex, ſecundum quod ego honorifice et afforciate venero ad ſervitium ſuum, mihi retornabit de custo meo, quod poſuero in veniendo ad ipſum, unde honor erit ei.

Si vero Dominus meus Rex opus habuerit de ſervitio meo in aliis terris ſuis, veniam ad ipſum, ad mandatum ſuum, ita quod honor erit ei et mihi ad perquirendum et defendendum iura ſua ad custum ſuum.

Et

gitimis eius cum Comite Loſsenſi nuptiis ad Regem ſcripſit; hinc credere par est, ad hanc *ligietatis* et *fidei* praeſtationem motum fuiſſe *Ludovicum*, quo magis ſibi Regem in tradenda coniuge ADA faventem experiretur. Adiecta est ab eodem TH. RYMERO Fideiusſio WALTERI DE BIRTAN pro *Comite de Los*, nec non WILLIELMI *Castellani de S. Audomaro*, quas, quia tantum ad confirmationem huius Chartae faciant, hic addere ſupervacaneum putavi.

(2) *Mori*] Nihil inſoliti his verbis inest. In Pace inter *Balduinum* Com. Flandr. et *Philippum Reg. Franc.* a. 1196. in BALVZ. *Epiſtol. Innoc. PP. III.* T. I. p. 73. *curavi*, inquit B. *Domino meo legio Philippo — quod omnibus diebus vitae meae bona fide et ſine fictione ipſum iuvabo contra omnes homines, qui poſſunt vivere et mori, praeterquam de terra Hainen —.* Alia mitto. Sunt enim ſexcenta eiusmodi in Chartis vetustis.

(3) *Custum*] Gallis olim *coust*, unde

Et praeterea ego bona fide iuvabo, pro legitimo poſse meo, Regem OTHONEM nepotem ſuum (ſalva fide Dominorum meorum) dum idem Rex OTHO fuerit ad fidem praedicti Domini mei Regis *Angliae*. A. 1207. N. IV.

Et praeterea perquiram eidem Domino meo Regi *Angliae* omnes amicos et fautores, quoscumque potero pro legitimo poſse meo, ad iura ſua perquirenda, et defendenda, et ad inimicos ſuos gravandos, et ipſum et amicos ſuos promovendos; ita quod, ſi custum ad hoc oportuerit ponere, et id ipſi Domino meo placuerit, ipſe custum reddet, ex quo, per voluntatem et mandatum ſuum, custum ad hoc poni debebit.

Omnia haec praedicta fideliter obſervanda tactis Sacroſanctis Euangeliis iuravi, et inde ſubſcriptos obſides inveni, ſcilicet:

Ernulfum fratrem meum (4).

Ernulfum filium Hermanni.

Gil-

de *couster*, *cotter*, Belgis etiam *kosten*, notat *impenſas*. V. DV CANGE *Gloss. med. aev.* in V. T. II. p. 1283.

(4) *Ernulfum*] Hunc *Arnulfum* usque ad a. 1216. adeoque per IX. annos pro fratre Ludovico propter *Adam uxorem* revera obſidem fuisſe, diſertis verbis narrat Leodienſis ſcriptor REINERVS in EXCVRS. XI. p. 494. collat. cum alio eiusdem loco p. 56. Ed. MART. a. 1216. *L. Iuvenis Rex Franciae acceptis obſidibus ab Anglicis baronibus, qui contra I. Regem Angliae rebellabant, --- Rex autem I. videns non poſse reſiſtere, militiam transmarinam — licentiavit. L. vero plurimas civitates occupavit, fidelitatem accepit — —. In hoc impetu* ARNVLPHVS *frater Comitis de Los, qui* OBSES *diu fuerat in* ANGLIA *propter* VXOREM *ipſius Comitis* DE LOS, *quae captiva ibidem — —* REDIIT. Quae quum nitantur tum *actis publicis Angliae*, tum etiam *Annalibus Domesticis et coaevis*, (cf. MANTEL. *Hist. Loss.* p. 148.) hinc nulla ratio

Digitized by Google

A. 1207.
N. 1 v.

Gilbertum filium Walteri Seneſcalli mei.
Herbertum filium Caſtellani de Monteny.
Lambertum filium Caſtellani de Broſtam.
Godefridum filium Caſtellani de Los.
Reinerium filium Othonis [l. Oſtonis] de Burne.
Terric. filium Willielmi de Petreshenn.
Conradum filium Abraam de Gantoun.
Lamul filium Razun de Curtray.

Et praeterea Cartam WILLIELMI Caſtellani de Sancto Audomaro, et Cartam WALTERI BIRTANT eidem Domino meo Regi feci habere; per quas ſe praedictis fideiusſores meos conſtituerunt.

Teste, etc.

Haec ſimiliter Carta commiſſa fuit WILLIELMO BRIWER Iuniori deferenda praedicto Iuſticiario cum aliis praedictis Cartis.

ratio est, cur Vir Doct. ad STOKE l. l. bl. 156. *Arnulſum* hunc *obſidem* tantopere derideat. Audiamus eius verba: „ *Ada — ontvluchtte — naar Engeland* — volgends van Loon, die „ 'er eene omſtandigheid byvoegt, die „ vreemd is. Want hy wil, dat Arnoud van Loon, Lodewijks Broeder, voor Ada, in Engeland te pande bleef: en daardoor, in 1218. niet mede, met zyne twee Broederen, Lodewijk en Henrik, vergeeven is geworden. En dus zou Arnoud, voor zijns Broeders Vrou, elf jaaren na haar ontſlag, of liever dertien jaaren na haar dood, te gyzel gelegen hebben. Doch dat dit, aan alle kanten, bezijden de waarheid loopt", etc. Recte novit GERARD VAN LOON, Arnulſum *obſidem* fuiſſe, etſi in eo minus accuratus, quod hunc a. 1218. nondum reducem cenſeat, quippe qui a. 1216. rediit. Cur autem postea obſes, docet haec Charta.

N. LXXV.

Digitized by Google

N. LXXV.

WILHELMVS Comes Hollandiae et uxor ALEIDIS donant ARNOLDO Abbati Medioburgenſi in *Zeelandia* Decimas in *Noordbevelandia*, confirmantque dona fratris ſui THEODERICI VII. A. 1208/1209. d. 13. Febr.

A. 1208/1209. d. 13. Febr.

Ad Excurs. VII. p. 269, 273.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Medioburg. fol. XXXI. vs. in Archivis Camerae Rationum Zeelandiae, Loculo 116-117.)

In nomine Sancte et jndiuidue trinitatis. Ego WILLELMVS *de Hollandia* Dej permisſione *Comes* et ALEIDIS *vxor mea*, vniuerſis tam preſentibus quam futuris huius cedule tenorem pacifice conſeruantibus ſalutem in perpetuum. Quum generationum mutabilitate et mentium hebitudine etiam apud fidelisſimos plurima legittime jnſtituta obnubilantur, neutro horum preſentium posſesſores id est Dominum ARNOLDVM *Abbatem* vniuerſumque Conuentum cum ſuccesſoribus ſuis de *Middelburch* molestarj volentes vniuerſitati veſtre ſignificamus, quod V. M. (1) quas annuatim Frater et Predecesſor meus *Comes* TH. ſuper decimis de *Geryarsnesſe*, *Synoudeskerke*, *Verſchen-*

(1) *V. M.*] Intellige *quinque Marcas* ſive *libras argenti*.

A. [illegible] d. 13 Febr. *ſchenvliet* predicte Eccleſie *Abbatis* · G · nomine dono recipere conſueuerat, pro animabus noſtris et parentum noſtrorum, vice LXiij. lib., quas eidem Eccleſie *Mater mea* (2) in Elemoſinam *ad lapideum opus*, moritura, largita fuerat, perpetualiter indulgemus, ipſam Elemoſinam ſuper hijs decimis predictis fratribus asſignantes id est ſuper decima *de Caths* et decima *de Welle*, atque decima *de Schotlingekerke*, decima quoque *de Campen*. Vt autem hoc imperpetuum jnuiolabiliter obſeruetur, Sigillorum noſtrorum impresſionem preſentj cedulae pro fidelj appoſuimus interſignio adicientes omnem, qui preſentem confirmationem violare, aut fratres in iamdictis decimis moleſtare preſumpſerit, Offenſam Dej et noſtram incurriſſe.

Teſtes ſunt

Hugo de Vorren.

Egbertus de Benthem (3).

Boide-

(2) *Mater mea*] Id eſt *Ada Scotica*, de qua vid. CHRONIC. a. 1162. Ex Charta autem filii *Wilhelmi* I. a. 1205. p. 288. patet, eam iſto adhuc anno in vivis fuiſſe. Hic vero loci ſermo eſſe videtur tamquam de iam mortua. Annus obitus incognitus eſt. Eam tamen in hac Abbatia Middelburgenſi ſepultam eſſe novimus. Vnde error profluxit eorum, qui cenſuerunt, *Adam* Loſſenſem Medioburgi ſepultam iacere. Vid. EXCVRS. XI. p. 497.

(3) *Egbertus de Benthem*] Vtrum ſit ille EGBERTVS, qui *Otteni* V. Comiti ſucceſſerit, dubium admodum eſt ex aetate *patris* et filii; de qua vid. IVNG. *Com. Benth.* p. 263. Maior veri ſpecies ineſt, quod Ottonis V. fuerit frater, qui occurrit ibid. p. 75. *Cod. Dipl.* a. 1267. ac diſerte *frater noſter Egbertus* audit. Quod ſi verum, debuit Otto V. Comes etiam alterum habere fratrem, *Boidekinum*, hic memoratum, ſed Clar. IVNGIO, quod ſciam, ignoratum.

Digitized by Google

Boidekinus frater ſuus. A. 1208. d 13. Febr.

Gerardus de Hurſt.

Egidius de Sabbinge.

Heinricus Capellanus.

Datum *Middelburg* anno verbi incarnatj M°. CC°. VIII°. Idus Februarij. Jndictione XIIII. (4).

(4) *XIIII.*] Incidit Indict. XIIII. in a. 1211. Male igitur poſita eſt vel haec XIIII. vel annus 1208. Si enim a. 1208. vel ex ſtylo Francico a. 1209. hſc locum habuit, erit *Indiction. XII.* Atque ita legendum videtur; niſi quis ſeparandas putet notas Chronicas M. CC. VIII°. *Idus* — in M. CC. VI. II°. *Id.* et pro XIIII. legatur VIIII. ſic Charta data foret a. 1206. Integra enim nota VIII. non poteſt referri ad *Idus*, quia a. 1200. *Wilhelmus* nondum erat Comes.

N. LXXVI.

HENRICVS I. Dux Brabantiae paciſcitur cum GODEFRIDO Domino de Breda et Bergis de *Teloneis* ad *Strienam* et *Scaldam*, et de aliis Feudis conditionibusque. A. 1212. d. 25. Febr.

A. 1212. d. 25. Febr.

Ad Cod. Diplom. p. 250. *not.* (2) *et ad Chart. a.* 1220. *M. Febr.*

(Apud MIR. *Opp. Diplom.* T. I. p. 570. et p. 408. ex parte. Habet etiam BVTK. *Troph. de Brab.* T. I. Preuv. p. 61. E. DINTER *MS Chron. Brab.* L. IV. C. 12. et I. KEIGERSMAN Diſſert. *de Baronia Bredana* a. 1774 p. 14.

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis HENRICVS *Dux Lotharingiae* omnibus in perpetuum. — —

Praeſenti pagina notum fieri volumus tam futuris quam prae-

 ſen-

Digitized by Google

A. 1212. d. 25. Febr.

ſentibus, quod Hominibus, qui *teloneum* (1) *navium* per *Strynam et Scaldam* a nobis in feudum tenebant, propter eorum inſolentiam et violentiam, quam tranſeuntibus inferebant, ſententia Hominum noſtrorum et *Parium** ipſorum fecimus abiudicari. Cuius Telonei medietatem nobis reſervantes, aliam medietatem dilecto *Homini* noſtro *Ligio* GODEFRIDO *de Breda* (2) in rectum feudum contulimus —— —— Propterea hominibus, qui *Stakersloo* * a nobis in feudum tenebant, pro-

* l. *Scakersle.*

(1) *Teloneum*] De hoc *Teloneo* dicam ad Chartam a. 1285. M. Aug.

(2) *Breda*] „ GODEFRIDVS, *Bredae* et *Bergarum ad Zomam* Dominus, filium reliquit HENRICVM, *Bredae* Dominum, qui anno 1267. Eccleſiae noſtrae Antverpienſi Altaria de *Scoten* et *Merxem* contulit, iuxta tabulas Lib. II. *Dipl. Belg.* Cap. 103. editas. *Henricus porro*, ex *Sophia* Walteri Berthout, Domini Mechlinienſis Filia, genuit *Iſabellam* Bredae et Bergarum heredem, quae nupſit *Arnoldo de Lovanio*, Godefridi Gasbecae Domini Filio, Henrici I. Brabantiae Ducis Nepoti. Vid. ſupra p. 409. et 439. " Haec MIRAEVS, qui l. l. Stemma Dominorum de Breda exhibet. Vocatur autem *Godefridus de Breda*, ex *Caſtello* et *Alodio de Breda*, quod circa annum 1196. reſignavit in manus Ducis Brabantiae, qui illud ei in Feudum *conceſſit*, quum antea cognomine *de Scoten* uteretur. Vid. ſupra p. 212. Exſtant huius GODEFRIDI *de Scoten* et HENRICI *Ducis Brab.* de hoc Feudo Bredano Chartae apud TH. E. VAN GOOR *Beſchryv. van Breda* Probb. bl. 408. ubi tamen multa vitioſa, quae emendatu facta ſunt facilia, postquam benignitate illuſtriss. Comitis NENY harum exemplar ex Archivis Camerae Ratt. Bruxell. nactus ſum ex Registro, cui titulus: *Hic incipiunt diverſa Privilegia Illuſtriss. Princ. Duc. Reg. Impp. conceſſ.* Litt. B. fol. 35. Habet nimirum primae Chartae

	Editio p. 408.	MS. Exempl.
l. 15.	*feodis hominum ſuorum miniſterialium locis iudicii quae Arlua vocantur exceptis.*	*feodis hominum ſuorum miniſterialibus Lotti judicijs que ardua vocantur exceptis.*

l. 21. *ad*

propter iniuriam et violentiam, quam tam in aquis quam ſupra terram hominibus inferebant, omne feudum de *Stakersloo*, meritis eorum exigentibus, ſententia *Parium* ſuorum, eis fecimus abiudicari, et illud Domino GODEFRIDO, cum omni integritate, in rectum feudum contulimus. Similiter et Feudum de *Oſſendrecht* —— —— A. 1212. d. 25. Febr.

l. 21. *ad iudicium.*	*ad iudicem.*
l. 23. *uſufructum.*	*uſumfructum.*
l. 24. *Vt autem haec rata etc.*	*Vt autem hec rata et in poſterum teneantur inconvulſa, noſtrorum appoſitione Sigillorum munivimus ac confirmare curavimus. Huic facto interfuerunt*
l. 30. *cartae — — Raynerus*	*Cartule — — Meynerus.*
Altera Charta:	MS. Exempl.
l. 5. *omnem*	*omne.*
l. 6. *intra*	*infra*, uſitatius!
l. 6. *quod vulgo Hagen*	*quod vulgenhagen.*
l. 19. *gravamen etc. teſtes*	*gravamen prefato Godefrido vel heredibus ſuis in predictis bonis inferre voluerit, conſilio et auxilio ſemper ei aſſiſtemus. Vt autem hec rata et inconvulſa permaneant preſentem paginam impreſſione Sigilli noſtri communiri fecimus. Teſtes huius facti*

Ex eodem Regiſtro ſervo et aliam Chartam HENRICI *Domini de Breda* a. 1251. d. 28. Iul. quam ſcriptori laudato ignoratam ſuo die exhibebo.

N. LXXVII.

N. LXXVII.

A. 1213. d. 13. Ian. OTTO IV. Imperator WILHELMO Comiti Hollandiae (1) Feoda, a Comitibus Hollandiae FLORENTIO et THEODERICO poſſeſſa, confirmat.

A. 1213. d. 13. Ian.

Ad Excurſ. XI. p. 482.

(MARTEN. *Theſaur. Anecd.* T. I. fol. 841. et accuratius in MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 156.)

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis. Eius gloria OTHO quartus Romanorum Imperator ſemper auguſtus.

Iuſtum eſt et imperatoriae maieſtati convenit, ut fideles ſuos tanto maiori benevolentia reſpiciat et honoret, quanto eos in ſuis obſequiis promtos magis invenerit ac devotos. Hinc eſt quod nos attendentes fidem ac devotionem magnam dilecti ac fidelis noſtri viri Nobilis WILLELMI *Comitis Hollandiae*, omnia *feoda*, quae Nobiles viri FLORENTIVS et THEODORICVS bonae memoriae *Comites Hollandiae*, videlicet praedeceſſores praefati Comitis WILLELMI Hollandiae ab *Imperiali aula* tenuerint, eidem WILLELMO in purum feodum cum omni

(1) *Hollandiae*] Superſcriptio in MARTENE pro *Hollandiae* habet *Flandriae*. In Chartae initio pro *gloria* legendum videtur *gratia*, et, perperam pro *honoret*, *honore*.

omni integritate ad eamdem *Comitiam* attinente contulimus. A. 1213. d. 13. Ian.
Et ut haec noſtra conceſſio et donatio rata ſit, et in futurum intemerata permaneat, praeſens privilegium bulla noſtra iuſſimus inſigniri.

Huius autem noſtrae conceſſionis hii ſunt teſtes,

Balduinus Comes de Benthem.

Bernardus de Horſtmarre.

Hugo de Forne.

Godefridus de Bredha.

Wilhelmus de Thelinge, et alii quamplurimi.

Datum per manum IOHANNIS Praepoſiti Werdenſis Domni OTHONIS Imperatoris Clerici familiaris.

Signum Domni OTHONIS Imperatoris IV. invictiſſimi.

Acta ſunt haec anno Incarnationis Dominicae MCCXIII. Regni noſtri XIV. (2) Imperii vero IV. apud *Numagum*, Idus Ianuarii, indictione I.

(2) *XIV.*] Si ab a. 1198. ut vulgo fit, (vid. Auct. CHRONIC. GOTWIC. T. I. Prodr. p. 414. ſq.) annos regni *Ottonis* computamus, curreret annus Regni XV. Recte tamen habent *anni Imperii* et *Indictio*, e quibus annus 1213. elicitur. Agit Ampl. IVNG. in *Com. Benth. Antiq.* p. 244. ſqq. de *Balduino de Benthem.*

Digitized by Google

N. LXXVIII.

A. 1213. LVDOVICVS Comes Loſsenſis, approbante ADA Comitiſsa, Alodium ſuum *Herkenrode* ad conſtituendum Monaſterium Herkenrodenſe a patre donatum confirmat (1).

A. 1213.

Ad Excurs. XI. p. 496.

(MATTH. *Anal.* T. III. p. 124. ſq. MANTEL. *Hiſt. Loss.* p. 114. et n. SAMMARTH. *Gall. Chriſtian.* T. III. Prob. p. 171. nec non MIRAEI *Opp. Dipl.* T. II. p. 833. collatum cum MANTEL. in *Haſſeleto*, ſeu *Hiſtoriae Loſſenſis Compendio* Lovan. 4. a. 1663. p. 7.

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis. LODEWICVS Dei gratia *Comes de Los* [a], univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Vt unicuique [b] ſua iuſtitia conſervetur [c] illaeſa, divinae legis et humanae proclamat veritas, et rationis atteſtatur auctori-

a Mantel. *Los.* In *Haſſel. Los.* b Samm. ut in omnibus notis. c Ed. Matth. *ſervetur.*

(1) *Confirmat*] Non auſus est V. D. HVYDEC. D. II. bl. 155. f. ad STOK. τὸ γνήσιον negare, ſed aliud commentus est perfugium; mutat nempe ADAE nomen in ALEIDEM, quod quam futile ſit, ex iis quae in EXCVRSV XI. et *Cod. Diplom.* p. 293. ſqq. diximus, ſatis apparet. Acquirit autem robur ex eo, quod MANTEL. non *Adam*, ſed *Idam* exhibet, certo argumento, ſi ita ſcriptum invenerit, non exſtitiſſe ſimplicem literam *A.* ad indicandum *nomen uxoris.* De quo *Idae* nomine vide not. ad Chart. a. 1218. N°. II.

(2) *Religioſo Monacho*] Sic errores oriuntur. Quum MANTELIVS a. 1663. *Haſſeletum* ſuum edebat, un-

ctoritas. Notum itaque fieri volumus tam praeſentis quam fu- A. 1213. turae aetatis hominibus, quod felicis memoriae Comes GERARDVS genitor noster ſecundum carnem, ſanus adhuc in corpore, et incolumis, alodium de *Herckenrode*, ab omnibus heredibus [d] abſolutum, ad conſtituendum [e] Clauſtrum ſanctimonialium Ordinis Ciſtercienſis, in ſilvis, pratis, terris cultis et incultis, viis et inviis, fratri HENRICO [f] [religioſo Monacho*(2)] pro ſalute animae ſuae libere contradidit, nobis aliisque fratribus nostris, ſicut decens erat et iustum [g], pium praebentibus asſenſum. Nos vero donationem hanc bonam ac laudabilem diligentisſime approbantes, inviolabiliter obſervandam fideliter confirmamus, et ſcripto annotatam [h] *ſigillorum nostrorum* impresſione corroboramus, ADA [i] *Comitisſa uxore nostra* eandem *approbante.* Inhibemus itaque diſtrictisſime ſub banno potestatis, atque obtentu [k] gratiae nostrae, nequis in posterum auſu temerario huic ſanctae donationi [l] contraire praeſumat.

d Samm. deest *heredibus.* e Samm. *conſtruendum.* f Mant. *Henrico, religioſo Monacho.* g Mant. *iustum* omiſit. h Mant. Hasſel. addit *approbatam.* i Mant. *Ida.* k Mant. *absque obtentu.* l Samm. *huic ſecundae don.*

cinulis has voces incluſit, explicationis causſa Chartae inſertas. Idem postea edidit *Hiſtoriam Losſenſem*, ibique p. 124. has voces in Chartam intromiſit, quae tamen abesſe debent. Hic autem *Henricus* teste REINERO a. 1214. p. 51. *quondam Praepoſitus Traiectenſis, frater L. Comitis de Los, ſit miles, et Comitisſam de Hostade accepit uxorem.* Obiit vero una cum fratre *Ludovico* eodem mortis genere, *infra tres dies*, ibid. REINER. p. 60. a. 1218. Habes etiam hunc *Henricum Ludovici* fratrem in *Charta* a. 1213. d. 10. Maii; quem tamen ignorasſe videtur GVDENVS in notis.

A. 1213. ſumat. Quod ſi quis temere et praeſumptuoſe attentaverit, divinae animadverſionis [m] ultionem et noſtram offenſam ſe incurriſſe certisſime cognoſcat.

Huius rei teſtes ſunt Wilhelmus perſona de Hasſelt.

Wilhelmus de Petershem.

Hermannus de Elslo.

Conrardus de Hubertincken [n].

Godefridus de Lewis.

Walterus de Milue [o].

Robertus de Berle.

Raſo de Curtecem [p].

Theodorus Caſtellanus de Loo.

Walterus de Beree.

Henricus de Ioer.

Robertus de Corswerem [q], et alii quamplures.

Acta ſunt haec anno Dominicae Incarnationis CIↃ. CC. XIII.

[m] Samm. *maledictionis.* [n] Mant. *Hubertinchen.* [o] Mant. *de Milne.* Samm. *de Milne.* [p] Mant. *de Corteſeim* — *de Loen.* Samm. *Curterſem. Theodorius* — *Leo*, et post *Beris* — *Jenks.* [q] Mant. *Corswerem.* Samm. *Corſiberme.*

N. LXXIX.

Digitized by Google

N. LXXIX.

WILHELMVS Comes Hollandiae paciſcitur de Homagio et Servitio Regi Angliae praeſtando, pro Feodo 400. Marcarum annuatim ſolvendarum. A. 1213. d. 29. Mart. N. 1.

A. 1213. d. 29. Mart.

Ad Excurs. XI. p. 483.

(RYMER *Act. Publ. Angl.* T. I. p. 165. Ed. Nov. p. 54. et hinc MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 157.)

1. Omnibus Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis WILLIELMVS *Comes Holland.* ſalutem. Noverit Vniverſitas veſtra, quod ego WILLIELMVS *Comes Holland.* promiſi Domino *Regi Angliae* IOHANNI, quod, ſi gentes extraneae in *Angliam* ad eam expugnandam venerint, veniam ad ipſum in Anglia, cum toto poſſe meo, quatenus potero, bona fide, ſine malo ingenio, postquam ſummonitionem ſuam habuerimus, vel neceſſitatem ſuam audierimus, ad defendendam terram ſuam, pro poſſe meo, ad denarios ſuos; et hoc non dimittam pro aliqua re, niſi exercitus apparens ſuper terram meam venerit.

2. Et quando voluerit habere ſervitium meum, quod ei debeo, viginti et quinque Milites ei mittam de terra mea usque in Angliam ad custum meum, et a die, quo applicuerint in

 An-

A. 1213. d. 29. Mart. N. 1. Angliam, ſervient Domino Regi, ad denarios ipſius, per tres quadragenas in *Anglia*, et cum corpore ipſius ibunt quocumque ipſe voluerit, et quando eos remittet, ad custum ſuum remittet eos usque in terram meam.

3. Praeterea ſi de terra mea *ſervientes* habere voluerit ad ſervitium ſuum, mittet in terram meam aliquem de ſuis ad ducendum eos in *Angliam*, et faciam ei habere quingentos vel mille ſervientes, vel eo amplius, ſi neceſſe fuerit; et inveniam eis naves ad transfretandum in Angliam, ad denarium ipſius Regis, et a die, quo a portu receſſerint in Angliam transfretantes, erunt ad liberationes ipſius Regis, dum fuerint in ſervitio ſuo. Et ego manucapio, quod milites et ſervientes, quos ei mittam, bene et fideliter ei ſervient, dum in ſervitio ſuo fuerint.

4. Ego vero Domino meo Regi IOHANNI *homagium* feci, et de fide ei ſervanda, et de praedictis ei firmiter tenendis *Sacramentum* ſibi praeſtiti in fide bona.

5. Et ipſe pro *homagio* et *ſervitio* meo praedicto dabit mihi et haeredibus meis per annum in feodum quadringentas Marcas [ad Marcam -- --] ad Paſcha percipiendas ad Scaccarium ſuum *London.*

6. Et ego *ligius* homo deveni ipſius de praedicto feodo contra omnes mortales, ad terram ſuam Angliae defendendam, et aliam terram ſuam perquirendam; nec ab homagio ſuo vel fideli-

delitate ſua in aliqua re, vel pro aliquo alio homine recedam. A. 1213. d.29.Mart. N. 1.

Testibus:

Domino P. Winton. Epiſcopo.

H. Comite Palatin. Rhen.

R. Comite Boloniae.

G. filio Petri, Comite Esſex, Iuſticiario Angliae.

W. Comite Warennae.

W. Comite Arundell.

S. Comite Winton.

Willielmo Briwerr.

Petro filio Herberti.

Thoma de Furnes.

Bald. de Harleke.

Florens. de Word.

Simone de Dano.

Martin. de Conrado de Wilr.

Gerard. de Rodes.

Dat. London. viceſimo nono die Martii.

N. LXXX.

Digitized by Google

N. LXXX.

A. 1213. d. 29 Mart. N. 11.

Publicatio proxime antecedentis Conventionis.

A. 1213. d. 29. Mart.

Ad Excurs. XI. p. 483.

(RYMER *Act. Publ.* T. I. p. 169. Nov. ed p. 55. et hinc MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 157)

IOHANNES, Dei gratia, *Rex Angliae*, omnibus Christi fidelibus, praeſentem Cartam inſpecturis, ſalutem.

Sciatis, quod WILLIELMVS *Comes Holland.* in hoc nobis tenetur, per *homagium*, et *ſacramentum*, et *Cartam ſuam*, quod, ſi gentes in *Angliam* ad eam expugnandam venerint, ipſe veniet, — — — —

[Reliqua, mutata perſona, ut ſupra.]

Teſtibus ut proximo ſupra.

Dat. per manus Cancellarii noſtri, apud Novum Templum *London.* viceſimo nono die Martii, anno Regni noſtri decimo quarto.

N. LXXXI.

Digitized by Google

N. LXXXI.

SIGEFRIDVS Archiepiſc. Moguntinus confirmat emtionem venditionem celebratam inter GERARDVM Comitem de *Rieneck* et Monaſterium Erbacenſe in Rhingavia, asſentientibus LVDOVICO Comite de Los et ADA Comitisſa. A. 1213. d. 10. Maii.

A. 1213. d. 10. Maii.

Ad Excurs. XI. p. 496.

(GVDENI *Cod. Diplomat.* T. I. p. 423.)

SIFRIDVS Dei gratia ſancte *Maguntine* ſedis Archiepiſcopus et Apoſtolice ſedis Legatus. Perutilis ſcripturarum est memoria. Que, rerum tractatus fideliter repreſentans, contra verſucias malignancium et ſubrepentis oblivionis caliginem, cautelam adhibet et munimen.

Ad noticiam igitur pervenire volumus tam preſentis etatis XPI fidelium, quam future; quod Dilecti filii Abbas et conventus *Eberbacenſis* Eccleſie, a fideli nostro GERHARDO, *Comite de Rinecke*, Predium ſuum in *Ingelnheim* et *Iſenheim*, tam in agris quam in vineis et curtibus, pro ducentis quatuor Marcis cum omni iure et omnibus appendiciis comparaverunt; ipſo Comite bona eadem reſignante in Comitatu, ſub cuius iu-

A. 1213. d. 10. Maii. riſdictione fuiſſe noſcuntur. Que bona ipſi Eccleſie pro centum quinquaginta marcis antea fuerant obligata.

Huic vendicioni *fratres Comitis* memorati LVDWICVS *Comes de Lon* (1) et dilectus filius HEINRICVS, *Traiectenſis* et *Aſſchaffinb. Prepoſitus* (2), atque ADA *Comitiſſa* gratum et benevolum prebuerunt aſſenſum, idque per ſuas patentes litteras expreſſerunt.

Preterea dictus *Comes de Rinecke* et fideles XPI SIBBOTHO, BEZELINVS et DIEMARVS *de Rinecke* et doctus *de Narath* coram nobis mediante datione fidei promiſerunt; quod, ſi qua prenotate Eccleſie mota fuerit queſtio ab ARNOLDO, *fratre ipſius Comitis, qui nunc in Anglia obſes tenetur*, ipſi ſe Maguntie repreſentent, numquam egreſſuri ex ea, donec ARNOLDVS abrenunciaverit bonis illis, et ſepedicta Eccleſia ab impeticione ipſius penitus abſolvatur.

Ad hoc predictus Comes Curiam ſuam in *Maguntia*, in qua videlicet ſita eſt Capella *S. Lamberti*, ad abundanciorem cautelam antefate Eccleſie pro LX. marcis pignori obligavit; ſuper eo videlicet, quod antedictus ARNOLDVS frater ipſius *Comitis* abrenunciaturus ſit libere bonis illis, et quod ipſe Comes ean-

(1) „ *Comes de Lon*] Notari hic „ meretur Nomen et familia Comitum „ *de Lohn*, ceu cum *Rieneccis* una „ eademque. A Castro habitationis „ tantum differebant: uti v. g. olim „ Dynastae de *Brauneck*, intuitu ag- „ natorum ſuorum *de Hohenlohe* ". GVDENVS.

(2) *Prepoſitus*] „ Aeque *Rienec-* „ *cius*, dictus *de Lohn* ". Sic GVDENVS. ſed confer not. (3). p. 356.

eandem Eccleſiam ob omni prorſus impeticione abſolvet, que A. 1113. d. 10. Maii.
ſive ab Eo, vel ab aliis occaſione Sui, imposterum poterit ſuboriri.

Vt autem que promiſſa ſunt, robur obtineant firmitatis; petitum est hinc inde a Nobis, ut ea ſub nostri Privilegii pagina faceremus conſcribi, et ſigilli nostri munimine roborari.

Statuimus ergo, ne aliqua in posterum Eccleſiastica ſecularisve perſona huic ordinationi et auctoritati preſentis Privilegii temere contraire preſumat, quod ſi quis attentare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI nostramque offenſam ſe noverit incurſurum. Testes huius rei ſunt:

Conradus, maioris Eccl. in Mag. Prepoſitus.
Gerbodo, Prepoſitus S. Petri.
Gerhardus, Prepoſitus S. Stephani.
Christianus, Prepoſitus S. Victoris.

De Capellanis.

Iohannes Canonicus Eccl. S. Stephani.	
Heinricus Notarius.	Wideroldus ſacerdos.

De Miniſterialibus.

Embricho Camerarius.	Godeſcalchus Officiatus.
Arnoldus ad Quercum.	Embricho filius Mengoti.
Helfridus de Wizenowa.	Bertoldus filius Herboldi.
Ernestus Monetarius.	Hertwicus de Dusburg.
Baldungus Officiatus.	

A. 1213. d. 10. Maii.

De Burgenſibus.

Fridericus Scado. Sifridus Potho.

Et alii quam plures.

Acta

(3) *Anno* XII°.] Edidit hoc Diploma Vir Cons. IZAAC VAN DER DOES in Append. Documentor. ad Diatriben ſuam Iuris publici Inaug. a. 1775. defenſam, *de vinculo quod olim inter dioeceſin Traiectinam et regnum Francicum, ac deinceps Imperium Romano-Germanicum interceſſit*; ad quod explicandum, monente Viro Celeb. et Praeceptore eius digniſſimo, M. TYDEMANNO, nonnulla adiecit; quae, quia non ubique haec Diſſertatio obvia est, digna duxi, quae hic ſubiiciantur de genealogia Losſenſi et *Ludovici* uxore *Ada*. „Quamvis, inquit, omitti potuiſſet haec Charta, minime tamen poenitet, illam huc adductam fuiſſe, quoniam alia, non exigui ad hiſtoriam Comitis Ludovici Losſenſis, mariti Adae, filiae Theodorici VII., Hollandiae Comitis, intelligendam momenti, hinc diſcimus. Etenim hinc conſtat, (1.) illum fratres habuiſſe Gerhardum, Henricum, et Arnoldum. (2.) Arnoldum a. 1213., in Anglia obſidem fuiſſe detentum. (3.) Henricum fuiſſe Praepoſitum Traiecti ſuperioris (qualis fuiſſe dicitur apud BVTKENS L. IV. p. 210. et in Genealogia apud VAN LOON *Aloude Holl. Hist.* D. II. bl. 276. — Add. Chronicon LAMBERTI PARVI, apud VAN LOON *over de Leenroer. Probatt.* P. I. p. 36. n. 2.) et Aſchaffinburgi. Idem hic erit, qui a patre Gerardo alodium de Herckenrode acceperit, *ad conſtituendum clauſtrum Sanctimonalium Ordinis Ciſtercienſis*, quam donationem confirmavit Ludovicus, cum Ada, Comitiſſa, uxore, a. 1213. Charta, quae est apud MATTH. *Anal.* T. V. p. 534. 8. [et hic p. 346. Idem hic forſan est *Heinricus Aſchapfenburgenſis Prepoſitus*, a. 1209. apud GVDEN. T. I. p. 412. Fratrem quoque Ludovicus obſidem ante dedit Epiſcopo Traiectino, referente BEKA p. 63. fin. (4.) Conſtat ex adducto Diplomate, Ludovicum, Comitem de Loon, una cum fratribus, origine materna patris fuiſſe Comites Rineccios, illuſtris in Archiepiſcopatu Moguntino generis, quodque principibus Belgicis etiam ante cognatum fuerat, ac, per Sophiam Benthemienſem, ortum dederat. Etenim origo Rinecciorum repetenda est ab Hermanno Lucelburgenſi, Comite Salmenſi, qui a. 1081. Rex Romanorum electus est. Vid. IVNG. *Hist. Comit. Benth.* L. III. C. 1. §. 8. p. 143. ſqq. Huius filius fuit Otto Rineccenſis, Comes Palatinus, Pater Ottonis, Comitis Benthemienſis, et Sophiae, quae nupſit Theoderico VI., Hollandiae Comiti,

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCCXIII. In- A. 1213.
dictione I. Data *Maguntie* VI. Idus Maii. Pontificatus Dni d. 10. Maii.
INNOCENTII Pape III. anno XVI. Pontificatus vero nostri
anno XII°. (3).

miti, cuius, ex filio Florentio III., nepos fuit Theodoricus VII., Adae nostrae pater. Vid. Tabula Genealogica apud IVNG. l. c. p. 156. et 321. ut eiusdem Theodorici VI. filii, Florentii III. fratres praeter alios, ab IVNGIO l. c. L. III. C. II. §. 6. p. 183. ſqq. enumeratos, fuerunt Balduinus, et Theodoricus, Epiſcopi Traiectini, de quibus, etiam, vid. *het Aanhangs. op de Kerk. Oudh.* bl. 11. et bl. 231. Praeter Ludovicum autem, Adae maritum, Comitem Losſenſem, alius eodem tempore vixit, ac postea, Ludovicus, Comes de Rinecken, Burggravius Moguntinus, obvius a. 1221. apud GVDEN. T. I. p. 480. a. 1222. ibid. p. 951. a. 1232. ibid. p. 515. et a. 1233. ibid. p. 528. et p. 530. qui, credo, Ludovicus dubitantem iuvare poſſet WAGENARIVM *Hist. Patr.* T. II. p. 340. in adnot. Add. HVYDECOPER l. mox l. p. 160. Deinde Ludewicus, Gerhardus, et Heinricus, fratres, Comites de Rienecken, ibidem ſaepius memorantur, ut a. 1261. p. 682. ſqq. 685. ſq. iterum a. 1266. ibid. p. 718. denique Ludewicus et Gerhardus, Comites de Rienecke, a. 1271. ibid. p. 735. ſqq. Paternam vero Losſenſium Comitum ſtirpem a Caroli magni temporibus, et praeſertim ab Ogerio Dano, qui primus fuerit Losſenſium Comes, eſſe repetendam, monet PONTAN. *Hist. Gelr.* L. VI. p. 124. Eadem antea quoque, per feminas, cum Gelris, Arkeliis, atque Renesſiis coniuncta fuit, ut apparet ex eius Genealogia apud VAN LOON *Aloude Holl. Hist.* D. II. bl. 276. —— Illud autem, quod (5) de Ada, Comitisſa, Ludovici, Comitis Losſenſis, uxore, conſtat ex Diplomate nostro, illam adhuc a. 1213., vel paullo ante, ſuperſtitem; maritoque Ludovico iunctam fuiſſe; quodque de Arnoldo, in Anglia obſide, notavimus, tanto maioris est momenti, quia facit ad confutandas *Ampliss.* HVYDECOPERI ad AEMILII STOKE *Chron. Rythm.* adnotationes uberiores, ad L. III. vs. 570. p. 154. ſqq., ubi cenſet, Adam a. 1205. mortuam fuiſſe, numquam vero Arnoldum obſidem in Anglia detentum. — Add. Chron. LAMBERTI PARVI apud VAN LOON *over de Leenroerigheid Probatt.* P. I. p. 38. n. 1. Arnoldus hic postea, liberatus, fratri ſucceſſit, et tanquam *Comes de Los* memoratur in ſubſcriptione Diplomatis Friderici II. Imp. a. 1220. apud BVCHEL. ad. HED. p. 213. PONTAN. *Hist. Gelr.* L. VI. p. 127. et MIERIS *Charterb.* D. I.

A. 1213. d. 10. Maii. bl. 178. Add. de Genealogia Comitum Loſſenſium, BVTKENS *Troph. de Brab.* L. IV. p. 210. atque de triſti fato noſtri Ludovici, et fratrum, Gerardi, et Henrici, VAN LOON *over de Leenroerigheid van Holland.* bl. 47. — Pater horum Comitum fuit Gerhardus, mox memorandus ex Ludovici filii confirmatione teſtis, cum Hugone fratre a. 1174. apud BVTKENS *Preuves du* L. IV. p. 43., etc., ſine eo, in Diplom. Friderici I. a. 1182., de quo dicemus ad finem huius adnot.: obvius etiam a. 1188. et 1190. apud BVTKENS l. c. p. 44. et 45. — Quod ad antiquam adtinet iurisprudentiam, duo tantum adnotabimus. Alterum, oppignorari quidem, uti videtur, alienari vero minime potuiſſe praedia avita, diſſentibus agnatis, ſeu heredibus ab inteſtato. Vid. *Spec. Sax.* L. I. §. 52. *Oſtfries. Land-Recht* L. II. C. 254. ibiq. M. VAN WICHT p. 560. MATTH. *Anal.* T. VI. p. 47. et HEINECC. *Elem. Iur. Germ.* L. II. §. 399—404. Hinc Ludovicus Loſſenſis in confirmatione iam adlegata, apud MATTH. *Anal.* T. V. p. 534. in 8., *Gerardum*, ait, *ſuum genitorem ſecundum carnem, ſanum adhuc in corpore et incolumen, alodium de Herckenrode, ab omnibus heredibus abſolutum, — fratri Henrico, pro ſalute animae ſuae libere contradidiſſe, ſe aliisque fratribus ſuis, ſicut decens erat et iuſtum, pium praebentibus adſenſum*, rel. Atque inde, ex condominio nempe familiae, gentilitii retractus originem, recte derivarunt SCHILTERVS, HEINECCIVS, VON WICHT, VAN DE SPIEGEL, et nuper Conſultiſs. viri, IO. VAN REES *Diſs. de primo retractus gentilitii inter Germanos fundamento*, Gron. 1771. et IO. ADR. WILHELMIVS *Spec. Inaug. de Iure Retractus* C. I. §. 10. ſq. Lugd. Bat. 1774. — Alterum, quod hic notari velim, eſt illa, conſueta tunc temporis, ſed abrogata deinceps, ſingularis fideiuſſio, qua ſponſores obligant ſe, *ſi qua praenotatae Eccleſiae mota fuerit quaeſtio ab Arnoldo*, ſe adfuturos Moguntiae, neque inde egreſſuros, donec, rel. Dicebatur haec conventio, *pactum obſtagii*, ſive *obſtagium*, Germanice *Einlager-recht*, ſeu *Einritt*, inequitatio, reſpectu creditoris; *leiſtung*, praeſtatio obſtagii, reſpectu debitoris, ſeu obſidis; *leiſtmanung*, monitum creditoris de tali praeſtatione. Vid. WACHTER. *Gloſſar. Germ.* Neque ſoli ſponſores, ſed et ipſi debitores principales aliquando ſimili ſub poena ſemet obligabant: uti Fredericus van Heker, dictus van der Eſe, Eques, cum uxore Lutgardi van Rechteren (de quo coniugum pari vid. et MATTH. *Manud. ad Ius Can.* p. 330. ſq.), et Everardus van Heker, dictus van der Eſe, Famulus (*Knape*), cum uxore Beatrice de Almelo, in pacto cum Iohanne van Virnenburg, Epiſcopo Traiectino, a. 1367. — Similiter Everardus van Hekeren, dictus van der Eſe, Famulus, cum Catharina de Almelo, uxore,

Digitized by Google

re, in pacto cum Friderico de Blankenheim, Epiſcopo Traiectino, a. 1394. —— Item Bernardus, Comes Benthemienſis; Balduinus, Dominus Steinfurtenſis, cum filio Ludolpho; Iohannes de Solmisſe, Dominus de Ottenſtein, cum Henrico, filio; Arnoldus de Gutterswyk; Gualtherus, Dominus de Voerst et de Keppel; et Everardus de Heker, Dominus de Almelo, Famulus, in confoederatione a. 1387. — Denique Gulielmus, filius Egmundenſis, frater Ducis Gelriae, et Fredericus de Rechteren, Dominus de Voirst, de Asperen, et de Keppel, in pacto a. 1433. — Quae omnia pacta vulgata ſunt in Append. Docum. ad Commentarium de Iuribus ac Privilegiis Dynaſtiae Almelonæ (*Deductie van de Rechten en Gerechtigheden der Heerlykheid Almelo*) Hardervici, 1749. 4. p. 165. 174. 176. et 182. (Libellum hunc laudavit Cl. IVNG. in *Cod. Diplom. pro Hist. Benth.* p. 123., atque inde transſcripſit confoederationem memoratam a. 1387. d. l. n. 121. p. 246. ſqq.) — Pactum vero ſponſorum, ſic ſe obligantium, *teleiſten*, in diverſorio, a. 1387., in pacto nuptiali, quo Sophia, filia Zegeri de Gruisbeke, Domini de Hoemen, Equitis, uxor promittitur Suedero de Rechteren, est ibid. p. 187. ſq. — Plurima alia exempla ex *Chartulario* FR. VAN MIERIS magna cum cura collecta fuerunt in HENR. IENSII *Diss. de pacto obſtagii*, Trai. 1762. (cuius auctor est IO. HENR. IVNGIVS, ſaepius laudatus, uti refertur in Cl. PVTTERI *verſuch einer Geſchichte von der Vniverſitaet zu Göttingen*, §. 59. p. 107. — Add. IVNGII *Hist. Com. Benth.* p. 161. *adn.* et *Cod. Dipl.* p. 47. *adn.*) Addi posſunt alia ex BVTKENS *Preuv. du* L. IV. p. 44. MATTH. *de Nobil.* L. IV. C. I. p. 911. GVDENI *Cod. Dipl.* T. I. BVRMANN. *Vtr. Iaarb.* D. I. bl. 58, 261. WAGENAAR *Hist. Patr.* D. III. bl. 387. in *adnot.* et IVNGII *Cod. Diplom. pro Histor. Benth.* n. 67. p. 140. n. 102. p. 208. n. 103. p. 209. n. 104. p. 210. n. 105. p. 212. n. 106. p. 214. n. 107. p. 216. n. 128. p. 276. N. 145. p. 301. Pluribus egerunt hoc de iure GAIL. L. II. Obs. 45. FREHER. *Gloss. voc.* Obſtagium, in *Scriptt. Rer. Germ.* ed. STRVV. T. I. p. 711. MEIBOM. ad LEVOLDI NORTHOV. *Orig. Marchan.* T. I. *Rer. Germ.* p. 411. BEYER. *Spec. Iur. Germ.* L. III. C. XII. p. 278–282. MATTH. *Anal.* T. V. p. 594. ed. in 8. et HEINECC. *Elem. Iur. Germ.* L. II. §. 452–458. —" Hactenus TYDEMAN.

A. 1213. d. 10. Maii.

N. LXXXII.

N. LXXXII.

A. 1213. d. 23. Dec. WILHELMVS Comes Hollandiae pro ſua portione terras Abbatiae *Rijnsburg.* ſitas in *Walacria*, ab omni petitione et onere liberas declarat.

A. 1213. d. [23.] Dec.

Ad Excurs. VII. p. 274.

(Ex Originali, in Archivis Rjinsburg. Habet etiam MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 159.)

IN NOMINE⁝ PATRIS⁝ ET FILIJ⁝ ET SPIRITVS⁝ SANCTI⁝ AMEN⁝

Ego WILLELMVS *Comes Hollandie* notum facio tam preſentibus quam futuris · quod anime mee · et uxoris mee · necnon et prolis noſtre ſaluti uolens prouidere · centum menſuras terre infra *Officium Ostkapelle* · ad eccleſiam ſancte Marie de *Rinsburch* attinentes · ab omni onere peticionis · expeditionis · reliquoque exactionis grauamine · *quantum ad Ius Hollandie* dinoſcitur pertinere · liberas et abſolutas · in perpetuum omnimodis dimitto · preter terram illam quam frater meus THEOD. *Comes* · eodem modo eidem eccleſie liberam dimiſit.

Vt autem hoc factum meum ratum et inconuulſum conſeruetur · preſentem paginam Sigilli mei teſtimonio · et teſtium patrocinio duxi muniendam · Te-

Teſtium uero nomina qui ſubſcriptioni huic interfuerunt A. 1213. d. 23. Dec.
ſunt hec ·

Petrus de Dunis ·

Daniel de Thoſan ·

Petrus de Middelborch abbates ·

Hugo de Vorne (1) ·

Gode-

(1) *Hugo de Vorne*] Haud dubito equidem, quin *Vornenſes* eius aevi *Dynaſtae* egregium vindicem ſint habituri in Ampliſs. Viro H. VAN WYN, nuper urbis *Brielae*, nunc vero *Goudae* Syndico, qui, uti de re noſtra hiſtorica bene meritus eſt, ita imprimis in rebus *Vornenſibus* illuſtrandis cummaxime occupatur. Recenſum igitur nunc tantummodo earum agam Chartarum, in quibus HVGO diſerte tamquam *teſtis* vel quocumque alio titulo occurrit. Habetur hic vulgo filius *Florentii de Voorn*, qui fratrem habuerit *Theodericum*, ex quo *Theoderico* Dynaſtas *de Reneſſe* ſcriptores repetunt. Vid. ALKEMAD. *Beſchryv. van den Briel* bl. 192. ſqq. qui primam FLORENTII mentionem anno demum a. 1172. fieri innuit; at FLORENTIVS DE VORN habetur iam

A. 1168. ſupra p. 192.

Occurrit deinde in Chartis,

A. 1173. ſupra p. 201. et in alia Charta p. 203. ubi diſerte *S. Florentii de Vorren*.

A. 1174. p. 204. ubi adiungitur *frater Theodericus*.

Huius FLORENTII filius HVGO *de Vorne* occurrit iam cum patre ſuo in Charta Pacis

A. 1168. p. 192.

Porro a. 1198. p. 219. et p. 224.

A. 1199. d. 21. Ian. p. 226. *Dominus Hugo de Vorne*, et p. 228.

A. 1200. M. Febr. p. 246. eodem anno d. 21. Aug. p. 248.

——— d. 3. Nov. p. 252.

A. 1203. apud MIER. D. I. bl. 139.

A. 1204. d. 16. Apr. hſc p. 264.

A. 1206. p. 301. ſqq.

A. 1207. p. 333.

A. 1209. d. 13. Febr. p. 340.

A. 1213. MIER. D. I. bl. 158.

——— d. 13. Ian. hſc p. 345.

Et multa alia.

Habuit fratrem *Theodericum*, vid. a. 1198. p. 220. et a. 1204. p. 264. Memoratur ſub illo etiam a. 1199. p. 228. Inter teſtes *Bartholomeus de Vorne*, qui an ad familiam ſpectet, ignorare me fateor. Occurrit p. 264. a. 1204. poſt HVGONEM *de Voorn* et TH. *fratrem*. teſtis *Betto filius*, quod fortaſſe nomen reſciſſum pro *Bartholomeo*, niſi con-

A. 1213.
d. 23. Dec.

Godefridus de Breda.
Willelmus de Riswic.
Theodericus de Theilinge.
Iacobus castellanus de Leiden.
Willelmus de Koudekerk.

Wal-

coniectes, adiungi debere voci ſequenti, *Bertildis*, ita ut legatur *Betto filius Bertildis*. Reliquit *Hugo* filium etiam *Theodericum*, qui patri in Zeelandiae *Castellanatu* ſive in *hereditaria istius terrae adminiſtratione* ſucceſsit. Sed praeter hunc alium reliquisſe videtur filium, *Henricum*, uti conficio ex Charta BALDVINI *Com. Benthem.* infra edenda a. 1218. Quinam vero ille ſit, qui ſeculo proxime elapſo a. 1105. ſupra p. 145. audit *Everwacrus de Fornhe* non conſtat. Hactenus ope Chartarum Genealogia Dominorum *de Vorne* explicata. Vir D. ad STOK. D. I. bl. 579. hunc *Hugonem* variis locis deturbare conatus est: qua de re nunc lectoris iudicium esto.

(2) *Middelborch*] De huius Chartae ex *Archivis Rijnsburg.* productae authentia non amplius dubitare poterit Lector ingenuus. Produxerat eam ſatis accurate MIERIS D. I. bl. 158. ex BOXHORN. *Theatr. Holl.* p. 222. Habet etiam HISTOR. *Epiſc. Traiect.* T. I. p. 503. unde hauſit A. MIRAEVS *Nov. Coll. Dipl.* T. II. p. 843. Eius tamen fidem ſugillavit Vir D. ad STOK. D. II. bl. 305. Quapropter hanc cum ſigillo in aes incidendam curavi. Interim multa nos haec Charta docet.

Nam 1°. collatione cum ſq. inſtituta, videmus quam apertisſime, *Feudum Zeelandiae* ex Pacto Heedenseano a. $\frac{1167}{1168}$. ſupra p. 186. in commune etiamnunc fuisſe posſesſum.

2°. *Wilhelmum* ſimpliciter hic adhuc gerere titulum *Comitis Hollandiae*.

3°. Abbates *de Dunis* et *de Thoſan* in Flandria ob bona apud *Zeelandos* ſita (vid. a. 1204. p. 263.) Comiti ſuo ac Domino *Wilhelmo* testes adſtitisſe.

4°. Postremos quatuor testes, *de Koudekerke* etc., Zeelandiae Nobiles, itidem *Wilhelmi* fuisſe Vaſallos.

5°. *Ius petitionis* aliorumque *tributorum* in *commune* adhuc Comitibus competiisſe: qua de re tantae postea a. 1250. exortae ſunt lites.

6°. Fuisſe Nomen Abbatis Medioburg. hactenus incognitum *Petrum*; quod confirmat altera huius *Petri* Charta inedita in Probb. a. ſq. 1214. p. 365.

7°. *Fernandum* Comitem Flandriae, qui proximam Chartam exhibuit, cum

Wil-

Digitized by Google

Walterus de Cruninge · A. 1213. d. 23. Dec.

Egidius de Sabbinge ·

Symon Neuekin ·

Actum anno incarnationis dominice · Milleſimo · ducenteſimo · tercio decimo · Menſe decembri · Datum per manum ſcriptoris mei apud *Middelborch* (2) ·

* * *

Appendet ex filis ſericis viridi colore Sigillum rotundum, integrum adhuc, repraeſentans Equitem equo currenti inſidentem, dextra gladium tenentem, in pectore ſcutum triquetrum cum Leone ſcandente. Habet galeam in capite, et, quod ſingulare admodum, in ipſa galea conſpicitur *Leo currens*. Hac perigraphe:

✠ SIGILLV̄ WILLЄLMI·COMITIS DЄ HOLLANDIA·

In averſa parte Scutum triquetrum tenetur ab Aquila vel Gryphe, in quo *Leo Scandens*, in eoque:

WILLELMVS CO···· reliqua fere evanida, ita tamen ut lectum videatur MES DE HOLLANDIA.

Vid. TABVL. N°. XII.

Wilhelmo Hollandiae Comite hoc tempore in Walacria fuiſſe. Etſi enim locus Datae Chartae non adiectus ſit, docet tamen hoc quam clariſſime claſſicus ſcriptor IO. IPERIVS *Chron. S. Bertin.* P. XVI. p. 696. ad h. a. 1213. *Ferrandus Comes Flandriae et Reginaldus Comes Boloniae cum gente Regis Anglorum navigium Regis quod fuit apud* DAM *combusſerunt, et inde ad* WALKARAM *Zelandiae inſulam cum praeda ſe receperunt.*

N. LXXXIII.

Digitized by Google

N. LXXXIII.

A. 1213. d. 23. Dec. FERNANDVS Comes Flandriae et uxor IOHANNA pro ſua portione terras *Abbatiae Rijnsburg.* ſitas in Walacria ab omni petitione et onere liberas declarant.

A. 1213. d. 23. Dec.

Ad Excurs. VII. p. 274.

(*Ex Originali, in Archivis Rijnsburgens.* Habet etiam MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 162.)

In nomine patris et filij et ſpiritus ſancti· AMEN. FERNANDVS *Comes Flandrie* et *Hainoie* et IOHANNA vxor eius Omnibus preſentem paginam inſpecturis Salutem. Notum ſit uniuerſis quod nos in remisſionem peccatorum nostrorum. Antecesſorum et Succesſorum nostrorum Centum menſuras terre infra *Officium Ostkapellae* ad Eccleſiam Scē Marie de *Rinsburch* attinentes' ab omni onere petitionis·reliquoque exactionis grauamine. *quantum ad ius Flandrie* dinoſcitur pertinere' liberas et abſolutas in perpetuum modis omnibus dimittimus. Vt autem hoc factum nostrum ratum conſeruetur' preſens ſcriptum ſigillorum nostrorum appenſionibus fecimus roborari.

Actum

Digitized by Google

Actum feria ſecunda ante Natale domini. Anno Dominice incarnationis Milleſimo Ducenteſimo Tercio decimo. A. 1213. d. 23. Dec.

* * *

Appendent ex vittis pergamenis duo Sigilla adhuc integra cum contraſigillis; unum FERNANDI, repraeſentans Equitem equo inſidentem, cum hac perigraphe:

SIGILL⁹ · FERNANDI · COMITIS · FLANDRIE

Ab averſa parte Sigillum, cum ſcuto triquetro, quod vetera *Hanoniae* inſignia exhibet, his literis:

✠ ET COMES · hAINOIE

Alterum Comitisſae IOANNAE Equo phalerato inſidentis, cum avicula in ſinistra, hac perigraphe:

✠ IOHANNE COMITISSE: FLANDRIE · ET HAINOIE

Contraſigillnm Scutum triquetrum Leone Flandrico armatum his literis:

✠ SE (cre) TVM · MEVM · MICHI

Non dedi haec Sigilla in aes inciſa; quae habentur in OL. VRED. *Sigill. Com. Flandr.* p. 28, 29. Sed dedi ipſas Literas TAB. XII.

N. LXXXIV.

PETRVS Dei gratia Abbas Middelburg. donat WILHELMO filio WLFARDI et ARNOLDO filio ARNOLDI decimam in *Gijntersdic* pro annua penſione. A. 1214. d. 21. Maii.

A. 1214. d. 21. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 274. not. (s).

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Medioburg. fol. xxxiiij. in Archivis Camerae Rationum Zeelandiae, Loculo 116-117.)

Ego PETRVS Dej gratia dictus Abbas in *Middelb.* notifico omnibus quum cum conſenſu Conuentus dedj decimam in

Digitized by Google

A. 1214 d. 21. Maii *Gyntersdic* quam Eccleſia noſtra ibidem poſſidebat viris honeſtis WILLELMO *f. Wlſardi et Arnoldo f. Arnoldi* pro *hominio* ſuo cum penſione XL. ſolidorum Flandreñ monete ſoluendorum in feſto ſancti Bauonis, quod ſi hanc conditionem infringere preſumpſerint ita quod infra VIIJ dies festi predicti Eccleſie noſtrae penſionem iam ſcriptam differendo ſubtraxerint dilatio ipſa preſens ſcriptum adnichilabit et donum ſupradictum noſtro arbitrio erit diſponendum. Teſtes ſunt Conventus mei 9. de Brigdamme. et Ws. Wilĩ. et Cepacj et Balen de Sandic homines noſtrj.

Datum anno gracie M°. CC°. XIIIJ°. XIJ. Kl̃. Iuñ per manum fratris Iacobj Amen.

N. LXXXV.

A. 1214. d. 5. Nov. Pactum nuptiale inter FLORENTIVM filium WILHELMI Comitis Hollandiae, et MACHTILDEM, filiam HENRICI Ducis Brabantiae.

A. 1214. d. 5. Nov.

Ad Excurs. XI. p. 487.

(BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. L. IV. Preuv. p. 64. et hinc DV MONT *Corps Diplom.* T. I. p. 152. et MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 162,)

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis. Notum ſit univerſis tam praeſentibus quam futuris Chriſti fidelibus, quod ad contrahendum matrimonium inter MATHILDAM, filiam

D.

D. HENRICI *Ducis Lotharingiae*, et filium D. WILLELMI A. 1214.
Comitis Hollandiae FLORENTIVM primogenitum, haec eſt d. 5. Nov.
forma compoſitionis concorditer ordinata. Ipſe Dux ipſam MATHILDEM filiam ſuam dedit eidem WILLELMO Comiti Hollandiae, ad opus filii ſui F. praenotati, quam idem F. ducet in uxorem, quo die primum ad annos nubiles ipſe FLORENTIVS pervenerit; qui in feſto S. Ioannis Baptiſtae inſtanti proximo quinque erit annorum: — — quod hanc dotem ei conſervabunt integram et defendent, iurabunt omnes *homines Hollandiae et Zelandiae* ad hoc requiſiti. — — Ad haec omnes *homines Hollandiae et Zelandiae* iurabunt, quod terras omnes, quas idem WILLELMVS Comes poſſidet, conſervabunt bona fide, iam dictis FLORENTIO filio WILLELMI Comitis Hollandiae et MATHILDI filiae Ducis et haeredibus eorundem. Inſuper ipſe Dux et praefatus Comes Hollandiae iurabunt, quod ſe invicem bona fide iuvabunt in perpetuum, ad defendendum terras ſuas cum omni poſſe ſuo contra omnes homines, et homines ſuos in hoc iurare facient. Praeterea extra terras ſuas contra omnes, ubicumque ſalvo honore ſuo poterunt, invicem ſe iuvabunt. — —

Actum apud *Antverpiam*, anno Domini M. CC. XIV. Nonis Novembris.

Teſtes aderant ſubnotati, A. Antverpienſis et S. de Tongerloe Abbates.

Gode-

Digitized by Google

A. 1214. d. 5. Nov.

Godefridus de Breda.
Theodoricus et frater eius.
Ricardus de Beuere.
Ioannes de Hoesden.
Arnoldus et Willelmus de Ranst.
Arnoldus de Weſemale.
Arnoldus Dapifer.
Willelmus Vulpes et Theodoricus fratres.
Arnoldus Ammannus.
Deiſo et Ioannes frater eius de Helrode.
Sigerus Notarius.
Arnoldus de Osſendrecht.
Witto de Burchvliet.
Betto de Stavenesſa.
Walterus de Cruninge.
Florentius de Wourt.
Willelmus de Wourt.
Otto de Alblaes, milites.
Allinus Capellanus et alii quam plures.

N. LXXXVI.

Digitized by Google

N. LXXXVI.

FREDERICVS Rex Roman. ſollemni curia confirmat privilegia Eccleſiae Cameracenſis, praeſentibus *Duce Lotharingiae* et *Comite de Los.* A. 1215. d. 29. Iul.

A. 1215. d. 29. Iul.

Ad Excurs. XI. p. 486.

(SAMMARTHAN. *Gallia Christiana* T. III. Probb. p. 4. 5. Ed. Paris.)

FREDERICVS Dei gratia *Romanorum Rex*, ſemper auguſtus et Rex Siciliae. — — — — cum dilectus et fidelis princeps et conſanguineus noster IOHANNES Cameracenſis Epiſcopus facto nobis hominio et praeſtito iuramento fidelitatis -- -- -- -- plenariam investituram de regalibus ſuis *in ſolemni Curia Aquisgrani* recepiſſet a nobis -- -- -- --

Testes hi ſunt: Moguntinus et Treverenſis Achiepiſcopi: -- -- -- -- Dux Bavariae, *Dux Lotharingiae*, Dux de Lemborc, *Comes de Los*, Comes de Hostade — — —

Datum *Aquisgrani* in ſolemni curia, ab Incarnat. Dom. M. CC. XV. IV. Kal. Augusti, indictione III.

Digitized by Google

N. LXXXVII.

A. 1216. N. I.

IOHANNES Rex Angliae ſcribit ad OTTONEM Imperatorem de LVDOVICO Comite Losſenſi ad eius fidem revocando.

A. 1216.

Ad Excurs. XI. p. 499. ſq.

(TH. RYMER *Act. Angl.* T. I. p. 212. Ed. nov. p. 71. Ann. 18. Iohannis)

Kariſſimo nepoti ſuo OTHONI, Dei gratia Romanorum *Imperatori* et ſemper Auguſto, IOHANNES eadem gratia *Rex Angliae* etc. ſpiritum conſilii et fortitudinis.

Significavimus nobili viro *Comiti de Los*, quod, cum devotione et humilitate, ad fidem et ſervitium veſtrum revertatur; unde, cum hoc commodo et honori veſtro et noſtro plurimum credimus expedire, ſi ad fidem veſtram redeat, magnitudini veſtrae bona fide conſulendum duximus et monendum, rogantes quatenus, reſpicientes perſecutionem et turbationem veſtram et noſtram, quibus undique vallamur, ipſum ad fidem veſtram revocare, et in gratiam veſtram recipere ſtudeatis.

Quoniam, ſi litteras veſtras patentes nobis transmiſeritis, quod nos manucapiamus, quod eidem iura ſua reddetis, tam *de*

Comi-

Digitized by Google

Comitatu Holland. (1) quam aliis, quae eum iuste contingunt, credimus ipſum ad fidem et ſervitium veſtrum de facili fore reverſurum; et nos, per litteras noſtras patentes, manucapiemus, quod iura ſua ei reddetis. A. 1216. N. I.

Bene autem nobis videtur, quod ſuper *Iure ſuo de Comitatu Holland.* exaudire tanto libentius tenemini, quanto *Comes* WILLEKINVS cum Lodowico [Franciae Regis filio] inimico Dei et Eccleſiae, ad perpetuam exhaeredationem noſtram, Regnum noſtrum Angliae praeſumptuoſius ſit ingreſſus.

Conſilium vero noſtrum et aliorum fidelium noſtrorum, et Walteri Bertrand. ſuper hoc credatis, quando illud credimus vobis fore profuturum.

Teste, etc.

(1) *Holland.*] Satis ex his pa- ſe partes *Othonis* amplexurum, ſi cestet, *Losſenſem* ab *Iohanne* Rege Angl. tum esſet, *Othonem* Hollandiae Copro cognato ſuo, Rege Othone, fuisſe mitatum ipſi concesſurum: id quod ſollicitatum; reſponſum autem tulisſe, OTHONI commendat Anglus.

N. LXXXVIII.

Literae WALTERI BERTRANDI, eadem de re. A. 1216. N. II.

A. 1216.

Ad Excurs. XI. p. 489.

(RYMER ibid. p. 213. Ed. nov. p. 71.)

Omnibus etc. WALTERVS BERTRANDVS, ſalutem.

Sciatis, quod litteras Domini mei IOHANNIS *Regis Angliae*

 paten-

A. 1216. N. 11. patentes ſuſcepi, directas W. [Lege L.] *Comiti de Los;* per quas rogavit ipſum Comitem et conſuluit in bona fide, quod ad fidem et ſervitium Domini *Imperatoris* nepotis ſui redeat; et manucepit ipſe Rex, per easdem, quod iura ſua, tam de *Comitatu Hollandiae*, quam aliis, liberaliter et benigne Dominus Imperator ei reddet: Promiſit etiam idem Dominus Rex per easdem, quod, ſi Dominus Imperator praedicta ei non teneret, ipſe Dominus Rex diligenter operam apponet verſus ipſum Dominum Imperatorem per conſilium ipſius Comitis de Los et aliorum fidelium ſuorum, quod Dominus Imperator praedicta omnia ei tenebit.

Cum autem Dominus *Imperator* iura ſua dicto *Comiti de Los* reddiderit, tam *de Comitatu Hollandiae*, quam de aliis, et *Homagium* eius receperit, tunc primo litteras praedictas dicto W. Comiti de Los liberabo, et non antea.

Et in huius etc.

N. LXXXIX.

Digitized by Google

N. LXXXIX.

INNOCENTIVS III. Papa indulget Abbati et Monaſterio *Egmundano*, ut, ſi *Hollandia* generali interdicto ſubiiciatur, ſacra clauſis ianuis celebrare illis liceat. A. 1216. d. 16. Iun.

A. 1216. d. 16. Iun.

Ad Excurs. XI. p. 488.

(BOCKENBERG. *Annal. Holl.* MS. ad a. 1215. et I. DE LEID. *Chron. Egm.* C. XXIX. p. 36. Habet et MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 164.)

INNOCENTIVS, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Abbati et conventui *Egmondenſis* Monaſterii Salutem, et Apoſtolicam benedictionem. Devotioni veſtrae, quam accepimus in religionis honestate florere, volentes facere gratiam ſpecialem, auctoritate vobis praeſentium indulgemus; ut cum generale Interdictum (1) fuerit terrae, liceat vobis, non pulſatis campanis,

(1) *Interdictum*] „Interdictum dicitur generalis excommunicatio, quae fertur in provinciam, vel villam, aut castrum; de cuius origine ac antiquitate ſcitu digna commentatur Monſpelienſis Epiſcopus ad Epiſt. 72. Innocentii III. lib. 14. Concilium Lemovicenſe ann. 1031. ſess. 2. „Niſi de pace acquieverint, ligate omnem terram Lemovicenſem publica excommunicatione: eo videlicet modo, ut nemo, niſi Clericus, aut pauper mendicans, aut peregrinus adveniens, aut infans a bimatu et infra in toto Lemovicino ſepeliatur, nec in alium Epiſcopatum ad ſepeliendum portetur. Divinum officium per omnes Eccleſias latenter agatur, et baptismus peten-

A. 1216. d. 16. Iun. nis, clauſis ianuis, excluſis excommunicatis, et nominatim etiam interdictis, ſubmiſſa voce divina officia celebrare, ac fratres veſtros Eccleſiaſticae tradere ſepulturae.

Datum Ferentini XVI. Cal. Iulii, Pontificatus noſtri anno XVIII.

„ petentibus tribuatur. Circa horam „ tertiam ſigna ſonent in Eccleſiis „ omnibus, et omnes proni in faciem „ preces pro tribulatione et pace fun- „ dant. Poenitentia et Viaticum in „ exitu mortis tribuatur. Altaria per „ omnes Eccleſias, ſicut in Paraſce- „ ve, nudentur: et cruces et orna- „ menta abſcondantur, quia ſignum „ luctus et triſtitiae omnibus eſt. Ad „ Miſſas tantum, quas unusquisque „ Sacerdotum ianuis Eccleſiarum ob- „ ſeratis fecerit, altaria induantur, et „ iterum poſt miſſas nudentur. Ne- „ mo in ipſa excommunicatione uxo- „ rem ducat. Nemo alteri oſculum „ det, nemo Clericorum aut Laico- „ rum, vel habitantium, vel tranſeun- „ tium, in toto Lemovicino carnem „ comedat, neque alios cibos, quam „ illos, quibus in Quadrageſima veſci „ licitum eſt. Nemo Laicorum aut „ Clericorum tondeatur, neque rada- „ tur, quousque diſtricti Principes, „ capita populorum, per omnia ſan- „ cto obediant concilio ".

In Interdictis denudata etiam altaria, proſtratas cruces ad terram, et reliquias Sanctorum, et inverſa cymbala, docent Synodi aliquot Landavenſes in Conciliis Anglicanis poſt Leges Eccleſiaſticas Alvredi Regis deſcriptae. *Gloſſar. Medii Aevi Latinit. a D. du Cheſne*, in voce Interdictum ". Haec MIERIS ad hanc Chartam. De Excommunicationibus et Interdictis eorumque horrendis effectibus nota ſunt ex hiſtoria Eccleſiaſtica omnia. Eiusmodi Interdictorum exempla infra occurrent plurima. Videant interim Noſtrates *notas* Viri Ampl. VAN DE WALL *Handveſten van Dordrecht* bl. 156, et 247.

N. XC.

Digitized by Google

N. XC.

Papa HONORIVS III. quaeſtionem cauſſae, *ſuper Comitatu Hollandiae* anno 1217. inter LVDOVICVM *Comitem Loſſenſem* et WILHELMVM *de Hollandia* adhuc agitatae, ortam ex arbitrio Philippi Namuc. p. 299. cognoſcendam et decidendam mandat Abbati S. Oberti Leodienſis Dioeceſis, item Decanis S. Ioannis, et S. Martini Leodienſibus (1). A. 1217. N. 1.

A. 1217.

Ad Excurs. XI. p. 467, 476, 488. et ad Cod. Dipl. p. 315.

(INN. CIRON. *Collect. Decret.* et hinc A. MATTH. *Anal. Med. Aevi* T. III. p. 130. ſqq. et MIER. *Charterb.* D. I. bl. 168.)

Dilecto fratri *Abbati* Sancti Oberti Leodien. dioeceſis, et S. Ioan-

(1) *Leodienſibus*] Habetur rei hiſtoria, et quibus rationibus Comes WILHELMVS Papae ſupplex fuerit *in C. elim ext.* Tit. XVI. Cap. I. *de except. in Vt. Compilat.* p. 108--110. quae reperta et edita *Compilatio* est a Clariss. INNOCENTIO CIRONIO, Toloſae a. 1645. et hinc repetita a Vir. Cl. A. MATTHAEO *Anal. Med. Aev.* T. III. p. 130--132. Editionem Cl. A. MATTHAEI emendavi ex ipſo CIRONIO. De hac autem *Papae Honorii Compilatione* agit CASIM. OVDINVS, Commentar. *de ſcriptoribus Eccleſiastic.* T. III. ſec. XIII. p. 38. hoc modo: *ſcripſit* [Honorius] *Collectionem Epiſtolarum Decretalium quae Compilatio ſeu Collectio Decretalium computatur Quinta ex vetustis evulgatis, impreſſa ex MSS. Codicibus, Tholoſae in folio anno* 1645. *ab* INNOCENTIO CIRONIO *cum Notis ibidem, et cum aliis Opuſculis eiusdem Cironii ad Ius Civile ſpectantibus. Vnum hic addam notatione dignum, nimirum in ſecretioribus Vaticanae Bibliothecae armariis haberi* REGESTA *omnium ferme Epiſtolarum, quas ſummi*

Digitized by Google

A. 1217. N. 1. S. Ioannis et S. Martini *Decanis* Leodienſ. (2) Olim noſtris fuit auribus intimatum, quod cum felicis recordationis INNOCENTIVS Papa praedeceſſor noſter mandaſſet venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo Treverenſi, ut *Compoſitionem* inter Nobiles viros L. COMITEM DE LOS, et WILLELMVM DE HOLLANDIA[a] cruce ſignatos (3), Traiectenſis dioeceſis, ſuper *raptu Nobilis mulieris*, *uxoris* eiusdem Comitis, *terris*, *et rebus aliis*, amicabiliter initam, faceret obſervari: dicto WILLELMO nitente contra *Compoſitionem* venire praedictam, et ſe ad *Appellationis*[b] diffugium convertente, idem Archiepiſcopus eius ap-

a Ciron. *L. Comites de Los et VV. de Hollandia.* Et ſic ſemper *L.* et *W.* ſimpliciter. b Matth. omiſit *Appellationis.*

ſummi ſeu Romani Pontifices ſcripſeꝛunt, *ab* INNOCENTIO III. *qui anno* 1198. *ſedere coepit*, *usque ad* VRBANVM VI. *qui anno* 1378. *ſedit. Hoc conſtat ex illis*, *qui eas ſaepiſſime allegant in Annalibus ſuis*, *Odolrico Rainaldo*, *Abrahamo Bzovio*, *Henrico Spondano*, *Luca Wadingo et aliis. Idem Pontifex ſcripſit vel ſcribi ſaltem fecit Volumen grande Cenſuum Romanae Eccleſiae*, *quod MS. exſtat in Bibliotheca Vaticana: cuius etiam in ſecretioribus armariis* RECESTRVM EPISTOLARVM *MS. aſſervatur quinque Voluminibus in folio.* Immo ipſe CIRONIVS in Appendice ſua ad notas ſic loquitur: *Poſt editionem huius Compilationis in manus meas venerunt priores duo Libri Regiſtri MSS. Honorii III.*, *quos ad me miſit vir doctus Franciſc. du Chesne: utinam mihi videre licuiſſet integrum Regiſtrum; emendatius et luculentius hoc Opus haberes* cett. Hinc ſpes affulget, fore, ut haec ipſa Honorii *Bulla* una cum *ſequenti* Bulla (quarum nec vola nec veſtigium in *Magno Bullario Pontificum Romanorum* exſtat) adhuc *in ſecretioribus hisce Vaticanae Bibliothecae Armariis MS.* latitet, et inde poſthac depromatur, quo magis Viri Ill. HVYDECOPERI incredulitati obviam eatur, qui haec omnia conficta eſſe cenſet; in quibus tamen refutandis poſt tot Autographa et Documenta in medium producta operam perdere nolo. Nunc tantum eius verba ad M. STOKE D. II. bl. 156. haec habeto: „ In dien *valſchen* Brief „ van

appellationi non deferens, quam frivolam eſſe decrevit, in prae- A. 1217. N. 1. fatum WILLELM. qui alias erat vinculo excommunicationis adſtrictus, ſpecialiter propter Compoſitionem praedictam, excommunicationis, et in terram eius interdicti ſententias promulgavit. Cumque postmodum dilectus filius G. dicti Comitis Procurator nostras ad vos ſuper executione ſententiarum ipſarum literas impetraſſet, et H. procurator praefati Willelmi in audientia publice contradixiſſet eisdem, venerabilis frater noster P. Albanus Epiſcopus, et dilectus filius noster R. Sanctae Mariae in Cosmed. (4) diaconus Cardinalis, quos procuratoribus antedictis dedimus auditores, quia per ea, quae ab eisdem fuere

a Ma. Cosmedin.

„ van Paus Honorius III. waarby hy „ dat *valſche* Verdrag van 1206. zou„ de beveſtigd hebben op de (NB.) „ XXII. Kalende van April in het eer„ ſte Jaar zijns Pausſchap, dat is in „ Maart 1217. toenmen te Rome, en „ elders, kwansſuis, noch pleitte over „ den Vrouwenroof, door Willem, „ aan zyne Nicht Ada, gepleegd in „ 1203. *Riſum teneatis, amici*"? Sic Vir D. genuina Hollandiae monumenta exſibilat. At profecto hunc *riſum* merito in ipſum Virum doctum retorqueas. Huiusmodi enim criminationes, omni fundamento deſtitutas, excitare, ſimul est confutare. Cf. p. 382.

(2) *Leodiens.*] Quum haec Bulla miſſa ſit ad *Eccleſiam Leodienſem*, fortaſſe ibidem adhuc reperiatur.

(3) *Cruce ſignatos*] Ludovicum *cruce ſignatum* i. e. initiatum fuiſſe ad ineundam ſacram expeditionem, docet GODEFR. MONACH. *Annal.* a. 1215. in B. G. STRVVII *Rer. Germ. Scriptt.* T. I. p. 383. *Wilhelmum* Com. *Holl.* itidem *cruce ſignatum* fuiſſe, ſatis notum est ex Damiatina expeditione.

(4) *Cosmed.*] „ Intelligit *Pelagium*, Hiſpanum, Epiſcopum Albanum, et *Raynerium* Capoccium „ Viterbienſem, maxima S. Dominico „ familiaritate coniunctum, creatum „ Cardinalem tituli S. Mariae in Cosmedin ab Innocentio III. anno 1212. „ vixit usque ad a. 1250. ". Haec Cironius p. 111.

A. 1217. N. I. fuere propoſita coram eis conſtitit manifeste, dictum Willelmum excommunicationis vinculo eſse innodatum, procuratorem eiusdem Willelmi ad impetrandum literas vel contradicendum admittendum non eſse, ſententialiter decreverunt, literis, quas ad vos dicti Comitis procurator impetraverat, abſolutis.

Nos quidem ad inſtantiam procuratoris Comitis ſaepe dicti, alterius partis astutiam metuentes vobis dedimus in mandatis, ut in commiſſo vobis negotio iuxta formam in praedictis literis nostris expreſſam ratione praevia procedentes, litteras decerneretis carere viribus, ſi quas forte a nobis ſuper praemiſſis pro ipſo W. in praeiudicium ſaepe dicti Comitis per ſubreptionem contingeret impetrari, quae plenam de praedictis non faciant mentionem. Nuper autem ex parte memorati *Willelmi* fuit propoſitum coram nobis, quod literis praedicti praedeceſſoris nostri, ſupra dicto Archiepiſcopo praeſentatis, idem WILLELM. excipiendo propoſuit coram eo, quod autoritate litterarum ipſarum reſpondere minime tenebatur; tum quia mortuo mandatore exſpiraverat iam mandatum, tum etiam quia ultra duas diaetas extra

(5) *Ludovico*] Intellige *Ludovicum* filium PHILIPPI Regis Franciae, qui a. 1216. cum *Wilhelmo* Hollandiae Comite ad Angliam ſibi occupandam traiecerat. Vid. WAGEN. *Vaderl. Hist.* D. II. bl. 339. „ Ad „ *Wilhelmum* enim Regnum Scoto- „ rum per obitum Magolini vel Mal- „ gotini Regis avunculi ſui iure here- „ ditario devolvebatur; et congrega- „ to exercitu cum Ludovico primoge- „ nito Philippi Augusti Franciae Re- „ gis (postea Ludovico VIII.) trans- „ fretavit, multas urbes Regni illius „ ſibi vindicans. Interim Ludovico „ Losſenſi novos motus concitante, „ revo-

Digitized by Google

extra ſuam dioeceſim trahebatur in cauſam, contra conſtitutionem Concilii generalis; et quia dictus Archiepiſcopus has et alias exceptiones eius legitimas admittere recuſabat, idem W. vocem ad nos appellationis emiſit, ſed praefatus Archiepiſcopus ipſius appellatione contempta mandavit venerabili fratri nostro *Epiſcopo Traiectenſi*, ut Compoſitionem praefatam faceret per cenſuras eccleſiasticas firmiter obſervari. Adiectum etiam fuit ex parte praedicti WILLELMI, quod dictus Comes appellationem frivolam mentiens antedictam, a vobis, excommunicatus exiſtens, veritate tacita literas impetraverat ſupradictas. A. 1217. N. 1.

Quare pro parte ipſius Willelmi fuit a nobis humiliter ſupplicatum, ut cum idem, ac terra, et alia bona ſua ſub Apostolicae ſedis protectione conſiſtant, ſuper hoc ſibi providere miſericorditer dignaremur, non obſtante *ſententia*, *quam incurrerat cum* LVDOVICO (5) *in Angliam transfretando*, cum ipſum abſolverimus ab eadem.

Nos igitur eidem ab excommunicationis vinculo abſoluto providere volentes *Abbati* Sancti Laurentii in *Hostbroch* (6) et con-

„ revocatus in Hollandiam Willelmus „ perpetuo eum ab Hollandia fugavit". Haec CIRONIVS p. 111. Qui paullo post de *ſententia quam incurrerat Wilhelmus* ita addit: „ Dum Scotiam peteret, ubi ſibi debitam post mortem „ avunculi recuperaret: excommunicatus fuit cum Ludovico primogenito „ Philippi Aug. (qui Ioanni Regi Angliae bellum intulerat) ab Innocentio III. qui receperat dictum Ioannem et regnum ſuum in clientelam „ Eccleſiae Romanae ".

(6) *Hostbroch*] CIRONIVS, obſervante MATTHAEO p. 132. per hunc *Abbatem S. Laurentii* perperam ſigni-

Digitized by Google

A. 1217. N. 1. coniudicibus ſuis per noſtras dedimus litteras in mandatis, ut ſi rem invenirent taliter ſe habere, revocato in irritum quicquid invenirent poſt appellationem huiusmodi attentatum, cauſam audirent, et fine debito terminarent; alioquin partes ad examen veſtrum remitterent, appellantem in expenſis legitimis condemnantes. Porro ipſius *Comitis* procurator noviſſime propoſuit coram nobis, literas, quas pro ipſo WILLELMO ad eumdem Abbatem Sancti Laurentii et eius collegas direximus, ſubreptas eſſe per expreſſum mendacium et tacitam veritatem; nam nec iam dicti praedeceſſoris noſtri mandatum exſpiraverat cum mandante, prout nobis fuit ex parte Willelmi ſaepe dicti ſuggeſtum, cum ante mandatoris mortem Archiepiſcopus procedere incoepiſſet, nec idem Willelmus ultra duas diaetas extra ſuam dioeceſim trahebatur, cum ipſe Archiepiſcopus terminum in tali loco ſtatuerit, qui remotus ab illo non erat ultra quam proviſum eſt per conſtitutionem Concilii memorati. Adiecit etiam eiusdem Comitis procurator, quod ſaepe dictus WILLELMVS autoritate iam dicti predeceſſoris noſtri alia eſt excommunicatione ligatus, de qua in literis ad iam dictum Abbatem Sancti Laurentii et coniudices eius directis nullam fecit penitus men-

tio-

ſignificari putat eum, qui ei praefuit Coenobio, quod apud muros *Leodienſes* eſt Ordinis S. Benedicti, cum Abbas intelligatur *Coenobii de Oestbroec* aut *Hostbroec*, ut hic vocatur, in Suburbano praedio urbis *Traiecti ad Rhenum*.

tionem. Quare petiit ſaepe dicti Comitis procurator, ut eas, ob cauſas praedictas, decerneremus irritas et inanes. A. 1217. N I.

Quia vero in tanta iuris contrarietate proponentium nobis de veritate non conſtat, diſcretioni veſtrae mandamus, quatenus ſi procurator praedicti W. infra tres menſes poſt primum terminum ſibi ſuper hoc aſſignatum a nobis, probare potuerit exceptiones, quas coram Archiepiſcopo propoſuit ſaepe dicto, videlicet mandatum re integra exſpiraſſe, vel ſe in cauſam trahi ultra duas diaetas contra conſtitutionem Concilii generalis, ſeu etiam ipſum *Comitem de Los* excommunicatum fuiſſe tempore quo noſtras ad vos literas impetravit, prout eiusdem WILLELMI procurator expoſuit coram nobis; vos, niſi dictus Comes probaverit, ſaepedictum W. tempore, quo literae ad Abbatem Sancti Laurentii et eius coniudices pro eo directae impetratae fuerunt, alia excommunicatione teneri ab ea, quam incurrit cum LVDOVICO in *Angliam* transfretando, negotio ſuperſedentes, omnino iam dictum Abbatem Sancti Laurentii et eius coniudices procedere permittatis iuxta traditam ſibi formam. Procuratore vero ſaepe dicti W. deficiente in exceptionum probatione dictarum, vel ipſo Comite ſufficienter probante, dictum W. tempore literarum impetratarum pro eo, excommunicatione alia ab ea, quam in *Angliam* transfretando incurrit, fuiſſe ligatum, vos, litteris ad Abbatem Sancti Laurentii et eius coniudices obtentis nequaquam obſtantibus, in negotio ipſo iuxta

Digitized by Google

A. 1217. N. I. formam vobis traditam appellatione poſtpoſita procedatis, nullis literis obſtantibus, ſi quae apparuerint, harum tenore tacito a ſede Apoſtolica impetratis.

N. XCI.

A. 1217. d. 21. Mart. N. II. Papa HONORIVS III. d. 21. Martii a. 1217., *Arbitrium* PHILIPPI Namucenſis a. 1206. inter LVDOVICVM *Loſſenſem* et WILHELMVM *Comitem Friſiae* de *Hollandia* et *Zeelandia* dividenda initum, approbat et confirmat.

A. 1217. d. 21. Mart.

Ad Excurs. XI. p. 492. ſq.

(Ex *Regiſtro* ſeu *Actis Honorii Papae tertii* apud Vir. D. INNOC. CIRONIVM in not. *ad V. Compilationem*; et hinc apud A. MATTHAEVM *Anal. Med. Aev.* T. III. p. 123. ſq. et MIER. D. I. bl. 169.)

HONORIVS etc. *Nobili viro* COMITI DE LOS *cruce ſignato.* Sacroſancta Romana Eccleſia [a] etc. usque *inclinati.* Ad exem-

a Ms. *Sacroſanctae -- ae -- ae.*

(1) *XII.*] In riſum vertit vitioſam MATTHAEI ſcripturam *XXII. Kal.* Vir D. HVYDEC. ad STOKE D. II. bl. 156. cui, ſatis foret, ſimpliciter opponere animadverſionem V. D. DE VAINES *Dictionaire Raiſonné de Diplomatique*, *Paris* 1774. T. I. p. 372. in titulo, *Erreurs dans les Dates*, ubi: *l'Erreur dans les dates des Diplomes ou Chartes ne doit pas les faire regarder pour cela comme ſuppoſés ou ſuſpects. En effet, combien de mécomptes de cette eſpece ne trouve-t-on pas, et dans des inſcriptions — — et dans des manuſcrits — — et dans des loix — et dans des Conciles — — et dans des Auteurs ſans nombre?* Et postea: *La ſaine critique doit être extrêmement réſervée dans ſes jugements par rapport aux dates: Il ne faut pas confondre l'erreur avec les variations.* Sic, quam a. MCC°. III. Non. Febr. datam

exempla felicis recordationis INNOCENTII Papae praedeceſ- A. 1217. d. 21. Mart. ſoris noſtri *Compoſitionem* inter te ac nobilem virum VVILLEL- N. II. MVM *de Hollandia*, Traiectenſis Dioeceſis, ſuper *raptu* nobilis mulieris A. *uxoris tuae*, nec non *Hollandia*, et aliis terris ad te ratione *uxoris* eiusdem ſpectantibus, mediante quodam PHILIPPO Marchione Namurcenſi, *Tebaluco*[b] Baiulo Comitatus *Flandrenſis* amicabiliter initam, et iuramentis praeſtitis hinc inde firmatam, ſicut ſine pravitate provide facta eſſet, et ab utraque parte ſponte accepta, ut in ſcriptis authenticis inde confectis plenius continetur, authoritate Apostolica praecipimus obſervari. Vt autem eadem *Compoſitio* firmius obſervetur, tenorem ipſius praeſentibus iusſimus annotari, qui[c] talis est:

[Sequitur nunc ipſa *Arbitrii* Charta, quam ex Originali longe emendatiorem dedi ſupra p. 300.]

Nulli ergo[d] etc. noſtrae confirmationis etc. Si quis autem etc. Datum *Lateranis* XII[e]. (1) Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

b Haec vox nihili est, et forte vitiata ex ſq. *Baiulo*. c Ms. *quae*. d Ms. *ergo hominum*. e Ms. XXII.

datam eſſe Chartam ſupra a. 1200. d. 3. Nov. liquido probavi, habet tamen eius *Vidimus Autographum* MCC°. III. *tertio Non. Febr*. Cf. DE VAINES T. I. p. 351. Vtinam vero ſana hac Critice non toties abuſus eſſet Vir D. Multum enim *Diplomatum* vel *Chartarum* non aliam propter cauſſam obelo ab illo configitur, quam quae ex falſis vel depravatis *Datis* petitur; cuiusmodi agendi ratio imprimis per integra eius *Lambacheriana* regnat. Scripſeritne hic *Matthaeus* ipſe, an Typotheta XXII. pro XII, an *Cironius*, an vero *Bullae deſcriptor*, dubium mihi fuit, donec ipſius CIRONII inſpiciendi mihi copia facta eſt, ubi non aliter quam XII. *Kal. April.* ſive d. 21. Martii a. 1217. inveni. At Honorius a. 1216. *aeſtate* Papatum adeptus est.

N. XCII.

Digitized by Google

N. XCII.

A. 1217. d. 26 Apr. N. 111. Papa HONORIVS III. Abbatiam *Rijnſburgenſem* ſuam in tutelam recipit, conceditque, ut, ſi quod generale Interdictum *Hollandiae* fuerit, ipſa clauſis ianuis ſacra faciat.

A. 1217. d. 26. April.

Ad Excurs. XI. p. 489.

(Ex Originali, in Archivis Rijnsburgens.)

HONORIVS epiſcopus ſeruus ſeruorum dej · Dilectis in chriſto filiabus · *Abbatiſſe* ac Monialibus de *Rinesburch* · ſalutem et apoſtolicam benedictionem · Solet annuere ſedes apoſtolica piis uotis et honeſtis petentium precibus fauorem beniuolum impertirj · Eapropter dilecte in Chriſto filie ueſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu · perſonas et Monaſterium ueſtrum in quo diuino eſtis obſequentes mancipati * cum omnibus bonis que impreſentiarum rationabiliter poſſidetis aut in futurum iuſtis modis preſtante domino poteritis adipiſci ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus et preſentis ſcripti patrocinio communimus · auctoritate uobis preſentium indulgentes quod cum generale interdictum terre fuerit liceat uobis clauſis ianuis non pulſatis campanis excluſis excommunicatis et interdictis ſuppreſſa uoce diuina officia celebrare · Nullj ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectio-

* forte obſequio mancipate.

tectionis et conceſſionis infringere uel ei auſu temerario contraire · Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petrj et Paulj apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum · Datum *lateranis* · VI · Kl. Maij Pontificatus noſtri Anno Primo. A. 1217. d. 26. Apr. N. III.

* * *

Appendet Sigillum plumbeum *Honorii PP. III.* pro more.

N. XCIII.

OTTO Epiſcopus Traiectinus largitur Parochianis de *Eiteren* et *Vreeswijk* facultatem aedificandi Eccleſiam apud *Geine*, datque Capitulo *S. Mariae* ius *Patronatus*, adiectis aliis conditionibus (1). A. 1217. N. IV.

A. 1217.

Ad Cod. Diplom. p. 198.

(Ex duobus Originalibus in Archiuis eccleſ. S. Mariae Traiect. Caps. n. 4. lit. 6., Cf. MATTH. *Nobil.* p. 834.).

IN NOMINE DNI DEJ AMEN. OTTO diuina gratia *Traiecten Epiſcopus* · Vniuerſis christi fidelibus in perpetuum. Quoniam rerum gestarum · firma per hoc ſubſiſtit memoria quod cis · lingua hominum testimonium perhibet uel ſcriptura · Idcirco

(1) *Conditionibus*] Dedi ſingularem hanc Chartam, propterea quod duo eiusdem notae Exemplaria in *Capitulo S. Mariae* adhuc conſeruantur, ope vocis dimidiatae CYROGRAPHVM ad utrumque latus inter ſe facile connectenda; uti olim fuerunt connexa.

A. 1217. N. IV. circo preſenti ſcripto dignum decreuimus commendare · omnibusque christi fidelibus tam futuris quam preſentibus notum[a] facere · quemadmodum nos quibusdam parrochianis *de Eyteren*. et quibusdam parrochianis *de Vreſewik*[b] · dedimus licentiam edificandi ſibi eccleſiam in terminis eccleſie de *Eyteren* · apud *Geyne* · eorumque necesſitati condeſcendere pium ducentes et paternum · eo quod ipſi propter difficultatem uie et impedimentum aque multociens impediebantur[c] · ne proprias adire posſent eccleſias attendentes[d] ipſos per hoc poſſe incurrere periculum animarum ſuarum · eos[e] exemimus et abſoluimus ab obedientia predictarum eccleſiarum · eisque[f] concesſimus ut in propria eccleſia apud *Geyne* accipiant ſacramenta in baptisterio · Sepultura · Introductione Sponſarum · Purificatione puerperarum · Vt autem capitulum ſancte Marie in Traiecto ad quod ſpectat inſtituere ſacerdotem in eccleſia de *Eyteren* · infra terminos eccleſie eiusdem nullum[g] paciatur detrimentum ſui iuris · contulimus ei *ius patronatus* · eccleſie in *Geyne*[h] ut liberum habeat[i] potestatem inſtituendi ibidem ſacerdotem quocienscumque uacauerit ipſa eccleſia · qui ibi celebret in propria perſona nullum inde ſoluens ſeruicium · aut penſionem · Sed ipſi parrochiani *de* Geyne pro recognitione *dominji* et *patronatus* debent capitulo ſancte Marie annuatim[k] transferre proprijs laboribus

a *Et notum* Ma. b *Vreſewicke* Ma. c *impediantur* Ma. d *Eccl. et ſic accidenter* Ma. e *hos* Ma. f *et eis* Ma. g *eccles. quod nullum* Ma. h Geyne Ma. i In altero Exemplari *habeat*. k *annuatim* deest Ma.

ribus et expenſis · Quindecim uaſa uinj ſuj · de nauj ipſorum A. 1217. N. IV.
ultra aggerem · in nauim aliam ex hac parte aggeris · uerſus ciuitatem que poſſit directe procedere in ciuitatem [l] · et ipſi [m] ulteriores facere non tenentur [n] expenſas aut labores quam quod de naui una in nauim aliam transferant [o] · x v · uaſa uinj predicto modo · Sub hac itaque pena promiſerunt parrochiani de *Geyne* annuatim exſoluere hoc ſeruicium quod ſi quando recuſauerint uel protraxerint illud exibere · mox ipſorum eccleſia ponatur ſub interdicto usque ad condignam ſatisfactionem · Eccleſia quoque in *Geyne* hijs terminis debet eſſe contenta · Ex una parte usque ad locum qui dicitur *Aldengeyne* et usque ad terminos parrochie de *Iudephas* [p] in extremitate *Repplikerwerth*. Ex altera parte usque ad uiam que ducit ad *Werſe* · de foſſato quod eſt retro aream *Wendekindis* · Et ut hec rata permaneant et inconuulſa preſens ſcriptum ſigillj noſtrj · Sigillj WALTERJ prepoſitj ſanctj ſaluatoris · Archidiaconj · Sigilli quoque [q] eccleſie ſancte Marie appenſione [r] duximus communiendum · Sigillum etiam THEODERICJ cuſtodis eccleſie ſancti ſaluatoris in Traiecto · et perſone in *Vreſewik* · appendi fecimus cuj pro recompenſatione quindecim domorum pertinentium ad eccleſiam de *Vreſewik* · Date fuerunt quinque libre ut inde compararetur [s] terra uel reditus eccleſie eidem ·

Acta

l *que poſſit* -- -- *civitatem* deſunt Ma. m *ut ipſi* Ma. n *teneventur* Ma. o In priore *transferat* per omiſſionem abbreviationis. p *Iutfaes* Ma. q *et Archid. ſigilliqne* Ma. r *appoſitione* Ma. s *comparetur* Ma.

A. 1217. N. IV. Acta ſunt hec anno dominj · Milleſimo · ducenteſimo · ſeptimo decimo · Epiſcopatus noſtrj anno primo · Si quis infringere temptauerit anathema ſit amen.

* * *

Appendent quatuor Sigilla, ex filis ſericis virid. coloris.

1. OTTONIS Epiſcopi, ut est in MIERIS *Biſſchopl. Zegelen*, TAB. III. n°. 7.
2. ✠ WALTER⁹ P̄PS. S̄ SALVATORIS IN TRAIECTO.
3. ✠ SIGILL̄ · BEATE VIRGINIS MARIE · Ī · TRAIE....
4. TIRRIC⁹ C̄TOS · SI · SA · · ATORIS · IN · T̄IECTO.
   i. e. *Tirricus Custos Sancti Salvatoris in Traiecto.*

N. XCIV.

A. 1217. N. V. Chora ſive Lex Oppidanis de Middelburch, a IOHANNA Comitiſſa Flandriae, et WILHELMO Comite Hollandiae in commune confirmata.

A. 1217.

Ad Excurs. VII. p. 103, 208, 276, 277, 306.

(Ex Apographo Authentico in *Aureo* ſic dicto *Registro* Vrbis Mediob., in quo primaria Vrbis Privilegia iuſſu Magiſtratus deſcripta ſunt die 13. Iun. a. 1549. fol. C X V. ſqq.)

In nomine Patris, et filij, et Spiritus Sanctj. Amen. Hec est Lex, que *Kora* (1) dicitur, Oppidanorum de *Middelburch*,

(1) *Kora*] Nonnulla, quae ad hanc Choram recte intelligendam faciunt, explicabo in VINDICIIS ad calcem eius adiectis. Quae autem vis *Korae* ſit, et unde nomen, egregie explicuit Vir Ampl. VAN DE WALL *Handv. van Dordr.* p. 23. De re ipſa V. D. W. VAN OLDENBARNEVELT in *Diss. Acad. de*

burch, firmata iuramento earum perſonarum, quarum tam nomina, quam ſigilla ſupponuntur. A. 1217. N. v.

Quocumque Oppidanj de *Middelburch* ſe uel ſua mouerint, ſub protectione et conductu *amborum Comitum*, et eorum *iustitia-*

de Elburg p. 25. ſtatuit, „ quo tem„ pore in oppidum erectum fuit El„ burgum, et id ius civitatis accepit, „ omnia illa etiam iura conceſſa et da„ ta fuiſſe, ſine quibus *ius civitatis* „ explicari alioqui non poſſet, ac pro„ inde illud etiam indultum fuiſſe pri„ vilegium, ut proprios ſuos Magiſtra„ tus ac Scabinos ſive iudices habe„ ret — unde neceſſario [ipſi] ſe„ quitur, quod et iurisdictionem ſive „ regimen Civitaticum, ſine quo urbs „ aut Magiſtratus nunquam conſiſtere „ potest, illi iam ad initio habuerint". Recte et ex vero, modo caveamus, ne id generatim praeter adminiſtrationem civilem extendamus, neve per Magiſtratus intelligamus *Scultetos*, *Baiulosve*, qui in urbe Comitis erant Ministri; neve etiam aliquid ex iuris Romani Principiis admisceamus. De criminibus Capitalibus ſatis nota ſunt omnia. Immo Principem Mariam in Privil. Magno §. 49. ſec. demum XV. primam Vrbibus Zeelandicis facultatem conceſſiſſe, *om Iustitie van doodſlag* enz. *te doen*; verum Vrbes his abſtinuiſſe, filio Philippo illo ſtare Privilegio recuſante, postea tamen iterum concedente, monuit Vir Clar. VAN DE SPIEGEL *over de hooge Vierſchaar van Zeeland Bewesterſcheldt* in *Actis Societatis Vlisſing.* vernaculis, D. II. bl. 115. Quam arctis autem circumſcripta fuerit limitibus iudiciaria potestas Mediobnrgenſis, apparet ex hac Chora, et infra ex ſequenti d. 11. Mart. a. 1254. ubi §. XXXIX. *Roef die men doed bouen* XXIJ. ℔. *zal men rechten vor* DEN HERE, *ende die den roef doet, ſijn goed es ints heren ghenaden*. Cf §. LIX. Baiulos autem aliosque *Iustitiarios* a Comite directe pependiſſe, nota res est. Ius *has Koras* condendi dabant iidem Comites, unde FLORENTIVS *Tutor* in Chora Zeelandica circa a. 1256. MIER. D. I. bl. 302. *Ego Florencius Tutor Hollandiae omnibus Nobilibus — ut hanc Legem ſive inſtituta ſive* CHORAM *eligerent*, *ſibi* CONCESSI *ad terminum duraturam*. Hoc tamen fiebat *ſalvo iure ſuo*, ut habet Charta a. 1252. apud VAN DE WALL l. l. p. 20. qui recte p. 23. b. id inculcat, ibidemque obſervat, repetendum hinc eſſe, quod *Korae* ſive Statuta Municipalia Amſtelodami ſingulis annis renovari debeant. Edixerat enim Princeps WILHELMVS *Bav.* a. 1342. MIER. D. II. bl. 669. *Wat Willekoren*, *dat die ſchout metten Schepenen maeckt*, *dien*

A. 1217. N. V. *titiariorum* erunt, qui nihilominus omnibus tam peregrinis quam indigenis in Middelburch venientibus firmam pacem precipiunt.

Quicumque in *Middelburch* aliquem percuſſerit ad mutilationem uel truncationem alicuius membri, vt in quarta parte occiſi emendari debeat hominis, vel amplius, duplo emendabit, quam foris Koram contigiſſet, et *gratiam Comitis* (2) queret.

Qui vulnerauerit hominem infra Koram, Comiti emandabit [a] III. lib. Oppido S. [b] (3) [i. e. ſemiſſem].

Qui vero hominem decappelauerit [c], et fustibus uel pugno percuſſerit, aut iratus contra eum pulſauerit, vel proiecerit, aut percuſſerit, aut arripuerit, Comiti emendabit S. lib. Oppido V. ſol. [d]

Vbicumque duo Scabini cum aliquo tertio burgenſem pacem vel pacificas indutias petierint [e], qui eis negauerit, Comiti III. lib. Oppido S. ſol. [f] vel etiam ſi aliquis ſtultiloquio predictam pacem impedierit, ſoluet Comiti S. lib. [g] Oppido V. ſol.

Quicumque in Middelburch manu pepigerit pacem, et ipſemet fregerit, ſoluet Comiti II. lib. Oppido I. lib. ſi a tribus

a emendabit. b V. c decapillaverit. d V. ℔. V. ß. e petierunt. f V. ß. g V. ℔.

dien moghen ſij houden een jaer, alſoo verre, alst hen goet dunkt, behouden ons ons rechts, ende ten eynden van den jaer te vernieuwen. Cf. WAGEN. *Beſchr. van Amſteld.* D. III. bl. 37. fol. D. II. bl. 114. 8°. Add. VAN DE WALL p. 414. f. de iure Principis.

(2) *Gratiam Comitis*] De *gratia Comitis* oportunior dicendi erit locus ad Chartam a. 1290. d. 12. Iun. N°. I.

buſ Scabinis conuictus fuerit; ſi quis conſanguineorum ſuorum A. 1217.
N. v.
hanc pacem infregerit, ſoluet lib. Comiti, Oppido S. ſi a iij. Scabinis[h] conuincitur, hoc factum fuiſſe cauſa predicte litis; inſuper omne malum, quod ibi fecerit, ita vt Kora teſtatur, emendabit; et qui Koram ibi prius fregerit, emendabit de fractione pacis, ſi a tribus Scabinis conuincitur.

Quicumque Scabinos pacem petentes verbis viciauerit, et ibi hoc Scabini propalauerint, ille, qui feciſſe comprobatus fuerit, cuilibet eorum lib. emendabit: etiam ſi illic in Scabinos Kora frangitur, vel illic vulnerauit, quicquid mali ipſis illatum fuerit, quadruplo eis emendabitur.

Omnes in Middelburch manentes ſub uno iure habeantur; et quilibet eorum cöoppidano ſuo Scabinium facere debet.

Si quis a cöoppidano ſuo Scabinium habere voluerit, ad Pretorium poſtulabit; quod ſi ille, in quem agitur, preſens non fuerit, et in *Walacra* eſſe comprobatur, citabitur reſponſurus prima die placiti; ſi venerit, et tamen iuri reſtitit[i], vel etiam ſi non venerit, bannetur nihilominus, et nunquam banno carebit, donec Scabinium fecerit, et ſubſtantia ſua, arbitrio Scabinorum, disponetur. Si Scaltetus uel Scabini conquerenti

ius

[h] Oppido V. ſi a tribus Scabinis. [i] reſiſtit.

(3) *Oppido S.*] Notat ubique *Semisſem.* Plurimum autem trahunt hae mulctarum impoſitiones ex Legibus antiquis *Friſicis*, uti aliis iam obſervatum. In iis vero mulctis rite aeſtimandis fruſtra inſumta est opera, quia iustus valor in mendo hactenus cubuit.

A. 1217. N. V. ius facere negauerint; iudicio non ſtabunt, donec conquerens Scabinium habuerit.

Quicumque Scabinio de Middelburch bannitus fuerit, ſi quis in *Walacra* illum tenuiſse a tribus Scabinis de *Middelburch* comprobatur, emendabit Comiti X. lib. Oppido I. et debitum illius ſoluet.

Quicumque de Oppidanis armata manu, intuitu pugnandi, Oppidum exierit ſine communi conſilio et Oppidanorum conuentu [k], non redeat in Oppidum, antequam *gratiam Comitis* impetrauerit, et Oppido lib. emendauit [l], ſi a tribus Scabinis conuincitur.

Vbicunque in Middelburch lis vel pugna oritur, qui armata manu aduenerit, ſine communi conſenſu et conſilio, ſoluet Comiti S. lib. Oppido V. ſol. [m]

Si quis Oppidanum de Middelburch armata manu, ad domum, ubi ſit manens, queſierit, ibique pugnauerit, emendabit predicto X. lib. Comiti V. Oppido lib.

Quicumque in Middelbuch ad domum alterius armata manu queſitus fuerit, queſitor emendabit obſeſſo V. lib. et hospiti V. Comiti VI. preterea quicumque in auxilium querentis uenerit armata manu, ſoluet Comiti III. lib. oppido S. [n] et damnum, quod de foris in domum agitur, duplo reſtituetur; damnum,

[k] conſenſu [l] emendaverit. [m] Comiti V. lb. Oppido V. ſolvet. [n] Oppido V.

damnum, quod de domo ad foras agitur, ſimplo reſtituetur, prout Scabinis III. conſtiterit. A. 1217. N. V.

Quicumque extra Middelburch manſerit et burgenſem de Middelburch banniuerit, qualicumque debito fuerit[o] bannitus, debitumque nullo modo poterit augeri, donec in Pretorio de Middelburch cum Sculteto[p], et Scabinis ſuis bannum enunciauerit; tuncque Iustitiarius (4) Oppidi et Scabini de ſubſtantia banniti bannum et emendationem facient ſolui.

Vbicunque Scaltetus in bannito placito Scabinos per iuramentum eorum monuerit, qui tunc dicta monita contradixerit, et hoc Scabini propalauerint, X. lib. emendabit Scab. tres lib. Comiti, Oppido S.[q] ſi a tribus Scabinis conuincitur.

Quicumque Scabinum in bannito placito verbis vitiauerit extra monitum, ſi hoc Scabinis monſtrauerit, et alter a tribus Scabinis conuincitur, emendabit Scabino III. libras, Comiti S. Oppido V. ſol.[r] econtra ſi Scabinus in bannito placito verbis vitiauerit, et ille monſtrauerit, ſi Scabinus a tribus Scabinis conuincitur, emendabit predicto lib. Comiti S. Oppido V. ſol.[s]

Quicumque in Scabinum in bannito placito per innocentiam Scabini Koram fregerit, ſi a tribus Scabinis conuincitur, emendabit

[o] fuit. [p] Scalteto. [q] Oppido V. [r] Comiti V. Oppido V. ſolvet. [s] Comiti V. Oppido V. ſolvet.

(4) *Iustitiarius*] Nota ſynonyma, *Scultetus*, et *Iusticiarius*, quae vox est generalis. Postea p. 395. et 397. vocatur *Iusticiarius Comitis*; p. 398. *nuncius Comitis id est Scaltetus*.

A. 1217. N. v. dabit Scabino X. lib. Comiti I. Oppido S.[t] econtra ſi Scabinus in aliquem per innocentiam Koram in bannito placito infregerit, ſi a tribus Scabinis conuincitur: emendabit predicto V. lib. Comiti I. Oppido S.[u]

Si quis de Middelburch cöoppidanum ſuum verbis vitiauerit, ſi conuictus fuerit, emendabit illi S. lib. Comiti S. Oppido V. ſol.[v] Si pugna inter Scabinum et alium euenerit, quicunque eorum pugnam preceperit, ſi malum ei contigerit, ita ſi ei extra Pretorium eueniret, emendabitur; ſi quis Scabinum occiderit, quadruplum ſoluet.

Quicquid mali ad Pretorium euenerit de omni forefacto[x] quadruplum emendabitur, ita ut inter Scabinum et alium ſcriptum est.

Non est licitum cuiquam infra Middelburch vinum, quod corruptum fuerit[y] aqua vel putredine vendere; quod ſi aliquis vendere preſumſerit, ſecundum quod in veteri Kora continebatur, emendabit, id est, Comiti II. libras, et Oppido ſolam libram[z] ſoluet.

Non est licitum Oppidanis, vt inuicem duella (5) recipiant: etiam illis extra Middelburch manentibus non est lici-

[t] Oppido V. [u] V. [v] V. lb. Comiti V. Oppido V. ſolvet. [x] forifacto. [y] fuit. [z] I. libram.

(5) *Duella*] Ratio petenda videtur *praedictae terrae* (Zeelandicae) niſi ex Pacto Flandrico a. 1168. ſupra p. BRUGIS fiet. 185. *Nullum duellum inter homines*

Digitized by Google

licitum, cum illis infra manentibus ad duella placitare [a]. A. 1217. N. v.

Omnibus in Middelburch eadem pax eundi et redeundi per aggerem et per portum, id est, *Arnam* (6), quam conſtituit illis Comes, ſeruabitur; preterea omnis extraneus quicunque fuerit in *erna* [b] eandem pacem, quam haberet in Middelburch, habebit.

Vbicuncque Opidani [c] de *Middelburch* in *Walacra* aliquid agere habeant, ſub conductu Comitis et pace habeantur.

Si quis de terra Burgenſem percusſerit, vel ſpoliauerit extra opidum [d], citabitur tertia die ad iuſtitiam venire; ſi venerit fideiusſorem ponet burgenſem; ſin non, bannetur; et in banno tenebitur ante Comitem [e].

Si quis extra manens oppidanum querela pulſauerit, oppidanus ei Scabinium faciet, et alter accipiet; ſi autem oppidanus contra preſumſerit, bannetur, et banno nunquam carebit, donec Scabinium fecerit; e contra ſi conquerens ab oppidano querela pulſetur, ſtatim Scabinium faciet.

Omnia, que in Kora euenerint [f], que Iuſtitiarius et Scabini emendare non poterunt [g], et ſi querela ante Comitem peruenerit,

a Addit Mieris, *duella Middelburch.* b Mier. *erva* [*ferte Arna*]. c Vbicumque Oppidani. d oppidum. e Mier. *autem* Comiti. In MS. est an. Com. f euenerant. g In MS. poterint.

(6) *Arnam*] Portus Medioburgenſis olim erat *Arna*, de *Arne*, hodie fere exſiccatus, ad cuius oſtium villam quamdam (hodie oppidulum) exſtruxerant Medioburgenſes, *Arnemudam*, ſive *Arnae oſtium* dictam.

Digitized by Google

A. 1217. N. V. rit, ipſe Comes per veritatem ſuam emendabit, et illa [h] per Scabinos de Middelburch perſcrutabitur.

Nullus hominum extra Middelburch manentium [i] poteſt cum Scabinis de extra, neque cum hominibus Comitis [k] oppidanum vllo teſtimonio conuincere, niſi licitum fuerit in hac carta [l].

Quicumque in Middelburch arma in nocte portauerit, ſi propalatum fuerit, niſi ſit communi Conſilio Oppidi, hoc duplo, quam ſi in die portasſet, emendabit.

Tribus hominibus eſt concesſum, vt de preda de libra teſtentur, de reliquo Scabini.

Vbicumque tres legales homines aliquid viderint, et iuramento ammoniti fuerint, hoc Scabini teſtabuntur; de cauſis, que in nocte euenerint, per ſcrutationem teſtabuntur.

Nullus in Middelburch manens poteſt teſtimonium dicere, qui neque terram, neque domum [m] in Middelburch habuerit, nec in *Charta tributi* inuenitur.

Quicumque in Middelburch alium ad terram proſtrauerit, et conuictus fuerit, Comiti emendabit lib. Opp. S. [n] *

* i. e. *Libram unam et Opido ſemiſſem.*

Quicumque alium ita debilitauerit, vt minus quarta parte hominis ſoluere debeat, emendabit Comiti lib. III. oppido S. [o]

Qui manſerit in *Walacra*, et *Middelburch* armis transire voluerit, oppidanum arripiet [p] ad conductum; ſin autem [q], Iuſtitia-

h illam. i Vox compendioſa, ſed dubia. k Comitum. In MS. Cōm. l charta. m dominium. n lib. . . Oppido V. o V. p accipiet. q In MS. ante.

tiarius et Scabini iniicient eis manus; et exigent ab eis ius Comitis [r], et oppidi, id est, III. lib. Comiti, et Oppido lib. A. 1217. N v.

Nullus oppidanus poterit dominium terre dare, niſi ante Scabinos de Middelburch; nullus extra commanentium poterit terram dare oppidano, niſi ante Scabinos de extra.

Si quis de hominibus in Middelburch extra commanentium hominum in Walacra arma in domo ſua ſusceperit, Comiti emendabit S. lib. oppido V. ſol. [s]

Si quis oppidanus alicui extra manenti arma ſua preſtiterit ad pugnandum in Middelburch, emendabit Comiti lib. Oppido S. [t]

Quicumque puppillus manſerit in Middelburch [u] nullus conſanguineorum et amicorum ſuorum ſubſtantiam ſuam habebit, niſi predicto firmam certitudinem ab oppidano fecerit.

Si quis extra Middelburch manſerit, et contra burgenſem in Middelburch pugnauerit, illuc venient Scabini cum Scalteto, vel Nuncio, et emendabunt, ſi poterint, et exigent ab illo, qui extra manet, pacem, et vt tale ius, quale Scabini de Middelburch iudicauerint, faciat, inde [v] ponet fideiusſorem; ſi non, tunc Scabini cum Iustitiario Comitis ibunt ad Pretorium, et facient ſonari campanam, cum communi conſilio oppidi, ad conuocandum vniuerſos de Middelburch, vt per eos ille cogatur ſtare iure [x] Comitis et Oppidi. Etiam quicumque campanam

[r] Comitum; [s] V. lb. Oppido V. ſolvet. [t] V. [u] pupillus in Midd. mans. [v] equitum. [x] iuri MS.

A. 1217. N. v. panam ſine communi conſilio pulſauerit, emendabit Comiti III. lib. Oppido lib.

Quicumque ad ſonitum campane non venerit, ſoluet Comiti S. lib. Oppido V. ſol.[y]

Si predictus[z] malefactor euaſerit, ad Pretorium citabitur, vt tertia die appareat, et certum fideiuſſorem in Middelburch ponat[a] de lite preterita iuri reſponſuris[b]; ſi citatus non venerit, bannetur, et teneatur bannus ad audientiam Comitis, quod primo aduentu ſuo emendabit.

Si qui in Middelburch certauerint, qui extra manent, venient Scabini cum Nuncio Comitis vel cum Scalteto, et exigent ab eis ius Comitis et Oppidi; quod ſi negauerint, veniet Nuntius Comitis, id est, Scaltetus cum Scabinis ad Stationem pupplicam[c], et citabit illos malefactores in diem III. ſibi et oppidanis de obiiciendis reſponſuros; ſi vocati non venerint, bannentur, et nominatim in Carta ſcripti ſeruabuntur preſentie Comitis (7).

Omne

y V. lib. Oppido V. ſolvet. z Mier. addit *Maleficus.* a ponet. b reſponſurum. forte *reſponſurus.* c publicam.

(7) *Praeſentiae Comitis*] In omnibus, quae a Principe hac Chora Sculteto et Scabinis non erant conceſſa, ſive ut ſupra p. 395. *quae Iuſtitiarius et Scabini emendare non poterant*, erat recurſus ad Principem, ſummum Legislatorem: multoque magis igitur in iis, quae publicam turbarent quietem, *Comitis* erat diiudicare; adeo ut (quemadmodum ſequitur) *quidquid maleficii intra oppidum contingeret*, ab eo tempore, quo Comes *Zeelandiae fines* ingreſſus eſſet, *duplo emendaretur*: nec non, ut ipſe *Comes eum iudicaret*, qui alium ſibi *Dominum* elegiſſet.

(8) *Alium — dominum*] Reſpicere

Omne malefactum contingens in Middelburg, *Comite exiſtente infra Burneſſe et Hedeneſe* [d], *duplo emendabitur*. A. 1217. N. v.

Quicumque in Middelburch manens *alium Secularem Dominum* (8), quam *Comitem* elegiſſe a tribus Scabinis comprobatur, Comiti emendabit X. lib. Oppido lib., et hoc ipſe Comes iudicabit.

Omne forefactum, quod alicui in Middelburch illatum fuerit, de lite duplo emendabitur, quam ſi extra contigiſſet.

Quidquid forefacti contigerit in Middelburch non amplius quam quadruplo emendabitur.

In quocunque negotio per terram oppidani de Middelburch cum illis de terra litigia habuerint, illa Comes per inquiſitionem veritatis ſue terminabit, quam a Scabinis Oppidi cognoſcere poterit.

Illos de Middelburch nemo areſtabit [e], id est, pandabit, niſi pro proprijs malefactis, in duobus *Comitatibus*, id est, *Flandrie et Hollandie* (9).

Hanc

d Hedeneſſe. e arreſtabit.

re haec, ſi non penitus, ſaltem ex parte videntur ad temporale Dominium *Flandriae*; unde confirmatur ſuſpicio, EXCVRS. VII. p. 276. et in VINDICIIS infra exhibendis iniecta, de Vrbe Medioburgenſi ſoli *Hollandiae Comiti* relicta.

(9) *Flandrie et Hollandie*] Sub his nominibus ipſam *Zeelandiam* comprehendi, abunde probaſſe mihi videor EXCVRS. VII. p. 277. ſqq. Cf. VINDIC. Qui autem ſolus Westcapellae Statuta conceſſit, FLORENTIVS Comes Holl. a. 1223. hoc ita protulit, *illos de Westcappel infra* [i. e. intra] *Comitium Hollandiae, nemo pandare poterit*, MIER. D. II. bl. 134. b. Confer. infra Choram Mediob. a. 1254. d. 11.

A. 1217. N. v. Hanc legem iurauerunt Domina IOHANNA *Comitiſſa Flandrie*, WILLELMVS[f] *Hollandie Comes*, et eorum[g] *Caſtellani* de Selandia[h], ipſis de Middelborgho[i] inuiolabiliter obſervandam.

Anno ab incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo ſeptimo decimo.

f Wilhelmus. g earum. h Zelandia. i Middelburch.

d. 11. Mart. §. XIV. *Niemene ne moet aresteren ne panden portre uan midd. bin der graueſchepe van holland zonder om zijn eghine ſchoud.* De ipſo *arrestationis* privilegio conf. VINDIC. huius Chartae; et not. Viri Cons. IAN DE TIMMERMAN *Coſtumen van Middelb.* 4°. 1771. p. 88. ſq.

Vindiciae antiquisſimae Chorae urbi Medioburgo concesſae.

A. 1217.

Vrbium Europaearum, cuiusmodi ſunt hodie, per medii aevi tempora fuerunt nullae. Si quae ante ſeculum x. forte memorantur, non alio habendae ſunt loco quam *Caſtellorum* vel *arcium munitarum*, quae Ducibus vel Comitibus vel *Misſis Dominicis* ſeu legatis Regiis ſub Imperio Francico Germanicoque parebant. Quid *Henricus Auceps* Rex Germaniae in Oppidis ſtruendis praeſtiterit, ſatis notum est. Inſtitutio illarum *Communitatum*, quas hodie *Vrbes* et *Oppida* vocamus, a ſeculo XI. et ſeqq. repetenda est. Inſtitutionis ratio fuit, ut haberent Imperatores et Reges, cum Germani tum Franci, quo increſcenti Principum et Optimatium; Principes vero, quo minorum Nobilium potentiae frenum iniicerent. Hoc imitati ſunt Principes Belgici, Duces Brabantiae, Comites Flandriae, et Hollandiae, in ſuo quisque territorio in ſuis fundis. Hi autem Belgii Principes, Imperatoribus Germanis aut Regibus Franciae iure Clientelari ſubiecti, hactenus pependerant ex Legibus Capitulariis ac Conſtitutionibus Imperii publicis; neque ullum est dubium, quin ex his ſubditorum causſas diiudicarint, et res ſuas adminiſtrarint, immo *Legem* Francorum *Salicam* et *Capitularia* obſervarint. Huius rei inſigne exſtat exemplum in LVDOVICO *Comite Losſenſi*, qui Monaſterio Averbodienſi anno adhuc 1155. confirmavit donationem ope formulae *obſervata Salicae Legis cautela*, ut habet autographa Charta apud OL. VRED.

VRED. add. ad Prodr. II. *Hiſt. Flandr.* p. II. Exſtant et alia noſtris in terris A. 1217.
obvia; vid. HED. p. 70. Illorum vero auctoritate imprimis ſeculo XII. ac ſeq. ſen- N. v.
ſim increſcente, quum *ſuperioritatem* quam vocant *territorialem* ſibi vindicarent, nova ſubinde per ſemet Edicta, novas Conſtitutiones Legesque ſancire coeperunt. „ Ab hoc igitur aevo tantus innotuit, legum praecipue Municipalium, numerus, „ ut nulla fere ſit Provincia, et in ea nulla Civitas, quae non ſingulare aliquod „ propriumque ius aut conſuetudinem ſervet. — — " ut verbis utar V. D. HEYLEN (a), qui nonnullas eiusmodi leges promit. Sic PHILIPPVS *Alſatius* a. 1164. leges tulit *Neoportuenſibus;* THEODERICVS *Comes Flandr.* a. 1161. *Furnenſibus* libertatem a *Chora* conceſſit. Habentur Conſuetudines ſcriptae *S. Audomari* a. 1127. Privilegia Oppidi *Gerardi Montis* a. 1200. Leges *Teneramundae* a. 1233. Inſignis exſtat Chora, Franconatui Brugenſi ante a. 1190. a Comite Flandriae conceſſa, apud OL. VRED. *Hiſt. Flandr.* Prodr. II. p. 439. Habebant libertatem iam ſuam a. 1201. *Ardenburgenſes*, ut ſupra p. 255. docet Privilegium Oppido *Ardenburgo* a BALDVINO Comite conceſſum. Ex his aliisque monumentis apparet, harum terrarum Principes t. t. *Civitatum* ſuarum vel *Communitatum*, quas vocabant, incolis, Leges peculiares praeſcribere coepiſſe. Serius nonnihil id Principes Noſtri ſunt aggreſſi, exemplo, ut videtur, adducti Brabantinorum ac Flandrorum. Certe haec prima in Zeelandia *Lex* ſive *Chora*, (etſi antiquior hac fuerit. Vid. p. 394. f.) eaque in commune cum Principe *Flandro*, cuius Feudum tunc fuerat *Zeelandia.* Paullo poſt a. 1223. alia conceſſa ſunt privilegia *Domburgo* et *Weſtcapellis* urbibus. Quod ad Hollandiam: illic nonnihil citius mos ille condendi urbes libertatibusque quibusdam muniendi coepit. Exemplum luculentum habetur in *Monte S. Gertrudis*, quae omnium antiquiſſima eſt, cuius Privilegium ſuperſit, a. 1213. per quod Comes Wilhelmus Oppido ſuo eiusmodi *libertates* elargitur, quas nulla noſtrae telluris Oppidà h. t. adhuc habuiſſe videntur, niſi ſola fortaſſe urbs *Dordrechtum* excipiatur. Ex Charta enim ſupra p. 245. ad a. 1200. vulgata, patet, *Dordrechtum*, aeque ac *Montem S. Gertrudis*, ſuos iam tunc habuiſſe *Scabinos;* immo vero a Comite obtinuiſſe *Gildam Pannicidarum.* Quae praeterea ſequuntur Hollandiae Vrbes, ſerius Privilegia ſua ac Libertates a Comitibus acceperunt; *Harlemum* nempe a. 1245. *Delſt* a. 1246. *'s Gravezande* a. 1246. et *Alcmaria* a. 1254. Vid. MIER. *Charterb.* D. I. bl. 219, 228, 283. Verum haec alibi prolixius.

Nunc aliud agendum. Ab iniuſtis criminationibus vindicare debeo vetuſtiſſimum hoc Diploma ſive *Choram*, per quam primaria Zeelandiae urbs, *Me-*

(a) V. D. HEYLEN pag. 53. Reſpons. ad Quaeſt. *cuius Iuris ſcripti uſus obtinuerit apud Populos Belgicae* etc. In *Memoires de l'Academie de Brux. qui ont remportes les Prix.* a. 1775.

A. 1217. N. v. *Medioburgum*, ſuas accepit Libertates et Privilegia. Habet illa Chora hoc peculiare, vid. EXCVRS. VII. p. 208. et p. 276. quod ab ambobus *Comitibus*, Flandro et Hollando, ſit confirmata ac iureiurando ſancita, quamquam primarius dator Chorae fuit *Comes Hollandiae*, ut ſatis patet, ex p. 399. l. 2. *de* COMITE *exiſtente intra Bornesſe et Hedenesſe*, id quod duntaxat ad *Comitem Hollandiae* ſpectat. Nam, quamvis *Comitisſa* Flandriae, (ex pacto Heedenseano a. 1168.) etiam illic *Iudiciarium* ſeu *Iustitiarium* ſuum haberet; debebat tamen is tantummodo curam gerere *redituum in commune accipiendorum*, vel, ſi ad ſummum iuri dicundo praefuerit, is ſeparatim ſuam facere *Choram* potuit, quod tamen vix crediderim, quia *Middelburgum* ſoli *Comiti* Hollando relictum fuisſe videtur. Ratio tamen, cur Chora *confirmata ſit* ab utroque Comite, duplex est. 1°. Quum Zeelandia in commune fuerit posſesſa, hinc ſolus *Wilhelmus* nihil ſancire potuit, quod in fraudem alterius vergeret; imprimis nullum habuisſet effectum promisſio Vrbi facta *de conductu et protectione* AMBORVM *Comitum*; neque inſigne illud privilegium DE NEMINE ARRESTANDO cum *in Flandria* tum *in Hollandia* valuisſet; niſi hanc Choram ambo Comites confirmasſent. 2°. Quia in Conditionibus Pacis a. 11$\frac{67}{81}$. ſupra p. 187. c. n. (6) diſerte ſtatutum erat, ne quis ſine altero *Munitionem faceret*. multoque minus Libertatis Choras alicui Castro vel Vrbi daret. Fecit hoc quidem paullo post a. 1223. Florentius IV. filius Wilhelmi *Westcappellis* et *Domburganis*; verum hoc ipſum ingentium rixarum inter Flandros et Hollandos, fomentum et origo fuit. Vid. EXCVRS. VII. p. 276—286. immo bellum hinc inter Comites exortum esſe, ibid. docui.

His praemisſis, videamus, quid ſcopuli huic *Chorae* obmoveatur. Qui primus et ſolus hanc invaſit, Vir Ampl. HVYDEC. ad STOKE D. II. bl. 306. ſqq., non auſus quidem est eam penitus reiicere, et ſpuriam habere: ne tamen amplius in ea prodirent *Comites Flandriae*, aliud commentus est; videlicet reiicit, pro falſis exſibilat, reſecatque *caput* et *pedes*, i. e. initium Chorae et eius finem. Et quare? quia nempe hic diſerta habetur mentio *Comitisſae Flandriae*, quae cum *Comite Hollandiae* hanc Choram iureiurando confirmaverit. Res confutatu indigna est. Ne quem tamen Viri Ampl. auctoritas in antiquisſima urbis primariae Chora reiicienda unquam amplius transverſum rapiat; videamus argumentum vel argumenta, quibus Vir D. extremas has Chorae partes oppugnat. Quum autem tam implicite omnia enarrentur, ut quid Vir D. innuat, vix reperias; ipſius verbis loquar. Primum est:

1. „ In alle Zeeuwſche Keuren ſtaan de Naamen der Graaven aan het Hoofd, „ maar hangen niet aan den Staart. Ook is daar het woord *Perſoonen* beſpot- „ telijk ". Reſpondeo: etiamſi prius concederem, nihil ad rem faceret. In his enim nihil unquam ex tali fiebat norma, quae characteriſticam hinc falſitatis notam

notam efficeret. Rei ratio ex ſupra notatis manifeſta eſt. Cf. etiam initium Chartarum a. 1202. p. 259. a. 1206. p. 292, 299. a. 1214. p. 366. Quid autem ridiculi voculae *Perſona* inſit, prius docere debebit V. Ampliſs. Vocem enim *Perſonae* cognitam hoc ſenſu ſec. XIII. fuiſſe, docent tot aliae Chartae, quas infra exhibebo. Nota vox hoc ſenſu iam eſt in Legibus Friſonum apud SCHWARZEND. *Charterb. van Frieſl.* D. I. bl. 13. Etiam ſec. X. a. 981. ſupra p. 54. ſ. *ſi — quelibet extranea perſona — contraire voluerit.* Sec. XII. a. 1168. §. 9. p. 112. *ſi terminare non poterunt, ſex perſonae probatae et ſpectatae — eligentur.* Sec. XIII. apud MIER. D. I. bl. 319. a. 1257. *cum omnibus bonis et perſonis, quos in terram noſtram adduxerint.* Imprimis a. 1252. ib. p. 270. *Comes Hollandiae — honorabilibus* PERSONIS, *Magiſtro et fratribus domus S. Mariae Theutonicorum dilectis, fidelibus noſtris duxit indulgendum.* Mitto alia. Secundum argumentum hoc habetur:

A. 1217.
N. V.

2. „ Elk begrijpt licht, dat de Hollandſche *Willem* en de Vlaamſche *Johan-* „ *na* te ſaamen, onder het eenvoudige woord *Graaf* niet konnen begreepen „ zijn ". Nimirum in hac Chora ubique ſermo eſt de *Comite* ſimpliciter, de ſolvendo *Comiti*, de quaerenda *Comitis gratia.* Et tamen *Chora* dicitur IVRATA per utrumque Comitem, *Dom. Iohannam et Willielmum.* Ex his ratiocinatur HVYDEC. ab abſurdo; et quum hac in Charta praeſertim ſermo ſit *de Comite, quando exiſtis intra* BVRNESSE *et* HEDENESE; hinc concludit, Choram datam eſſe a *ſolo Comite Hollandiae.* Recte hoc! Concedo, *datam* eſſe Choram a ſolo Comite Hollandiae. Sed aliud eſt, *dari* a ſolo Comite Hollandiae; aliud *confirmari et iurari* ab *eodem*, non modo, ſed etiam iureiurando confirmari per *Comitem Flandriae*, tamquam eum, qui ut Dominus ſupremus ius in hanc terram habebat, quique praeterea in *reditibus* ac *petitionibus* hanc Zeelandiae partem cum Hollandiae Comite in commune poſſidebat. Quae ſi obſervaſſet Vir Ill., talia non ſcripſiſſet. *Chora* nempe *iurata* quidem *eſſe* dicitur ab *utroque* Comite; nusquam tamen invenitur ab *utroque* eſſe *data.* *Vtriusque Iuramentum* iccirco intercedere debuit, quia in ea *Chora* talia exſtabant, quae in gratiam Medioburgenſium *ab utroque Comite* erant praeſtanda, e. g. p. 389. *Quocumque Oppidani de Middelburch ſe vel ſua moverint*, [ſcil. extra urbem] *ſub protectione et conductu* AMBORVM COMITVM *et eorum* IVSTITIARIORVM *erunt.* Tum in fine p. 399. *Illos de Middelburch nemo arreſtabit, id eſt, pandabit, niſi pro propriis malefactis, in duobus Comitatibus, id eſt* FLANDRIAE *et* HOLLANDIAE. Erat nempe *Zeelandia* nondum tunc *Comitatus* nomine inſignita, ſed tantum vel *terrae* vel *Caſtellaniae* titulo veniebat; eaque *Caſtellania de Zeelandia* ſub utroque Comitatu comprehendebatur; unde recte ſtatim ſequitur: *Iohanna Comitiſſa Flandriae, Wilhelmus Hollandiae Comes, et* EORVM CASTELLANI *de Zelandia*; utpote quae

 Comme-

A. 1217. N. v. Communis horum erat poſſeſſio. Cf. EXCVRS. VII. C. IV. §. 10. p. 272. ſqq. Res igitur huc redit. Eo tempore, quo *Ferrandus*, Flandriae Comes, in Francia captivus tenebatur, videtur *Wilhelmus* Comes Holl. ab *Ioanna Comitiſſa* Flandriae, eius Coniuge, cuius erat communis Zeelandiae poſſeſſio, obtinuiſſe, ut liceret ſibi privam *Choram* Oppido Medioburgenſi in communi Poſſeſſione ſito praeſcribere. *Dabat* igitur hanc Choram ſolus *Comes*, eique ſoli iustitiae et mulctae competebant; ſed FIRMARI ab utroque Comite debebant non modo ob antedicta, ſed etiam iccirco, quod ab utraque parte promiſſum exhibebatur *de protectione et conductu* AMBORVM COMITVM *et eorum Iustitiariorum*, nec non de *nemine arrestando* extra urbem, *in utriusque Comitatu*. Vnde omnia plana et expedita ſunt.

Tertium Argumentum his verbis bl. 308. continetur: „ Zijn de Heeren van „ *Voorne*, als Burggraaven, oit genoemd *Officieren*? En waar heeftmen oit „ geleezen of gedroomd van VLAAMSCHE *Kasteleinen van Zeeland*"? Haec ſerio refutare pudet, et quemque rerum medii aevi et noſtrarum vel modice peritum, mecum pudebit. Latina Chora habet: *ſub-conductu amborum Comitum et eorum* IVSTITIARIORVM. Quid medio autem aevo aliud *Castellanus* quam *Iustitiarius*, qui vice Comitis omnia peragebat; quid *Castellani de Leiden* aliud quam *Iustitiarii*, quibus competebat Iurisdictio istius Caſtelli et omnium, quae Castelli nomine continebantur? Per *Iustitiarios* hoc aevo ſemper intelliguntur *Castellani*, *Balivi*, reliquique Terrae *Iudices*, qui iureiurando obſtricti erant Comiti; quippe ex Quo omnia et iura et iudices pendebant. Ignorantia noſtrae Hiſtoriae Virum Ampl. transverſum egit. Quod autem ad *Flandriae Iustitiarium* ſpectat: ne haec gratis a me dicta cuiquam videantur, en tibi! verba Chartae, ſq. anni 1218. quam *ex Chartulario Abbatiae Medioburgenſis* deſcripſi, ex qua etiam nomen occurrit eius, qui hoc tempore illic Flandriae *Iusticiarius* fuit, nempe ANDREAS IVDICIARIVS FLANDRIE, qui illic coniungitur cum *Theoderico de Vorne Castellano*. Illo autem ſeculo peculiare *Sculteti*, *Balivi* vel maioris Praeſidis nomen erat IVDEX. Belgice RECHTER. Argum. Chorae Regis Wilhelmi a. 12$\frac{54}{55}$. in *Probb.* §. LXX. *Sowat mesdade — das ſal de* HERE *berechten, of de ghene die* RECHTRE *es ouer al Zeland*, *of die ghemeene* RECHTER *es bewester ſcheld:* ubi tria diſtinguuntur:

1. *Dominus*, Comes.
2. *Iudex totius Zeelandiae*; intellige *Iustitiarium* ſive *Castellanum de Voorne*.
3. *Iudex Zeelandiae Occid.* intellige eum, qui hodie vocatur *Balivus Zeelandiae Occident.* cuius hic antiquiſſima veſtigia.

Immo longo post tempore vox *Iudex* oppoſita fuit ipſis *Scabinis*: unde in *Costumen van den Briel* apud ALKEMADE post p. 224. in Tabula Argumentorum occur-

occurrunt: *Of een* RECHTER *Scepen weſen mach, na der ſteden Handveſten.* A. 1217.
Item, *of die Heerlicheit* (i. e. Dominus) *niet en vermach een, die* RECH- N. v.
TER *geweeſt heeft, Scepen te doen maken:* ubi ipſa vox *Rechter* explicatur per *Baljuw*.

Denique 4°. dedit a. 1223. Comes Hollandiae *Choram* Oppidanis de Weſtcapella, *eandem quam habent opidani de Middelburch*, necnon eodem circiter tempore aliam *ſuis Oppidanis de Domburch*, quae habentur in MIERIS D. I. bl. 182. et 188. et hic in Probb. h. a. Ex his Vir Ampl. HVYD. bl. 307, et 308. infert falſitatem utriusque extremae partis *Chorae Medioburgenſis*; quoniam ambae hae Chorae *Florentium* Com. Holl. ſolum agnoſcunt *datorem*. Verum haec argumentatio nunc ſimul concidit, poſtquam patet, *Medioburgenſem Choram* ſolum etiam *datorem* agnoſcere *Wilhelmum*, etſi ab ambobus *Comitibus* iureiurando confirmatam. At ſi quaeras, quare etiam in his ambo Comites non iuraverint? Ratio certisſime petenda eſt ex mutatis temporibus. Florentius enim a. 1222. modo *Comes* factus erat, et *Pactum Heedenseanum* nondum confirmarat. Immo *Florentius* poſt mortem patris *Wilhelmi* ſolus ſeſe in Zelandiam intruſit; id quod poſtea multis controverſiis anſam dedit, non ſopiendis, niſi per novum Pactum a. 1227. d. 16. April, ex quo *Florentius* Ius Flandriae in has Zeelandiae partes recognovit. Vid. infra Chartam h. d. Vnde ratio dari poteſt, 1°. quare *Florentius* ſolus a. 1223. ſuas *Weſtcapellae* et *Domburgo* Choras conceſſerit. 2°. Quare in Chora *Weſtcapellae* data §. LXI. ſimpliciter dicatur: *Illos de Weſtcappel infra* [i. e. intra] *Comitium Hollandiae nemo pandare poterit, niſi pro maleficiis.* Quum contra in Chora *Medioburgenſi* dicatur coniunctim: *nemo arreſtabit in* DVOBVS *Comitatibus, id eſt, Flandriae et Hollandiae.* Et tamen in dandis hisce Choris *Florentius* aliquid fecit, quod praeter conſenſum Comitis Flandriae ex Pacto a. 11$\frac{67}{68}$. d. 27. Febr. facere ei non licuit; nempe *libertates dare*; quod poſtea Comites Flandriae, imprimis *Margareta*, aegre tulerunt; ut Cap. IV. §. X. ſqq. pluribus docui. Quare praeter omnem rem eſt, quod Vir Ampl. bl. 308. dicat, hanc Choram datam eſſe „zonder een woord te reppen van de Vlaamſche Gravinne Iohanna, DIE „RECHTER, zo veel my bekend is, noit geklaagd heeft, dat zij in haare „Rechten op Zeeland verkort is geworden, etc." Quae verba ſunt, praetereaque nihil; quippe quibus fides hiſtorica repugnat.

Verum refutatis his nullius ponderis argumentis, quum ipſa tamen *Chora* non amplius in Originali proſtet, hinc ex abundanti, omnem hac de re ſcripulum amovebo eiusmodi argumentis, quae *Hiſtoricam* ſimul et *Politicam* fidem complectentur. Exſtat haec Chora in *Aureo Civitatis Medioburgenſis Regiſtro*, publico Magiſtratus iusſu anno 1549. authentice ſcripto, ac deinde a. 1685. renovato, fol.

A. 1217. CXV — CXVIJ. eodem modo exarata, quo eam exhibent SMALLEGANGE, BOXHORN, MIERIS, alii; et, in quo rei cardo imprimis hic vertitur, ea ipſa verba, quae pro ſpuriis Vir Ill. exſibilat *de non arreſtando cive Medioburgenſi.* Ex *Originali* eam primitus deſcriptam fuiſſe, docet *Chartarum Index* huic Regiſtro praemiſſus, ubi haec habentur ad Cap. 2. fol. VII. primae Scripturae a. 1549.
N. v.

De Kuere van Middelburch, gegeuen by Coninck Willem, in date XIJᶜ. LIIJ. *op Ste. Gregorius dach.*

Die is geleyt in de groote yſere kiste by den ſegel van der Stede, fol. CIX.

De Kuere van Graue Willem ende Iohanna Grauinne van Vlaenderen, van den Iare XIIJᶜ.XVIJ. [leg. XIJᶜ.]

Ende licht in de voorſz. yſere kiste, fol. CXV.

Quae argumento ſunt, hanc *Choram* tunc fuiſſe ſuperſtitem. Supereſt autem etiam nunc altera illa *Chora Wilhelmi* d. 11. Mart. a. 12¾. Vnde ſuſpicari poſſis, periiſſe hanc alteram, a. 1217. ſive vetuſtat. ſituve corruptam, ſive quovis alio modo evanidam, vel *in Originaii* in iudicio alíorſum miſſam. Diu tamen poſtea ſuperfuiſſe, nunc docebo. Nimirum haec ipſa *Chorae* verba multas poſtea concitarunt rixas, quando Ampliſſimi *Vrbis Mediob.* Proceres huius Privilegii vindicias variis locis egerunt ſtrenuas. Sic a. 1613. ubi incolae *Giſtelae* in Flandria civem Medioburgenſem in carcere detinebant, vi huius *Privilegii* hunc repetiverunt, teste iſtius anni Epiſtola, quae in *Indice Alphabethico Archivi Secreti Mediob.* MS. p. 27. ſic recenſetur: „ Miſſive van die van Middelburg aan die van Giſtele in Vlaan„ deren geſchreven over een Arreſt, gedaan op een borger van Middelburg, „ waar by wordt gepoſeerd, dat door Vrou IOHANNA Gravinne van Vlaan„ deren, aan die van Middelb. was verleend *het Privilegie*, dat die van Mid„ delburg zoo in Vlaanderen als Holland en Zeeland niet arreſtabel zouden we„ zen, en het *Privilegie* wordt gezegt te wezen in het Latyn en van den Iare „ 1217. De Miſſive is van 27. Mart. 1613. Reg. 114 ". Hactenus ille *Index.* Ipſas autem literas poſtquam inſpiciendi mihi copia facta eſt, hinc mihi patuit, miſſam eſſe publico iuſſu ipſius Privilegii Apographam (*Copie Authenticq*). Porro Doctus ac Nob. Vir DE GRIJPSKERKE in *Deſcript. Zeeland.* MS. p. m. 126. de hac *Chora* ſic loquitur: „ *Ik bevinde*, dat de Keure van „ Middelburg aan den Poorteren gegeven is in den Iare 1217. door IANNE „ Gravinne van Vlaanderen, en WILLEM Grave van Holland en Zeeland. „ De Woorden op 't einde van de gezeide Keure zijn: *Hanc legem iuraverunt* „ *Domina* IOHANNA *Comitiſſa Flandriae, Wilhelmus Hollandiae* " ſqq. *Grijpskerkium* autem ipſa Chora αὐτόγραφον uſum eſſe, idque pro more ſuo, nullus dubito. Immo illam M. Z. VAN BOXHORN add. ad REIGERSBER-

GEN

ORN *Chronic. Zeel.* Ed. primae p. 129. ſuo adhuc tempore ſupereſſe teſtatur, A. 1217.
a. 1644. *Immers*, inquit, *de alleroudſte Stadts Keure*, DIE NOCH TER TYDT N. V.
OVERICH *is, wierde dien van Middelburch in den Iare* 1217. *ghegheven, ende niet alleen van den Grave van Hollandt, maer oock van dien van* VLAENDEREN *eenſtemmelijck beveſticht.* Verum certiora dabo. En tibi! excerpta Sententiarum, pronunciatarum a Magiſtratibus *Gandavi*, *Goudae*, immo ab *ipſa Provinciali Curia Hollandiae ac Zeelandiae*, prout exſtant in *Aureo Regiſtro Vrbis Medioburg.* ubi ſic habetur:

AVR. REGISTR. fol. CXLVI. 2ᵈᵒ. Script. fol. 456.

Confiermatie van Schepenen der Keure van Gendt op 't Priuilegie *de non Arreſtando.*

Scheepenen vander Kuere der Stede van Gendt, geledt *op 't Priuilegie van die van der Stede* van Middelb̄. in Zeelandt, geexhibeert van wegen Ioos pietersſen Penne, Schipper ende borger der voorſz. Stede van Middelburch alhier gearreſteert van wegen Ian Leyns ouer hem zelven ende ouer Ian van Tonne inhoudende tſelue Priuilegie *Vrydom van Arresten voor de borgeren der voorſz. Stede*, ende tzelue geconſulteert hebbende met hun Hooeheden, Verclaeren dat 't ſelſde Priuilegie zal ſorteren zijn effect ende achtervolcht worden, ende dienvolgende conſenteeren den voorſz. Ioos Pietersſen te mogen deurvaeren met ſijn ſchip. Ordonneren alle de ghene, diet behooren ſal, hemluyden hier naer te reguleren. Actum in 't Collegie deſen thienden van April XVIC. en thiene, Ende was onderteekent I. Kerchoue.

Confirmatie vant Hoff Prouinciael opt 't Voorn̄. Priuilegie *de non Arrestando.* ibid. fol. IↃXLVI. MS. 2°. fol. 456. vs°. Notule van 't aduys in der zaecke van *Pieter vander Aertbrugge*, poorter der Stat Middelb̄. cum ſociis, Impᵗᵉ. in relief d'appel Contra *Hans van de Putte*, woonende tot Zierezee, gedᵉ. *cum ſociis* ghevoeclden.

't Hoff vuyttende 't Advys, interineert de clauſule van relief inder Imptᵉⁿ. mandemᵗ. geinſereert, releueert hen̄. dienvolgende van de indebite proſecutie heurder appellatie, doen te niete 'tvonniſſe in queſtie, ende doende 'tgunt Schepenen van ZZee, als rechters ter eerſter inſtantie, behoorden gedaen te hebben, admitteert dexceptie by d'Impeᵗᵉⁿ. aldaer geproponeert, renuoyeert dienvolgende de zaecke, midtsgaders partien voorden gerechte van Middelburg ende compenſeert de Coſten, om redenen den houe daer toe mouerende. Actum ende gepronuncieert den XXIIIJ. Mey 1613.

Concordat collatione facta per me P. Croock.

Con-

A. 1217. N. v. Confirmatie vant voorſ. Priuilege. ibid. fol. ↀXLVII. MS. 2°. fol. 456. vs°. et 457. Extract vuyt 'tvonnisbouck der Stede vander Goude.

Mr. Evert Puttershouck, als ſpeciale procuratie hebbende van Aelbert Cornelisſen getrout hebbende Maria Lieuens van den Velde — — — — —

Den gearreſteerde verthoont brieff van affchryvens *met een Priuilegie der Stadt Middelburch*, concludeert by exceptie tot alhier niet ontſankeī. ende renvoy aan de Gerechte van Middelburg voorſ. makende in cas van proces eysch van Costen.

Den eyr. ſeydt, dat de misſiue niet en ſtrect tot ontſlaginge van de goederen, maar alleen van den perſoon van den gearreſteerde, ende tpriuilege oick van geen goederen en ſpreeck, maer *alleen van perſoonen*, ende dat noch onder expreſse clauſule, datmen de perſoonen *oock wel arreſteren mach voor heur eygen misdaden*, ende dat alhier voor misdaet moet genomen worden, dat den gearreſteerden van hier getransporteert heeſt goederen van een Boedel ofte ſterfhuys, dat hier gevallen is, Concludeerende by de voorſz. ende andere middelen tot rejectie van de exceptie, ende dat de gearresteerde geordonneert zoude worden ten principaelen te antwoorden.

Schepenen partye gehoordt, ende op alles gelet, Abſolueren den gearresteerden van der inſtantie, ontſlaen zijn perſoon ende goederen vuytten arreste ende renvoyeren den Eyr. aen den Gerechte van Middelburch, Compenſerende niettemin de Costen om redenen. Actum den XXVJ. April a. XVJc. Zesthien, preſent den Bailliu Ghysbrecht Aelbrechts, Adr̄. Claesſ. Goudtswaerdt, ende Pr. Harmensſ. Cuik Burgemr̄s, Iohan Vlack d'oude, Pieter Woutersſen Crabet, Dirck Iansſ. Steenwyck, Ian Hendr. Wantſlager, ende Iacob Adrz. Bosch, Schepenen, ende was onderte. Ioh. Flo. de Iager 1616: 26. 4.

Tweede Confirmatie van Schepenen der Keure van Ghendt. MS. I. fol. ↀXLVIIJ. Ed. alt. fol. 457. vs°.

Schepenen van de Keure van Gendt met overleneringe tusſchen poorteren in heurl. collegie gehoordt Daniel de Somere alhier verweerdere, mitsgaders zyn verdragh eñ kennisſe ten deſen gedregen, geſien oock de brieven aen heurl. geſchreven bij het Magiſtraet der ſtede van Middelburgh in Seeland, met *extract van haer previlegie* daer by gevought; verklaren 't arrest by den voorſ. Daniel gedaen op den perſoon van Guilliame Laureys, filius Guilliame, poortere ende ingeſetene derzeluer Stadt van Middelburgh, QVAET, *condemneeren* hem verweerdere in de costen van deſen vervolghe, ter tauxatie, ende niettemin compenſeren de ſchaden ende Interesten by den Eyre. gepretendeert, uyt cauſen. Actum den VIJ. Decemb. 1650. was onderteekent. *A. van Druythen.* Postea

Digitized by Google

Postea novae cum Gandenſibus ortae ſunt lites ſuper *Adriano de Rycke* Cive A. 1217.
Mediob., teſte Scabinorum Gandav. Epiſtola d. XVII. Iul. 1662. (Regiſtr. N. v. nº. 106. in Archivis Mediob.), in qua profitentur, ſe ſuper hac Charta Maieſtatem Caeſaream conſulere velle; dolebant enim Scabini Mediob. (ut libellus *Ryckii* ſupplex docet) hac in lite „ het *Priuilegie* van vrydom van *arreſte* ge-
„ accordeert by de *Gravinne Iohanna* aan die van Middelburgh gheene plaatſe
„ en heeft, daer dat nochtans van ſuppliants wege ſyn geexhibeert diverſche
„ Sententien, daerby tſelve Privilegie is gemaintineert geworden, by uwe ed.
„ voorſaten in wette, ende onder andere eene ſententie alhier [Middelburg]
„ ook geweſen naer preallable conſultatie van wylent ſynre doorlucht. Hooch-
„ heit den aertshertoghe Albertus, geduerende den twaelſjarigen vrede, twelck
„ alſoo gecontinueert is geworden, geduerende den jegenwoordigen eeuwigen
„ vrede, tot proffyte van andere inwoonders, ſelfs uyt crachte van expres man-
„ daet, gegeven in den priveen Rade van ſyne Mayeſteyt, den vyfden Aug.
„ leſtleden, an UW. Ed. geſonden, op het vertooch van Uwe Ed. nopende
„ de ſake van Iacob Lievens, — " Qui libellus ſupplex tunc eum habuit effectum, ut ſuperſederetur ad tempus, donec Scabini Gandenſes in illud Caeſaris mandatum inquiſivisſent. Quod mandatum quomodo ratum fecerit Caeſar, infra ſcriptae literae oſtendent, non facturus id profecto, niſi de αὐθεντίᾳ eiusmodi Chartae plene perſuaſum ſibi ſuisque conſiliariis fuisſet. Nimirum exſtat in Archivis urb. Mediob. *Regiſtr*. nº. 106. (cuius in dorſo: *Brieven aan de Stadt* 1660—1665.) Epiſtola Legati Ordd. T. V. SASBVRCH, data *Bruxellis* d. 23. Aug. 1662. ad Magiſtratum Medioburg.

Edele Erentfeste hooch Achtbare wyſe ſeer voorſichtige Heeren.

Myn heeren. Uwel Ed. Achtbren miſſive van den 12den dezes Maendts is my nevens de bylagen op den 21. derzelver eerſtelyk behandigt. Ik hebbe my aanſtonts ſoo veel doenlyk geinformeert, of by ſyn Majt Priveen Raedt yets by forme van reſolutie ofte verklaringe raeckende het onderhouden van 't privilegie, aen de Borgers ende Ingeſetenen van Middelburg by Vrouwe Iohanna Gravinne van Vlaanderen, ende Willem Grave van Hollandt verleent, aan de Scheepenen der keure tot Gent ſoude gereſcribeert ende afgeſonden ſyn. Daer over ick tot noch niet nader hebbe uytgevonden dan dat ick van goeder handt bericht ben door een Perſoon, dewelke eene miſſive van den Priveen Raedt in dato den 5. Augusti 1661. over dat ſubiect geſchreven, aen de Schepenen van de Keure tot Gent, heeft geſien ende geleſen: daer by dat die van de Keure belast ende bevolen wordt, *het voorſeyde privilegie in alle ſyne Poincten te doen*

A. 1217. N. v. *onderhouden* ende effect ſorteren, ten einde het contrarie doende, 'er geene oorſaecke ende redenen tot onlusten ende verwyderingen wierden gegeven. Ende dat ſy luyden haer ſouden hebben te wachten van ſyn Majt in het toekomende hier over meerder moeyelyk te ſyn.

Ik ſal alle devoiren aenwenden om eene copye van deſe misſive machtig te werden: ofte ten minſten een extract, raeckende het onderhouden van het geſeyde Privilegie ende Uwel Ed. Achtbren 't ſelve toeſenden ſoohaest my behandicht ſal ſyn: ende vorder alles doen, t' geen van mynen ſchuldigen plicht is.

Ik ben ook onderricht, dat de Schepenen van de Keure ſedert het jaer 1648. wel by vyf ofte ſes verſcheyde ſententien, het onderhouden van t' voorgeſeyde *Privilegie* ſouden geconfirmeert hebben. Van alle dewelke my toegeſeydt is, dat copyen ſullen overgeſonden worden. Uwel Ed. Achtbren gelieven te vertrouwen dat niet alleen in deſe maar alle voorvallen ſal bethoonen myne yverige gehoorſaemheyt in t' bevorderen van derſelver commandementen. Waer mede eyndigende,

Edele, Erenfeste, hooch Achtbare Wyſe, ſeer Voorſichtige Heeren,

Bidde Godt Almachtig UWel Ed. Achtbden Regeeringe te willen overſtroomen met allerley heil ende voorſpoedt, blyvende altydt

UWel Ed. Achtbaerheden
Onderdanigen Dienaer

Tot Bruſſel den 28. Augusti 1662. T. V. Sasburch.

Edele, Erentſeste Hoochachtbare, Wyſe, ſeer voorſichtige Heeren,

Myn Heeren. Ik hebbe na alle aengewende devoiren eyntlyk de reſolutie bekomen van ſyn Majts Priveen Raedt alhier, raekende het onderhouden van de privilegien, gelyk UWel Ed Achtbden uyt deſe nevensgaande verclaringe ſullen gelieven te verſtaen.

Ende vertrouwe vastelyk dat die van Gent in het toecomende ſullen ſuperſederen de Ingeſetenen van UWel Ed. Achtbden met arresten *tegen het privilegie* te becommeren. Indien UWel Ed. Achtbden mochten oordeelen hier omtrent noch ijets anders wierde gerequireert, ſal derſelver bevelen in alle onderdanichheijt afwachten, ende ook na mijn gering vermogen achtervolgen.

Waer mede eyndigende

Edele,

Digitized by Google

Edele, Erentfeſte, Hoochachtbare, Wyſe, ſeer Voorſichtige Heeren. A. 1217.
Bidde Godt Almachtig het hem gelieve U Wel Ed. Achtbden Regeeringe N. 2.
alomme te zegenen ende blyvé altydt

U Wel Ed. Achtbaerheden
Onderdanigen Dienaer

T. V. Sasburch.

Tot Bruſſel den 4. Octobr. 1662.

La declaration cy requiſe n'est neceſſaire puis que L'Intention de ſa Mate. est & ſera tousjours de faire obſerver enſuite du traitté de paix Les privileges des ſubjets & Vasſaux de part & d'autre, dons Ils estoient en poſſeſſion devant la guerre; fait a Bruxelles le 23. Septembre 1662.

B. Blondele.

Denique exſtat in *Archivis urbis* Liber, cui nomen: *Formulier-bouck van alle acten, die ter Griffie der Stadt Middelburgh gedepeſcheert worden*, in quo Libro, circa a. 1687. ſcripto, inter alia, fol. 66. vs. haec habentur notabilia.

Extract uyt het Privilegie *de non arrestando* gegeven aan de burgers van Middelburg. Beginnende:

In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti amen. Haec est lex, quae kora dicitur oppidanorum de Middelburgo, firmata iuramento earum perſonarum, quarum tam nomina quam ſigilla ſupponuntur, quocumque oppidani de Middelburgo ſe vel ſua moverint, ſub protectione et conductu AMBORVM COMITVM *et eorum* IVSTITIARIORVM *erunt, qui nihilominus omnibus tam peregrinis quam indigenis in Middelburg venientibus firmam pacem praecipiunt* ——— ——— ——— ——— ———

Illos de Middelburgo nemo arrestabit, id est, pandabit (niſi pro propriis maleficiis) in duobus Comitatibus, id est Flandriae et Hollandiae hanc legem iuraverunt Domina Iohanna Comitiſsa Flandriae, Wilhelmus Hollandiae Comes, et eorum Castellani de Zelandia, ipſis de Middelborgo inviolabiliter obſervandam, anno ab incarnatione Domini milleſimo duceuteſimo ſeptimo decimo.

Concordat cum Originali.

Quae formula *concordat cum Originali* ſatis aperte docet, hanc Choram *in Originali* praecedente adhuc ſeculo extremo fuiſſe ſuperſtitem; niſi ſi quis per hanc ſubſcriptionem duntaxat intelligendum cenſeat, eam concordare cum *Originali*

A. 1217. N. v. *nali ſcriptura*, quae habetur in *Aureo Regiſtro* ſupra memorato. Agnovit autem ipſe Imperator *Carolus V.* Comes Holland. Opidanorum Mediobu͞rgenſium Privilegium *de non arreſtando cive Mediob.*, quo ab antiquis inde temporibus uſi ſint, illudque etiam contra molimina Officiarii Regis primarii valere iuſſit a. 1517. ut probo ex Charta inedita, quam deſcripſi ex alio *Regiſtro Pergameno Authentico* urbis *Middelb.* n°. 3. fol. 24. iuſſu Regis Philippi exarato et comprobato; in quo

Copie van eendre acte aengaende Ian Iacobs z̄. woenende op de nyeu Kaye gheuaanghen by den Prouſst.

d. 29. Aug. 1517.

Sur ce que les Bourgmaiſters & Eſcheuins de ceſte ville de Middelbourg euſſent requis au Roy n̄re Sgr. Que vng nomme *Iehan Iacobs* z̄. demourant ſur la neufue caye lez led̄. Middelbourg leur bourgois & ſoubzmanant, lequel le Preuost de loſtel dud̄. Sgr. Roy auoit prins & apprehende pour certain cas criesme ou delict quil luy impoſe auoir commis & perpetre leur fust rendu & reſtitue pour en faire la pugnicion & correction ainſy quil appartiendroit, attendu quil est *leur bourgois & ſoubzmanant* & que le cas dont lon le veult chargier auroit este commis & metes & ſoubz la iuriſdiction de lad̄. ville de Middelbourg Souſtenant que en vertu des *Priuileges* a eulx octroyez & accordez *par feus les tresnoble Predeceſſeurs* du Roy que Dieu abſoille & *dont Itz ont de tout temps payſiblement joy & vſe* la congnoiſſance leur en doit competer & appartenir Aquoy de la part dud̄. Preuost eust este ſoustenu au contraire pour pluiſrs. raiſons & moyens par luy alleguez, finablement *apres que les Priuileges* dont leſd. de Middelbourg ſe vantent ont *este veus & viſitez ou conſeil du Roy*, & quil est *ſeuffiſamment apparu* que iceulx de Middelb. en ont plainement & paiſiblement joy & uſe. Pareillement que led̄. priſonnier est bourgois demourant en la iuriſdiction deſd̄. de Middelbourg & le cas a luy Impoſe commis en icelle, le Roy par laduis des Chief & Gens de ſon *priue Conſeil* A ordonne & ordonne que le proces dud̄. *Iehan Iacobs* z̄. priſonnier ſe fera par main commune Aſſauoir par led̄. Preuost & deux des Eſcheuins ou autres deputez par la loy dud̄. Middelb. Et ce fait led̄. Priſonnier comme leur Bourgois manant & habitant en leurd̄. Iuriſdiction leur ſera rendu & deliure pour ſur led̄. proces rendre leur ſenteñ telle quil appartiendra par raiſon & juſtice, & quilz trouueront la matiere y estre diſpoſe. Ainſy fait a Middelb. le xxixe. jour daoust lan mil chincq cens & dixſept. Ainſy ſigne

Verderue.

Poſtremo

Postremo, ut ſciamus etiam, quorſum dilapſum ſit ipſum Chartae autographae documentum; en tibi verba Ill. Viri VAN CITTERS, qui ab a. 1702–1711. Medioburgi fuit cum *a ſecretis*, tum *ſyndicus*; in cuius ditisſima Chartarum collectione MSS. T. I. ad a. 1217. penes Vir. Ampl. ac Conſulem IAC. VAN CITTERS haec habentur: *Keure van Graef Willem ende Iohanna Gravinne van Vlaenderen aan die van Middelb. ter Secret. van Middelburg geregiſtreert int I°. G. R.* [gulden Register] *fol.* 95. *en op den* 16... AAN DEN HOVE IN ORIGINALI OVERGELEGT. Vnde patet, *hoc Diploma* olim in Lite quadam ad *Curiam Provincialem Holl. et Zeel.* Hagam Com. eſſe miſſam; unde fortasſe nunquam rediit. Saltem quidquid inquiſivi, inveniri non potuit. Abunde tamen haec, quae ſupra dedi, ſufficiunt, opinor, ad vindicandam huius Chartae fidem. A. 1217. N. v.

N. XCIV.

WILHELMO Comite Hollandiae in terra Sancta peregre abſente, BALDVINVS Comes de Benthem, Procurator Hollandiae, benefacit Abbatiae Mediob. et litem cum Nobili viro de *Zubburg* dirimit. A. 1218. N. 1.

A. 1218.

Ad Excurs. VII. p. 279.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. XII. in Archivis Camerae Ration. Zeeland. Loculo 116-117.)

In nomine Sanctae et indiuiduae trinitatis. Ego BALDVINVS Dej gracia *Comes de Benthem* et *Procurator Holland.* (1) No-

(1) *Procurator Holland.*] Obſervent Politici noſtri mentionem *Procuratoris Hollandiae*. De quorum origine multi multa. Sunt qui hos Comitum *Procuratores*, ſive *Praeſides Praefectosve*, repetant ab eo tempore, quo Comites ex *Domo Hannonienſi* ſuccedebant, et in Hannonia deliteſcentes, vel fra-

Digitized by Google

A. 1218. N. 1. Notum facio tam preſentibus quam futuris · quod HADEWIGIS vidua DODINJ de *Subburg* et filij ipſius *Ioh̄.* et *Sym̄.* et parentes filiorum remiſerunt *Abbati* et fratribus de *Middelburg* pro anima patris ſuj *Palafridum*, quem pater eorum ab eisdem habuit ad vitam ſuam tantummodo · non de aliquo jure ſed de gracia, Cum autem *decimas*, quas pater eorum ab Abbate habuerat in *feodum* recepisſent · easdem decimas tam *agnorum* quam *annone* · *Abbatj* pro quadraginta marcis obligauerunt · talj conditione, quod dictas decimas infra triennium redimere non posſent, nec etiam post triennium niſi ad proprios vſus · De redemptione autem hic modus obſeruandus est · Quandocumque

fratres vel *filios*, vel alios etiam, *Vicarios* ſibi ſubſtituebant. Subſtitutio in his etiam vera! Sic enim ſtatim, ut *Iohannes* II. Hannonius in Hollandiae Principatum ſuccesſit, is in Hannoniam revertit, relicto *Vicario* fratre GVIDONE et filio WILHELMO annorum XV. M. STOK. D. III. bl. 53. vs. 856. ſqq. Ab hoc autem tempore Comites plerumque erant abſentes; quo ſpectant verba WILHELMI PROCVR. p. 611. de WILHELMO III. *Ioannis* II. ſucceſſore: *veniat quandoque viſitare fructuoſam magis* HOLLANDIAM, *non ſemper aſpiciens* HANNONIAM *floribus ſpecioſam.* Alii *Praefectorum* originem quaerunt ſub tempora ALBERTI BAVARI, putantque *Albertum* a. 1389. primum dedisſe exemplum in IOANNE *Dom. de Arkel*, qui apud IO. DE LEID. *Chron. Belg.* L. XXXI, C. 40. audit *Rector ſive vicecomes Holl. et Zeel.* PHILIPPVM autem Ducem Burg. hanc dignitatem firmius ſtabilivisſe, conſtituto Tribunali ſive Curia, quae eius vices ſustineret, neque amplius esſet ambulatoria, ſed certo loco adſtricta; quod nondum hactenus obtinuerat. Mitto alia. In tanto autem ſententiarum divortio ea ſola ſententia vera esſe videtur, quae ſtatuit, Comites ſemper ſuos habuisſe *Praefectos temporarios*, qui illorum *abſentium* vices gererent, quamquam hi postea *perpetui* esſe coeperint. Multa nostris in ſcriptoribus dubia, incerta, fallacia, corrigi posſent, ſi melius attendere-

que voluerint redimere · in feſto Sancti Bauonis ſoluent quinque marcas Abbati · ſub testimonio Conuentus et *Hominum* Abbatis, et reliquos denarios integre ante aduentum Domini · Alioquin Abbas eo anno decimas dictas obtinebit · A. 1218. N. L.

Hoc autem factum est coram me et Domino THEODRICO DE VORNE ·

Et ANDREA IVDICIARIO FLANDRIE (2),

Et *Abbate de Tongerlo* et *Hominibus* Comitis, quorum hec ſunt nomina:

Otto Dapifer ·

Heinricus de Kats ·

Dodi-

deretur ad *Comitum* ac Terrae nostrae *Dominorum* potentiam, ac ſupremam potestatem, ex qua omnis reliqua iurisdictio, adminiſtratioque Politica, tamquam a fonte ſuo primigenio dimanavit. A primis quidem temporibus ipſi Comites, quantum penes ipſos erat, res publicas adminiſtrabant, et circuitu annuo inſtituto, publico miniſterio, et in dominiis ſuis primarii *iudicis* et *domini* munere fungebantur; verum ſi forte abſentes esſent, ſeu per bella ſeu per alia negotia impediti, *iudicem*, ſeu *praefectum*, *vicecomitem*, *gubernatorem*, ſive ut hic vocatur *procuratorem terrae*, conſtituebant, qui *nomine Principis* omnia ea peragebat, quae ipſe alioqui *Princeps* peregisſet. De eiusmodi *Praefectis* vel *Vicecomitibus*, vel quocumque nomine vocitare lubet, priſtino aevo a Comitibus primae familiae iam inſtitutis nonnulla dicere posſem, quae hoc argumentum illuſtrarent. Sed haec nunc non ago. Pauci perſpexerunt, iam ab antiquisſimis Comitum temporibus repeti debere originem *Praefectorum sub Comitibus* (Belg. *Stadhouders onder de Graven*); pauci etiam horum munus intelligunt, et hinc coëgerunt conſequentias varias, quae ab hodiernis temporibus admodum alienae ſunt. Sed haec alibi diſtinctius, varias exhibuisſe ſententias nunc contentus.

(2) *Iudiciario Flandrie*] Quantivis pretii haec Charta est ob mentionem huius *Iudiciarii Flandrici*, ut videri potest ex not. ſupra p. 404.

A. 1218.
N. I.

Dodinus · f · Sijmonis ·

Sijmon, qui dicitur Steneric ·

Heinricus f · Euerdeij (3) ·

Symon · f · Gerolſj ·

Will. f · Dodinj ·

Heinricus · f · Hugonis ·

Simon f · Bonifacij ·

Datum anno Dominice Incarnationis M · CC · XVIII.

Vt autem hoc ratum et inconuulſum permaneat, preſentem paginam Sigillj mej impreſſione et aliorum *bonorum* virorum ſcilicet

Domini · Th. de Vorne *Castell* ·

Et ANDREE IVDICIARIJ FLANDRIAE,

Et Abbatis de Tungerlo,

ſigillis fecj communiri ·

(3) *Euerdeij*] Nobilis huius Familiae non meminit MS. Dom. DE GRIJPSKERKE, *Deſcr. Zeeland.* neque ex eo V. D. TE WATER, *Hoog Adelyk en Adelryk Zeelant* a. 1761. Occurunt tamen in alia Charta inedita a. 1361. d. 5. April. penes me, *Bartholomeus Alaerdt ſer Euerdeijs ſons ſone*, et *Willem Alaerdt ſer Euerdeijs ſons ſone van Bigghenkerke*, tamquam *homines* Comitis Holl. et Zeel. Plura de hac familia ex Chartis poſſent ſuppeditari, quae omitto.

N. XCV.

N. XCV.

LVDOVICVS Comes Losſenſis, conſentiente *uxore ſua* ADA, dona Monaſterii Herkenrodenſis auget. A. 1218. N. II.

A. 1218.

Ad Excurs. XI. p. 496. et Cod. Diplom. p. 294, 346.

(In MANTEL. *Hist. Loss.* p. 125. et hinc MIRAEI *Opp. Dipl.* T. II. p. 845.)

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis. Ego LVDOVICVS *Comes de Los* notum eſſe volo omnibus hoc ſcriptum intuentibus, quod pro remedio animae meae et praedeceſſorum meorum, de aſſenſu Domini Epiſcopi Leodienſis, VXORE MEA IDA (1), et fratribus meis HENRICO et ARNOL-

(1) *Ida*] Fueritne nomen *Idae*, an *Adae*, uxori Ludovici magis familiare, eo quo vixit tempore, dicere non auſim. Nomen *Adae* hodie est vulgatius. *Ida* vero et *Ada* idem est nomen. Sic WILHELMI I. Com. Holl. filia IO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XIX. c. 9. vocatur IDA *Abbatiſſa Reynsburgenſis*, quae tamen in Epitaphio apud BOXHORN *Theatr. Holl.* p. 224. audit: ADA. FILIA. WILHELMI. PRIMI. — IN REINSBVRCH ABBATISS. Idem A. LEID. L. XXI. c. 1. alio loco *Adam* ſcripſit. Immo haec ipſa *Ada Ludovici* Loss. uxor nostris Scriptoribus etiam IDA vocatur: A. LEID. *Chr. Belg.* L. XIX. c. 1. *Theodericus duxit in uxorem Adelheydin — — de qua duas excellentis formae ſuscepit filias, vidl. Adelheydim et* IDAM. *Adelheydis — — non genuit.* IDAM *vero Luduicus Comes Losſenſis contra voluntatem totius Hollandiae ſibi in coniugem deſponſavit.* Hinc non mirum, in Losſenſibus documentis haec nomen ita etiam inveniri, unde hic p. 347. varians lectio *Mantelii* pro *Ada* IDAM exhibet. Nulla igitur ratio est, cur Vir Ill. HVYDEC. D. II. bl. 156. IDAE nomen corruptum cenſeat; multoque minor, cur pro *Ada* ſive *Ida Aleidim* ſubſtituere conetur: qua de re dixi in not. p. 293.

A. 1218. N. II. NOLDO conſentientibus, dilectis ſororibus noſtris Sanctimonialibus de HERKENRODE fructus decimarum noſtrarum de *Haſſelt*, de *Kermpt*, et *Curingen* et de *Stockrode*, cum omnibus appenditiis ſuis, in eleëmoſynam contradidi, et ſuper altare B. Mariae Virginis in *Herkenrode* praeſente Conventu, deportavi, ut eosdem fructus libere et quiete cum omni integritate percipiant; donec vel de me, vel de legitimo meo haerede, quadringentas marcas Leodienſes recipiant, quae mihi ad opus *Ieroſolimitani itineris* (2) commodarunt. Et notandum, quod ſi Decimae iſtae vel a me vel ab heredibus meis redemptae fuerint, fructus illi, quos eo usque praedictae Sanctimoniales perceperunt, in ſortem non debeant computari, eo quod, ob ſpem vitae aeternae, ipſos fructus eis in eleëmoſynam libere et abſolute contulerim: ut pro meis praedecesſorumque meorum excesſibus fideliter orent. Et ſi, caſu emergente, eas redimi contigerit, ex integro tota pecunia eis ſimul exolvatur; ut ſi alia bona comparare voluerint, prompta habeatur. Vt igitur haec ſtabile robur obtineant firmitatis, praeſentem paginam ſigillo meo, cum *Sigillis*, tam VXORIS MEAE (3), quam fratrum meorum, feci in testimonium communiri. Testes autem huius rei ſunt:

Wil-

(2) *Itineris*] De hoc itinere vid. Cod. Dipl. p. 377. not. (3).

(3) *Vxoris meae*] Num hoc Adae Sigillum adhuc ſuperſit, investigare nondum potui. Quidquid enim per viros magnae auctoritatis Rever. Matronam,

Wilhelmus Perſona de Haſſelt. A. 1218. N. 11.

Wilhelmus de Pieterſeim.

Walterus frater eius.

Arnoldus et Hermannus, frater eius, de Elslo.

Conrardus de Hubertinchen.

Godefridus de Lewis.

Robertus de Berle.

Raſo de Curtereſeim.

Theodoricus Castellanus de Loos.

Walterus de Bere.

Henricus de Ioer.

Robertus de Coswerem.

Lambertus Castellanus de Duras,

aliique praeſentes, tam *Nobiles* quam *Miniſteriales*.

Acta ſunt haec anno Dominicae Incarnationis milleſimo ducenteſimo octavo decimo.

nam, Herkenrodae Abbatiſſam, hac de re rogatum ivi, impetrare ab ea non potui, ut Originalem Chartam viſui exponat, quamquam habere ſe has Ludovici Chartas confiteatur. Si meliori in poſterum fortuna gaudere mihi contingat, publice id exhibebo.

A. 1218.
N. 111.

N. XCVI.

ARNOLDVS Comes Losſenſis, fratris LVDOVICI ſucceſſor, conſenſu uxoris ALEIDIS, nonnulla Privilegia concedit Sanctimonialibus de Herkenrode.

A. 1218. post menſem Iulium (1).

Ad Excurs. XI. p. 494. et Cod. Diplom. p. 294. not.

(Ex MANTELII *Haſſelete* pag. 9. et *Histor. Loſſens.* p. 126. MIRAEI *Opp. Dipl.* T. II. p. 846.)

A. In nomine ſanctae et individuae trinitatis. ARNOLDVS Dei gratia *Comes de Los* — — Factum dilectisſimi fratris et Domini piae memoriae LVDOVICI Comitis. — — — — — — — — Praeterea indigentiae et neceſſitati earumdem ſororum noſtrarum in omnibus providere volentes ad maiorem confirmationis praedictae cautelam *, ob remedium etiam peccatorum noſtrorum, ius *patronatus* Eccleſiae de *Haſſelt* cum ceteris Eccleſiis ſibi attinentibus, quod in manu noſtra tenebamus, de conſenſu *uxoris* noſtrae ALEIDIS COMITISSAE, libere contulimus, nec non piſcationem a magno ponte ad molendinum de *Thulth*, ad refectionem infirmorum ſuperaddidimus etc. Teſtes autem huius rei ſunt:

Wilhelmus Perſona de Haſſelt. Theo-

* Haſſel. *cauſam*.

(1) *Iulium*] Ratio notae Chronicae ſatis eſt manifeſta. Obiit Ludov. Loss. d. 29. Iul. a. 1218. cui ARNOLDVS ſucceſſit. De hac *Aleide* quae dicere deſtinaveram, ſupra iam occupavi, not. p. 294.

Theodoricus de Heinsberghe. A. 1218. N. 111.

Osto[1] de Borne.

Wilhelmus de Peterſeim.

Conrardus de Hubertingen. — — — —

Acta ſunt haec anno gratiae milleſimo ducenteſimo octavo decimo.

[1] Male in Edit. *Otto*.

Confirmatio eiusdem Chartae A. 1218.

Ad Excurs. XI. p. 494.

(Ibid. et apud MIR. *Opp. Dipl.* T. II. p. 846.)

B. Eodem anno Epiſcopus Leod. HVGO hanc ARNOLDI et fratris LVDOVICI Donationem approbavit, cuius Charta exſtat in MANTEL. *Histor. Loss.* p. 127. ubi ſic: „ *Ad notitiam* — — pervenire cupimus, quod Vir Nobilis piae memoriae. LVDOVICVS Comes de Los, cum adhuc viveret — — ob ſalutem animae ſuae ac Praedeceſſorum ſuorum, in manus nostras reportavit. Postea vero ipſo viam univerſae carnis ingreſſo, dilectiſſimus frater eius ARNOLDVS, qui et nunc post ipſum Comes eſt, — contulit, uxore ſua ALEYDE *Comitiſſa* pium praebente aſſenſum ".

A. 1218. d. 6. Sept.

N. XCVII.

HENRICVS Dux Brabantiae, praeſente ARNOLDO Comite de Los, benefacit Eccleſiae *Eihamenſi.*

A. 1218. d. 6. Sept.

Ad Excurs. XI. p. 494.

(Ex Autographo in Abbatia S. Michaëlis Antwerpiae, Caps. 47. n. 4. Exſtat deſcripta ibidem Tom. IV. n. 116.)

HENRICVS dei gratia *dux lotharingie* omnibus hoc ſcriptum videntibus in perpetuum Notum facimus tam preſentibus quam futuris quod nos jntuitu dei et glorioſe virginis procurationem quam exigere ſolebamus ab altari de *Dornen* remiſimus jn perpetuum Eccleſie et conuentui *eihamenſi* · Vt autem hoc a nobis et noſtris ſucceſſoribus jnuiolabiliter obſeruetur · preſentem paginam noſtro ſigillo et teſtium nominibus corroboratam ipſis dedimus in teſtimonium et ſecuritatem · Teſtes ·

H. filius noſter ·

A. Comes de Los ·

A. de Bigardes ·

A. de Scolo ·

R. de Boſhut ·

Deiſo ·

Hū. de arſchot · et alij quam plures ·

Da-

Datum · anno · Domini M° · C° · C° · XVIIJ°· feria · v^a^. ante nativitatem beate mariae · A. 1218. d. 6. Sept.

* * *

Appendet ex cauda pergamena Sigillum magnum ac rotundum flavi coloris, repraeſentans Equitem cum lancea, cuius ex circumſcriptione reſtabant literae SIGILLVM hEN· In Contraſigillo habetur Eques currens cum gladio in dextra cum his verbis: ······· RChIONIS.

N. XCVIII.

Capitulum *S. Mariae* Traiect. convenit cum MACHTILDE uxore HENRICI de Teloneo in *Smithuſe*, et curtibus *Ewijk* et *Malberg*, eaque ſub annua penſione variis conditionibus locat (1). A. 1219. N. 1.

A. 1219.

Ad Cod. Dipl. p. 198.

(Ex Archivis Eccles. S. Mariae Traiect.)

IN NOMINE DOMINI· Noſcant preſentes · ſciant poſteri qualiter *capitulum ſancte' Marie'* in *traiecto* · conuenit cum

MACH-

(1) *Locat*] Meminit huius Chartae Vir Cl. A. MATTHAEVS not. *ad Anonym. Traiect.* p. 187. *Aliud habeo diploma ex Tabulario Canonicorum Eccl.ſiae S. Mariae, quo teloneum in Smithuſen, praedia Ewic* etc. Non dedit tamen Chartam. An alibi exhibuerit, neſcio. Eſt autem ſcriptum per formam *Chirographi*, de quo vid. ſupra p. 198. Dimidia literarum pars hanc ſententiam facit: *Sancta Maria Virgo intercede pro toto mundo.*

A. 1219. N. 1. MACHTELDA uxore HEINRICI (2) *de Smithuſe* · et eius filia OLELDA · de teloneo in *Smithuſe* · et curtibus *ewik* · et *malberge* · eccleſie uacantibus · ſub annua penſione recipiendis · Sane iam dicta MACH · et OL · filia coniunctis manibus receperunt prenominata bona de manu capitulj quoad uitam ſuam omni prorſus herede aut hereditario iure excluſis ita duntaxat quod prefata MACH · quam diu uixerit · ſicut in integra procuratione predictorum bonorum nec fratres aliquem habeant reſpectum ad filiam ſed ad matrem ſolum · ita quod ipſam penſionem certis temporibus fratribus ſoluat · videlicet xx[ti] · et unam libram in feſto palmarum · et totidem libras in feſto ſanctj iohannis baptiste · Item · c · modios tritici in feſto Remigij · et alios · c · modios in feſto vvalburgis preter ſeruitium quod debetur nunciis eccleſie in aſcenſu ipſius nauis · videlicet dimidia marca . et in deſcenſu ferto uel porcus valens fertonem · Si uero contingat matrem decedere filia ſuperſtite · filia ſuccedet matri in integram procurationem ſupradictorum bonorum et pretaxatam penſionem certis temporibus fratribus in ſolidum perſoluet · Quod autem hec iam dictis terminis · ſine diminutione et partitione premiſſa etiam bonorum indempnitate perſolueret . iurauerunt in altari ſancte' Marie' · Ambabus autem

et

(2) *Henrici*] Nota hinc Origines *ka*, ut patebit conferendo Chartam Nobilis Familiae Dominorum *de Lec- Folperti de Lecka* infra a. 1228.

et matre et filia decedentibus · et folperto marito olim · ſuperſtite · qui nullam omnino in bonis predictis habet warandiam · premenorata bona · erunt eccleſie uacantia . et libera ita quod capitulum cui uelit conferre posſit · Quin etiam [6] penſionem ſuam parate ſoluere nec uellet nec ualeret · libera esſet eccleſia ab ipſis · et pro uoluntate ſua disponeret cum bonis ſuis · Et ne in poſterum ſuper predicto contractu aliquis ſuboriri posſit ambiguitatis ſcrupulus · preſens ſcriptum eſt editum · eccleſie ſigillo roboratum · A. 1219. N. I.

Nomina teſtium qui huic contractuj interfuerunt ſunt hec ·

Reinboldus · maior decanus · qui et prepoſitus ſancte' MARIE' · vogelo · Bruno · Waltherus · Wicherus · Paridanus · Heinricus · CRistianus · Iohannes · Engelbertus · Conradus · Guntherus · Reinboldus · Iohannes · canonici ſancte' MARIE' .

Hermannus ; Theodericus · Reimarus · canonicj ſancti ſaluatoris ·

Gozwinus et Matheus · canonicj ſancti MARtinj ·

Laicj Folpertus de lecka ·

Gerardus de merlo ·

Stephanus Kater ·

Albertus de rade ·

Egidius de brokhuſe ·

Heinricus de lope'ke' ·

Acta ſunt hec · Anno uerbi incarnatj · M° · CC° · XIX ·

A. 1219. N. I. INdictione VIJ. Epiſcopatus domini Ottonis ſecundi anno IIIJ.

* * *

Adeſt Sigillum, quod tamen nec appendet nec affixum eſt; ſed ſingulari quodam modo ope duplicis inciſurae dorſo Chartae inſerta eſt.

N. XCVIII.

A. 1219. N. II. ARNVLFVS Comes Loſſenſis cum coniuge ALEIDE confirmat donationem GOTBERTI *de Orbais* factam Monaſterio S. Catherinae.

A. 1219.

Ad Cod. Dipl. p. 295. not.

(Ex MANTEL. *Hiſtor. Loſſens.* p. 176.)

In nomine Domini. Amen. ARNOLDVS *Comes de Los.* Praeſentibus et futuris in perpetuum; cum tempus ſuccedens tempori rerum abducat memoriam, ea quae coram nobis rationabiliter ſunt acta, ut perpetuo robore ſubſiſtant, ſcripto neceſſarium duximus confirmanda: ea propter notum facimus praeſentibus et futuris, quod vir Nobilis GOTBERTVS *de Orbays* Curtim *Mielem* cum omni integritate Iuſtitiae in Scabinis, in manſionariis, in molendino, in agris, in telonio, in pratis, in ſylvis, cum omnino attinentiis omnibus, et quidquid in eandem curiam iuris attinere dignoſcitur, quod ſuum erat Feu-

dum,

dum, noſtrum vero Alodium, ad utilitatem Eccleſiae S. Ca- A. 1219. N. 11.
tharinae, in praeſentia hominum noſtrorum, de aſſenſu omnium heredum ſuorum, in manus noſtras libere reſignavit ſororum uſibus, in praenominata Eccleſia regulariter converſantium, profutura perpetuo. Nos vero ipſum locum conſtructioni Monaſterii earundem aptum proſpicientes, facilem ac pium adhibuimus aſſenſum, et locum cum omnibus ſupra nominatis bonis Eccleſiae B. Catharinae legitime et abſolute contulimus, pro noſtra fratrumque noſtrorum dignae memoriae LVDOVICI et Henrici Comitum ſalute, ipſam Eccleſiam, et omnia quae impraeſentiarum poſſidet bona, vel Deo donante in futurum poſſidebit, ſub noſtra tutela ſtatuentes. — Noſtro et uxoris noſtrae Dominae ALEYDIS *Comitisſae*, quae praeſens factum noſtrum approbavit, ſigillo confirmavimus — —

[Sequitur ingens teſtium numerus.]

Actum anno gratiae MCC. nono decimo, *Leodii*, praeſidente HVGONE Ven. Epiſcopo.

N. XCIX.

A. 1220. WILHELMVS Comes Hollandiae et MARIA uxor eius agnoſcunt, ſe mediam partem proventuum *de Scakerslo* in feudum accepiſſe ab HENRICO Duce Brabantiae (1).

A. 1220. M. Febr.

Ad Cod. Dipl. a. 1260. *d.* 12. *Oct.*

(Ex BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. Preuv. L. IV. p. 68. et hinc MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 178.)

Item certaine lettre commencante; *Wilhelmus Hollandiae Comes et Maria uxor eius*, par la quelle il faict à ſcauoir, qu'il at receu en fief de *Henry Duc de Lothier*, la moictie de *Scakerslo*; comme plus à plain appert par la lettre, eſtant en date de l'an de noſtre Seigneur M. CC. XX. au mois de Feburier, et at la ditte lettre un grand trou au millieu, mangé des ſouris, et au dos est eſcript. *Quod medietas proventuum de Scakerslo debentur Duci* [*ſcilicet Brabantiae*].

(1) *Brabantiae*] Exſtat apud MIER. *Chart.* D. I. bl. 204. a. 1229. Charta, qua *Wilhelmus* et *Henricus* filii *Goten* vendunt FLORENTIO Comiti, Wilhelmi noſtri filio, quidquid habent in *Scakerslo*, — *in officio*, *decima*, *et hereditate.* Porro p. 208. Charta a. 1231. per quam idem FLORENTIVS omnem terram *de Scakerslo* cum omni iure, quam et quod Eccleſia *de Roden* habebat, pacto hereditario recepit. Vnde patet, Comites illic etiam limites ſuae ditionis protendiſſe. Tenebat autem illic GODEFRIDVS Dom. *de Breda* etiam feudum ſuum a Duce Brab. vid. ſupra a. 1212. d. 25. Febr. p. 342.

N. C.

N. C.

FREDERICVS II. (1) Imperator, a. 1218. manu iniecta terris *Aloſtanis*, *Waſiae*, 4 *Ambactis*, et 5. *Inſulis Zeelandiae*, quas IOANNA Comitisſa Flandriae ab Imperio, WILHELMVS vero I. Comes Hollandiae ab illa tenebat, eas in Comitiis Francofurtenſibus in feudum conceſſerat WILHELMO I. Comiti Hollandiae. Nunc vero Rex Henricus hanc ſui patris ſententiam irritam declarat, easdemque terras reſtituit IOANNAE Comitisſae Flandriae: cui HENRICI Regis revocationi (2) ſe praeſentem interſuisſe, per has literas, teſtatur ENGELBERTVS Archiepiſc. Colonienſis. A. 1221. d. 6. Maii.

A. 1221. d. 6. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 206, 207. 280.

(Ex Originali, in Archivis Inſulenſibus.)

ENGHELBERTVS Dei gratia ſancte *Colonienſis* Ecclēſie *archiepiſcopus*, omnibus quibus Litteras iſtas videre contigerit, ſalutem

(1) *Fredericus II*] Fredericus II. Henrici VI. filius natus eſt a. 1193. Rex electus a. 1212. unctus a. 1215. mortuo Ottone R. inſignia Imperii a. 1218. recipit; a. 1220. filio ſuo *Henrico* h. n. *VII.* Principibus commendato, Romam proficiscitur, et d. 22. Nov. Imperator conſecratur; intratque Siciliam; conſtituto *Engelberto* Colon. Archiepiſcopo tutore filii ſui Henrici et Proviſore Imperii. Idem Engelbertus ſq. a. 1222. hunc *Henricum* Aquisgrani coronandum curavit. Is igitur hanc terrarum reſtitutionem recte declarat, *per conſilium ſuum* esſe factam.

(2) *Revocationi*] Teſtatur de hac revocatione etiam V. Nob. DE GRIJPSKERKE *Deſcript. Zeeland.* MS. p. m. 110.

A. 1221. d. 6. Maii. tem in Domino. Noveritis quod preſentes fuimus ubi Dominus noſter HENRICVS illuſtris *romanorum Rex* et ſemper augustus Revocavit in irritum et ad nichilum redegit *ſententiam* illam que Data fuit apud *franckenvorde* pro *comite hollandie* WILLHELMO contra egregiam *flandrie et haynonie comitisſam* IOHANNAM, videlicet de eo quod ipſe comes WILLHELMVS recepit *in feodum* de Domino noſtro Karisſimo FREDERICO Dei Gratia tunc romanorum Rege et ſemper augusto nunc autem Imperatore, terram quam ipſe tenuit *in feodum* de prefata *Comitisſa* et rationes expoſuit Dominus Rex HENRICVS ſicut in litteris ſuis quas dedit ſuper hoc prenominate *Comitisſe* plenius continetur et hoc proteſtamur quia per Conſilium noſtrum factum fuit, et in huius rei teſtimonium preſentes litteras

m. 110. qui Regis literas ſuo tempore *Rupelmondae* exſtitisſe ſcribit, datas *M. Martio* [l. *Maio*] a. 1221. „ Tot Rupelmonde is onder anderen een Brief „ van Roomſchen Koning HENRICVS „ in 't Latyn geſchreven in Meerte 's „ Iaers 1221. by dewelke Hooggem. „ Keizer HENRICVS revoceert de „ ſententie te FRANKFORT [a.1218.] „ gegeven in faveur van WILLEM „ Grave van *Holland* en *Zeeland* en „ Hre. van *Vriesland*, tegen IOHANNA Gravinne van *Vlaanderen*, by „ dewelke den geſeyden Grave Willem „ was geadmitteerd te verheſſen van „ FREDERICVS Roomsch Coning „ *de Vyf Eilanden van Zeeland*, dewelke hy hadde moeten verheſſen van „ IANNE Gravinne van *Vlaanderen*". Nimirum, teste D'OVDEGERST *Chronique de Flandre*, Imp. Fredericus his terris Imperialibus, *Alosto*, *quatuor Officiis et Inſulis Zeelandiae* manum iniecerat, quia IOANNA Comitisſa Flandriae has relevare neglexerat, easque in feudum dederat WILHELMO I. Comiti Hollandiae, ut pluribus docui EXCVRS. VII. Nunc Henricus Frederici patris donationem irritam declarat.

Digitized by Google

ras fieri fecimus ſigillo noſtro ſigillatas, Datum *Maghuntie* feria quinta poſt Inventionem ſancte Crucis anno Dominice Incarnationis milleſimo Ducenteſimo Viceſimo primo. A. 1221. d. 6. Maii.

* * *

Collationné a l'Original en parchemin ſcellé du ſeel dudit ENGHELBERT, en cire brune pendant a double queue de parchemin, etant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy a lille, par nous Ecuier Seigneur de Maillart, directeur et Garde des Chartes de laditte Chambre des Comptes, a lille le 10. May 1776.

GODEFROY.

N. CI.

WILHELMVS Comes Holl. multas concedit donationes Abbatiae Rijnsburg. A. 1222.

A. 1222.

Ad Chronic. p. 197. a.

(Ex Originali in Archivis Rijnsburgenſibus. Habet etiam MIERIS h. 2.)

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Ego WILLELMVS dei gratia *comes hollandie*· notum uolo fieri tam preſentibus quam futuris· Quod ego pro remedio anime mee · et pre-

A. 1222. predeceſſorum meorum ecclefie Sancte Marie in *Rinsburg* centum libras asſignaui accipiendas in primis redditibus nostris in *Delf* et in *Pinacker* et in *Maslant* et in *flerding*. Sub tali forma quod primo anno ſoluantur quinquaginta libre · et ſecundo anno quinquaginta · Cum dictis centum libris ipſa abbatisſa bona nostra in *buckeſcop* a domino GISELBERTO *de ameſtel* ad ſui Monaſterii redimet proprietatem · et dicta bona ipſum monaſterium *rinſeburgenſe* integro iure ſicut a nobis et predeceſſoribus nostris posſesſa ſunt in perpetuum posſidebit · Inſuper domina abbatisſa quinquaginta libras filijs domini ECBERTI *de ameſtel* perſoluet · et ſic predictum monaſterium *rinsburgenſe* omne ius et redditus in *buckeſcop* tam de cultis quam de incultis in perpetuum obtinebit · Pro istis vero elemoſinis domina abbatisſa ſacerdotem ad ſpeciale altare in memoriam nostri et ALEIDIS uxoris nostre et predeceſſorum nostrorum celebraturum conſtituet · ut igitur tam rationabile factum nostrum firmum et ratum permaneat · et inconcusſum a ſucceſſoribus nostris ſeruetur · praeſens ſcriptum ſigillo nostro firmari fecimus ·

Actum anno gratie · M · CC · XXII · ſub banno ·

Huius rei testes ſunt ·

Abbas ecmundenſis ·

Terekinus Monacus ·

Gerardus decanus Kinmariae ·

Willelmus decanus Rinlandiae ·

Wil-

Digitized by Google

Willelmus perſona de uorholt. A. 1122.

Heinricus de Norghe.

Albertus cappellanus. Sacerdotes.

Laici uero.

Maria comitisſa.

Isbrandus.

Bartolomeus.

Ibelot de harlem.

theodricus de Wasnar.

Iacobus Kastellanus.

Willelmus de ecmunda et alii quam plures.

* * *

Appendet Sigillum mutilum Comitis ſine Cataphracta, in ſiniſtro pectore Scutum triquetrum cum *Leone*, hac perigraphe:

S ... LELMI COMITIS; reliqua fere evanida. In averſa parte Scutum triquetrum cum *Leone*, quod ab Ave tenetur, ubi literae,

..... MES FRISIE.......

Idem esſe Sigillum videtur, quod dedi TAB. XII.

Digitized by Google

N CII.

A. 1223. M. Maio. Chora Libertatis a FLORENTIO IV. Comite Hollandiae, et eius *Castellano* de Zeelandia THEODERICO DE VOORN, incolis oppidi *Westcapellae* concesſa (1).

A. 1223. Mens. Maio.

Ad Excurs. VII. p. 284, 285, 306.

(MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 182.)

Ego FLORENTIVS, Comes *Hollandiae*, et THEODORICVS Dominus *de Voirne*, *Castellanus Zelandiae;* notum fieri volumus -- -- -- quod *eandem Libertatis choram et legem*, quam habent *Opidani de Middelburch*, illis de WESTCAPPEL, mediandian-

(1) *Concesſa*] Vix dixeris, utrum hanc Choram Vir Ampl. HVYD. ad STOKE D. II. bl. 307. ſq. reliciat, an pro genuina admittat. Quum tamen argumentum inde petat, admiſiſſe tamquam genuinam videtur. Nec quisquam hac de re unquam dubitavit. Confirmavit hanc Choram Comitiſſa MARIA d. 6. Maii a. 1477. exhibens confirmationis ſuae hanc rationem, *omdat het buiten 't Zegel geheel vergaan was.* Exſtat eius apographum apud Vir. Ampl. D. RADERMACHER, Medioburgi. Occaſio autem dandae huius Chorae, nec non et alterius *Domburgo* p. 437. concesſae, ſatis ex Contextu et rebus tunc temporis cum Flandris geſtis dilucet. Mortuo enim a. 1222. WILHELMO, qui cum Flandris Zeelandiam in commune posſederat, FLORENTIVS ſolus Zeelandiae posſeſſioni inhiasſe videtur. Quo autem Oppidanos Westcappellae et Domburgi, quae tunc primaria erant loca, magis ſibi obligaret, his Privilegiis illos mactavit: adiecta §. LVII. hac conditione: *ſi Opidanus alium quam Comitem ſibi* DOMINVM *elegisſet*, — — *hoc ipſe Comes emendabit et iudicabit.* Quod reſpicit forte *Flandriae Comitem*, quem eo ipſo tacite abiurabant. Quas turbas autem hi auſus postea a. 1227. et 1250, ac 1252. dederint, et quomodo a. 1227. FLORENTIVS nihilominus Homagium Flandris praeſtare coactus fuerit, vidimus EXCVR-

diante iuramento noſtro, perpetuo habendam conceſſimus. A. 1223.

§. I. Quocumque oppidani ſe vel ſua moverint, ſub protectione et conductu noſtro erunt, et nihilominus omnibus tam alienigenis, quam indigenis, in *Westcappel* venientibus, firmam pacem praecipimus.

§. II. Quicunque in *Westcappel* aliquem percuſſerit ad mutilationem aut truncationem alicuius membri, ad quartam partem emendabit, vel amplius in duplo, quam ſi extra choram contigiſſet, et gratiam Comitis quaeret.

---

§. LVI. Omne forefactum in *Westcappel* contingens, *Comite inter Borneſſe et Heidenzee exiſtente*, duplum emendabitur.

§. LVII.

CVRSV VII. Cf. Probb. a. 1227. d. 16. Apr. Nunc tantum proferam obſervationem Viri D. P. PAVLI. *Diss. de Nexu Feudali inter Flandriam et Zeelandiam* p. 57. (1) ubi de Pace Flandrica inter Margaretam et Wilhelmum II. Com. Holl. agens": „ Tertius, inquit, articulus huius foederis erat *de tenendis placitis in terra Zelandie, de equitandis bannitis*, DE IVRISDICTIONE *et* IVSTICIA *exercendis. Dicebat enim idem Rex, quod ipſe tenebat placita, equitabat bannitos, exercebat* IVRISDICTIONEM *et* IVSTICIAM *in terra Zelandie. Nos vero* [Margareta Com. Flandr.] *dicebamus, quod hoc non poterat facere ſine nobis vel Ballivo noſtro* etc. Ex quo apparet, Comites noſtros ſibi aliquando ſolis arrogaſſe, ius ſtatuta condendi etc., et ſimul, hoc meram fuiſſe uſurpationem; falſamque hinc eſſe concluſionem: *Dantur inſtrumenta, a ſolo Hollando data* (V. C. a Florentio) *Ergo Flandri hoc jus non habuerunt. — Solus* etiam poſtea, anno 1253. Guillielmus Mediobugenſibus jura ac privilegia dedit (Zie MIERIS D. I. bl. 271.) Sed hoc propterea factum eſt, quod Margaretae, ob non praeſtitum clientelae iuramentum, [Rex] ademiſſet omnia, quae ab imperio in feudum tenebat".

Digitized by Google

A. 1223. M. Maio. §. LVII. Si opidanus *alium quam Comitem* ſibi *Dominum* elegiſſet, et a tribus Scabinis convictus fuerit, emendabit Comiti decem libras et Opido unam libram.

Et hoc ipſe Comes emendabit et iudicabit.

§. LIX. Nullum forefactum in *Westcappel* quadruplicatum poterit excedere.

---

f. Comitatum. §. LXI. Illos *de Westcappel*, *infra Comitium Hollandiae*, nemo pandare poterit, niſi pro maleficiis propriis.

Hanc igitur *Libertatis Choram*, quam Burgenſibus de *Westcappel* a nobis et a nostris ſucceſſoribus perpetuo obſervandam iuravimus, in ipſius confirmationem ſigillorum nostrorum appoſitione fecimus roborari; iis, qui confirmationi interfuerunt, ſubnotatis; quorum nomina ſunt haec:

Balwinus Comes de Benthem (2)

Wilhelmus de Egmonde.

Iacobus Castellanus de Leyden.

Datum et Actum in Middelburch per manum BALDWINI ſcriptoris (3), anno Dominicae incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo tertio, menſe maio.

(2) *Benthem*] Idem ille, qui, teste Charta a. 1218. erat *Procurator Hollandiae*.

(3) *Scriptoris*] Huiusmodi *Clerico*, ſive Comiti a ſecretis, uſus est Pater Wilhelmus, ſupra p. 363. ſed de his alibi.

N. CIII.

Digitized by Google

N. CIII.

Chora Libertatis a FLORENTIO IV. Comite Hollandiae, et eius *Castellano* de Zeelandia THEODERICO DE VOORN, incolis Domburgi conceſſa. A. 1223.

A. 1223.

Ad Excurs. VII. p. 284. ſq. 306.

(Ex Originali in Archivis Vir. Nobil. Dynastae de Domburg, facta collatione cum MIERIS *Charterbœk* D. I. bl. 188. a. ſqq.

In nomine Patris et filii et ſpiritus ſancti. Ego FLORENCIVS *Comes Hollandie* et dilectus ac fidelis amicus meus TH. *Dominus de Vorne Castellanus Selandie.* — — — —

Quocumque Oppidani de Dumburch ſe vel ſua mouerint, ſub protectione et conductu nostro per terram nostram et nostrorum *iusticiariorum* erunt, — — —

AVTOGRAPHVM.	MIERIS.
p. 188. col. a. l. 6. Oppidanis nostris	nostris Oppidanis
l. 7. Dumburch	Domburch
col. b. l. 5. nichillominus. ſic infra l. 39. p. 189. col. 1.	nihilominus
l. 6. precipiunt.	percipiunt
p. 189. col. a. l. 4. vel amplius. duplo *cum diſtinctione.*	vel amplius duplo

A. 1223.

AVTOGRAPHVM.	MIERIS.
l. 6. queret.	quaeret.
l. 7. vulneraverit hominem infra	vulneravit hominem intra
l. 8. Oppido S lib. (1)	Oppido quinque libras.
l. 13. emendabit S lib. oppido V. ſol.	em. quinque libris oppido quinque ſolidos.
l. 18. oppido · S · lib.	oppido quinque libras:
l 20. Comiti · S · lib.	Comiti quinque libras.
l. 22. quicumque infra koram -- Haec exſtant, ſed raſurâ deleta, usque ad r. 29. *praedictae litis* incluſa (2)	quic. intra Koram
l. 23. *duas* et *unam* per lituram legi non posſunt. Nec etiam reliqui numeri.	duas -- unam --
l. 27. infregerit —	infringerit
l. 35. *verbis*. pro *ubique*. propalaverit.	ubique -- propellaverint
l. 41. infra	intra.

l. 42,

(1) Pro hac nota *S. lib.* MIERIS ubique fere edidit 5. *libras*, quum S. notet *ſemisſem*, ſcribique debuisſet ½ *lib.* Quod inſigne vitium hanc Chartam ita affecit, ut comparatio cum antiquis Friſonum Legibus, unde lux petenda, inſtitui hinc nullo modo potuerit. De Chora tamen Westcapellana vidit hoc MIERIS, et monuit D. I. bl. 187.

(2) Quatenus haec in Autographo lineola ſive raſura notata ab aliena manu ſint adiecta, ignoro. Verum hoc admodum rarum, quia raſurae in Chartis tolerari non facile poterant.

A. 1223.

AVTOGRAPHVM.	MIERIS.
l. 42. et quilibet	et quicunque
l. 43. ScabinIum. ut l. 43.	Scabinum.
l. 45. preſens	praeſens
l. 58. conventu . non redeat	conventu. Non redeat
l. 64. Comiti · S · lib.	Comiti V. libras.
l. 67. ubi ſit — queſierit	ibi ſit -- quaeſierit.
col. b. l. 1. querentis. Et ſic per e ubique.	quaerentis
l. 3. oppidi · S · lib. *de foris* legi non potest	oppido V. libras -- de foris
l. 19. propalaverint	propellaverint
l. 20. Comiti · S. lib.	Comiti III. libras
l. 21. convincitur	convicitur.
l. 25. Comiti · S · lib.	Comiti V. libras
l. 26. Oppido · S · lib.	oppido · V. ſolidos.
l. 27. Econtra ſi ſcabinus · *in bannito placito aliquem verbis uiciauerit et ille monſtrauerit* · ſi Scabinus a tribus	Econtra ſi Scabinus
l. 37. oppido · S · lib.	oppidi V. libras.
l. 39. ſi convictus -- illi · S · lib.	ſi victus -- illi V. libr.
l. 40. Comiti · S · lib.	Comiti V. libr.
l. 48. infra. et l. 54.	intra. et l. 54.

l. 55.

Digitized by Google

A. 1223.

AVTOGRAPHVM.	MIERIS.
l. 55. Placitare. (*Hic nova ſententia*) Ubicunque Oppid. -- habeant, quicunque	placitare, ubicunque Oppidani -- habeant. Quicunque --,
l. 70. poterint.	potuerint,
p. 190. col. a. l. 1. commanentium	manentium,
l. 4. carta.	charta.
l. 6. niſi ſit communi	niſi in communi
l. 17. Oppido · S · lib.	oppido V· libras. et r. 20.
l. 19. abest *inter*	inter
l. 35. ſolvet S libras oppido V. ſolidos.	ſolvet V. libras, oppido V. libras.
l. 39. 1. lib. oppido S. lib.	unam libram oppido V. libras
l. 41. abest *ſuorum.*	ſuorum
l. 49. Scabini dumburch.	Scabini de Dumburg.
p. 190. col. b. l. 4. per eos. -- juri	per eo — iure
l. 6. Eciam	Et etiam.
l. 10. Comiti S. lib.	Comiti V. libras
l. 12. tercio	tertio
l. 21. negaverint	negaverit
l. 24. obiciendis	objiciendis
l. 25. venerint	venient

l. 26.

AVTOGRAPHVM.	MIERIS.	A. 1223.
l. 26. in carta ſcripti.	carta ſcripti	

l. 27. Omne malefactum contingens in *Dumburch*, *Comite exiſtenti infra Burneſſe et Hedenséé* duplo emendabitur. Quicumque manens in *Dumburch* alium ſecularem *Dominum* quam *Comitem* elegisſe a tribus ſcabinis comprobatur —— —— — hoc ipſe Comes iudicabit.

l. 36. infra.	intra
l. 38. contigerit	contigisſet.
l. 40. illi dumburgh	illi [de] Dumburg
l. 44. areſtabit.	arreſtabit
l. 49. dn̄ice incarn.	Dominicae Incarnationis

* * *

Appendit Sigillum; ſed nunc periit. Attamen iſtius delineationem invenire mihi contigit in Exemplari edito, quod habetur in *Domburgenſibus Privilegiis*, quae typis accurate expresſa ſunt et edita 4°. a. 1666. opera D'AVMERY Baiuli olim Domburg. Cuiusmodi exemplaria tria vidi, unum apud Vir. Ampl. DE CLIJVER Vir. Cons. Vliss. delegatis Zeelandiae Ordinibus Medioburgi adſcriptum; alterum Medioburgi apud Vir. Conſul. IAC. VAN CITTERS; tertium manu ALKEMADII correctum; cuius in Exemplari hoc Sigillum expresſum reperi, idem atque in TAB. XIII. At Vir induſtrius MIERIS in edendis Chartis *Domburgenſibus* impresſo hoc exemplari non uſus esſe videtur.

N. CIV.

A. 1223. M. Iunio. **MARIA** quondam **WILHELMI** Com. Hollandiae uxor, antea vero Imperatoris vidua, donat Eccleſiae Rijnsburg. quinquaginta Libras Hollandenſes (1).

A. 1223. M. Iunio.

Ad Cod. Dipl. a. 1260. *d.* 12. *Oct.*

(Ex Autographo, in Archivis Rijnsburgenſibus. Cf. MIERIS *Charterboek* D. I. bl. 187.

Ego **MARIA** quondam *Hollandie Comitiſſa.* Notum fieri uolo uniuerſis tam futuris quam preſentibus. quod pro remedio anime maritj mei pie recordationis **WILLELMI** quondam *Comitis Hollandie* ecclefie beate Marie jn *Rinsborch* et ſpecialiter hoc ut ad altare quoddam ad pedes ſepulchrj ipſius conſtructum · omni die quo licitum est et fieri ſolet ei miſſa pro fidelibus defunctis celebretur. Quinquaginta. lib. *Hollandenſium* ad comparandos redditus infra biennium' teneor perſoluere · jta quoque quod donec eas perſoluero' annuatim ad natale domjnj eidem eccleſie quinque lib. eiusdem monete tenebor jmpertirj · In huius rej memoriam et firmjtatem' preſens ſcriptum ſigillj mej appenſione et testium qui interfuerunt ſubnotatione feci communjrj.

Signum Florentij Comitis Hollandie.

Willelmj de Thelingen ·

Phi-

Philippi de Waſſenere. A. 1223. M. Iunio.

Maurinj de Monſtre · militum.

S. Florentij capellanj ·

Magiſtrj · Henrici de Stene canonjci Brugenſis ·

et aliorum quamplurium tam clericorum quam laicorum ·

Actum *Rinsborch* preſente EMESZA abbatiſſa et capitulo de *Rinsborch* anno gratie M°. CC°. XXIII°. Menſe Iunio.

* * *

Appendet adhuc Sigillum MARIAE, ſatis integrum. Repraeſentat mulierem equo vectam, venationi intentam, cum avibus, cane et lepore. His litt.

✠ SIGILL: MARIE: COMITISSE:

. . . . E:·:

In Contraſigillo exiguo, ſcutum triquetrum, quod ab ave tenetur, ſed literulae evanuerunt, una cum Symbolo. Vid. TAB. XII.

(1) *Hollandenſes*] Quam abſurde de hac MARIA commentatus ſit V. D. HUYD. ad STOKE D. II. bl. 565, 566. ad oculum patebit inſpicienti not.

ad *Chart.* a. 1260. d. 12. Oct. In huius Chartae dorſo vetuſta manu ſcriptum est: *De imperatrice Maria.*

N. CV.

A. 1223. d. 6. Iul. Honorius III. Papa confirmat pactum inter Epiſcopum Traiectens., et Comitem Hollandiae ſuper *Fri a Orientali* ſive *Oostergoa* et *Westergoa* initum etc.

A. 1223. d. 6. Iul.

Ad Excurs. VIII. p. 410.

(Ex Originali, in Archivis Eccles. Maior. Traiect. Loculo 108 n. 21.)

H*onorius* Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei. Venerabili fratri. Epiſcopo Traiectenſi ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Iustis petentium deſideriis dignum est nos facilem prebere conſenſum et ea que a rationis tramite non discordant effectu proſequente complere.

Eapropter venerabilis in Christo frater tuis iustis postulationibus grato concurrentes aſſenſu, compoſitionem (1) que inter te olim et .W. *quondam Comitem* HOLANDIE ſuper quibusdam hominibus amicabiliter interuenit, ſicut ſine prauitate prouide facta est et ab vtraque parte . . . . . . accepta et hactenus pacifice obſeruata auctoritate apoſtolica, confirmamus et pre . . . . . patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostre confirma-

(1) *Compoſitionem*] Sine dubio haec ſpectant ad illam Compoſitionem ſupra p. 273. ſqq. ubi vid. p. 274. de *Miniſterialibus*. Cf. not. p. 449.

firmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. A. 1223. d. 6. Iul.
Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum ſignie * II. Non. Iulij Pontificatus nostri anno Septimo. f. Anagnie.

* * *

Appendet ex filis ſericis ſolitum Sigillum plumbeum Papae, his literis:
HONORIVS. PP. III.

N. CVI.

FLORENTIVS Comes Hollandiae concedit WILLELMO de Egmunda, ut ex XII. *marginis*, quas ille in *Poel* a ſe in feodum tenet, nonnihil donet Abbatiae Rijnsburgenſi. A. 1223. d. 22. Iul.

A. 1223. d. 22. Iul.

Ad Excurs. VII.

(Ex Originali, in Archivis Rijnsburg.)

„ Satis accurate data haec est Charta apud MIERIS D. I. „ bl. 188. quapropter tantum, quae ab Originali abeunt, hic „ exhibeo. Dedi autem ob paritatem Sigilli cum altero a. „ 1223. de quo p. 441.

MIERIS.	AVTOGRAPHVM.
col. 1. l. 2. notitiam volo	noticiam uolo
l. 4. quod duod. marginis	quod de duodecim marghinis

 l. 9.

Digitized by Google

A. 1223. d. 22. Iul.

MIERIS.	AVTOGRAPHVM.
l. 6. marginem	marginam
l. 8. ſervicio et d. l. titulo	ſervitio et d. l. tytulo
l. 9. eleemoſynae	elemoſine
col. 2. l. 3. Theil,	Theil. i. e. Teilinge
l. 4. Theodoricum fr. ſ. et Gelesvinum	Th. fratrem ſuum et Ghelekinum

* * *

Appendet Sigillum FLORENTII IV. ab una parte lacerum, repraeſentans Comitem equo inſidentem, capite cincinnato, tenentem manu aviculam, his literis reſiduis:

S: FLO . . . . OLLANDIE . .

N. CVII.

A. 1224. d. 3. Febr. WILLELMVS Com. Alverniae, et ALEIDIS *quondam Comitisſa de Los*, recipiunt a Duce Brabantiae hereditatem ſuam.

A. 1224. d. 3. Febr.

Ad Cod. Diplom. not. p. 294. ſq.

(BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. Pr. p. 70. MANTEL. *Histor. Loss.* L. VI. p. 177.)

WILLELMVS Dei gratia *Comes Alverniae* et ALEYDIS *quondam Comitisſa de Los*, omnibus hoc ſcriptum videntibus ſalutem. Notum vobis facimus, quod Dominus *Dux Lotharingiae* duo millia librarum, vel tria millia ſi homines ſui teſtantur monetae Lovanienſis, *pro nostra hereditate de Brabantia*, nobis pro-

promiſit, et pro illis annuatim ducentas libras monetae Lovanienſis nobis aſſignabit in redditibus tantundem valentibus vel in bonis in feſto B. Remigii, nobis vel certo nuntio noſtro perſolvendas et aſſignandas, quousque praenominata, videlicet duo millia librarum, vel tria millia, ut praedictum eſt, nobis fuerint perſoluta. Et illae ducentae librae in ſorte non computabuntur; quibus perſolutis a ſolutione ducentarum librarum praedictus Dux quitus erit et abſolutus. Et per hoc ego Comes WILLELMVS, et ego ALEYDIS *quondam Comitiſſa de Los* renunciavimus OMNI IVRI quod in Allodiis et bonis Ducis habere deberemus. Testes A. 1224. d. 3. Febr.

Ioannes Praepoſitus de Antwerpia.

Walterus de Bierbace.

Walterus de Campenhout.

Luduicus de Levedale.

Leonius Castellanus Bruxellenſis.

Arnoldus de Weſemale.

Goſuinus de Gocencourt.

Arnoldus de Waelheim.

Henricus de Bautersheim.

Walterus Clutinc.

Deyſo et Ioannes de Helrode.

Wido Praepoſitus frater Comitis.

Magister Willelmus.

Ber-

A. 1224. d 3. Febr. Bertrammus.

Gavanus.

Hiderus, et alii quamplures.

Actum anno Domini MCC. XXIV. in craſtino Purificationis Beatae Mariae.

N. CVIII.

A. 1225. d. 26. Ian. Concordia inter OTTONEM Epiſcopum Traiectens., et FLORENTIVM Comitem Hollandiae, ſuper *Comitatu Friſiae*, et obſtructione Aggeris apud *Swadenburg* (Zwammerdam) et permutatione quorumdam ſervorum Epiſcopi et Comitis.

A. 1225. d. 25. Ian.

Ad Excurs. VIII. p 410.

(Habet partem BVCHELIVS ad W. HEDAM p. 200, 201. Integram MIER. *Charterb.* D. I. bl. 194. et hinc SCHWARTZENB. *Placaatb. van Frieſl.* D. I. bl. 88. Exſtat etiam in Regiſtris Camerae Feudal. Holland.)

CONRADVS miſeratione divina Portuenſis et S. Rufinae Epiſcopus, Cardinalis, Apoſtolicae ſedis Legatus, univerſis Chris-

(1) *De Servis*] Spectare haec ad Conditiones inter THEODER. Epiſc. et WILHELM. Com. Holl. a. 1204. ſupra p. 274. initas de *Miniſterialibus vel ſervis*, quisque me non monente facile videt. Ratio autem, cur hic tantum de *ſervis* caveatur, illic de *Miniſterialibus* et *de ſervis*, in eo videtur ſita esſe, quod res circa Miniſteriales iam penitus transacta fuerit; non item circa *ſervos*; niſi quis has Voces hic loci de Synonymas esſe cenſeat. Quod am-

Chriſti fidelibus praeſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino. Cum controverſia eſſet inter OTTONEM Epiſcopum Traiectenſem et FLORENTIVM Comitem Hollandiae *ſuper Comitatu Friſiae, et obſtructione dammi apud Swathenborch*[a], *et permutatione quorundam ſervorum Epiſcopi et Comitis*, quae omnia determinata fuerant publice inter bonae memoriae THEODORICVM Traiectenſem Epiſcopum, et WILHELMVM, patrem praedicti Comitis, talis in noſtra praeſentia, de conſenſu ipſorum et conſilio priorum Eccleſiae Traiectenſis hominum et miniſterialium utriusque, compoſitio intercesſit. Quod VII. Sluſae ponendae ſint in loco, qui dicitur *Windeldijck:* et Comes asſereret[b], quod Epiſcopus quatuor deberet ponere Sluſas; et Epiſcopus diceret ſe teneri niſi tres. Itaque determinatum est; quod, ſi quatuor homines Comitis WILHELMVS DE TEYLINGEN, WILHELMVS DE EGMVNDA, HVGO DE NAELDWIJCK, IACOBVS BVRCHGRAVIVS DE LEYDEN, voluerint per iuramentum unius ipſorum declarare, quod — — A. 1225. d. 26. Ian.

De permutatione ſervorum[c] Epiſcopi et Comitis ita determinatum est, quod permutatio, quae facta fuerat de ſervis (1) inter

a Mier. V. L. *Swachenburg.* b V. L. *asſerat.* c V. L. *limitrum*, male.

amplio. Quidquid autem hoc est, ad Miniſteriales referebantur illic etiam *Milites* i. e. Equestris Ordinis homines cum ſuis liberis. Quibus exceptis (ob feuda videlicet maiora, quae posſidebant) reliqui tamquam terrae ſive territorio annexi conſiderabantur, qui in alienum *dominium* transire non poterant, ſed *eius* debebant *manere*, *cuius erant*, vel *ad quem pertinebant*, niſi aliter (quemadmodum hic p. 274.) ipſi Domini inter ſe paciſcerentur. Eadem haben-

A. 1225. d. 26. Ian. inter Epiſcopum THEODORICVM et WILHELMVM Comitem bonae memoriae, firma manebit, et quicunque de Servis Epiſcopi transiverit [d] manſurus in terram Comitis, ille est Comitis; et ſi quis de ſervis Comitis transiverit manſurus in terram Epiſcopi, ille erit Epiſcopi, et ſi aliquis de ſervis Epiſcopi, qui transierunt in terram Comitis deceſſerit, proximus haeres ſuus in hereditatem defuncti ſuccedat, quae ibi debetur ei et eis. Et ſi quis neglexerit componere aggerem ſuum, ubicunque maneat, ſive in terra Epiſcopi ſive Comitis, illius pignora rapientur ad aggerum reparationem. De *Comitatu Friſiae* ita est ordinatum; quod ſi *Epiſcopus* voluerit ire in *Friſiam* in *Comitatum*, ſignificabit hoc ſex ſeptimanis ante *Comiti Hollandiae*, et ſi Comes ſecum iverit partientur aeque lucrum de Comitatu. Si vero Comes non ierit, Nuncium mittet, qui medietatem expenſae faciet, et medietatem lucri accipiet. Si vero

d V. L. *tranſfuerit*, male, uti et inf. a.

habentur in ſedere, quod a. 1212. pepigerunt HENRICVS Dux Brab., et GODEFRIDVS Dominus de Breda, in MIRAEI *Opp. Diplom.* T. I. p. 571. a. *Quicumque*, inquit Dux, *ex hominibus nostris, terram Domini* GODEFRIDI *ad manendum intraverit, ipſe in pace eos poſſidebit; niſi forte* [NB.] *Milites et filii Militum, vel de Familia nostra fuerint. Si ad nos redire voluerint, ſicut prius nostri erunt. Eadem ſerma de hominibus dicti Godfridi obſervabitur, ſi cauſſa manendi ad nos ſe contulerint. Si vero tranſeuntes a nobis ad dictum Godfridum, terram ſub nobis habuerint, nos ſervitium de terra illa tam moderate accipiemus, ſicut de hominibus nostris, vicinis ipſorum, faciemus. Et idem facere tenebitur Godfridus de terra hominum nostrorum ad ipſum transeuntium; ne a nobis ad eum transire volentes, vel ab eo ad nos, propter hoc ab altero nostrorum* DETERREANTVR. Cavet porro de Opi-

Digitized by Google

vero *Comes* voluerit ire in *Friſiam* et Comitatum, ſignificabit A. 1225. d. 26. Ian.
hoc ſex ſeptimanis ante *Epiſcopo* Traiectenſi, et ſi Epiſcopus ſecum venire voluerit, partientur aeque lucrum de Comitatu. Si vero Epiſcopus non ierit, Nuncium mittet, qui medietatem expenſae faciet et medietatem lucri accipiet. Si Epiſcopus in Comitatum Friſiae ierit, et Comiti Hollandiae, ut dictum est, ſex ſeptimanis ante ſignificaverit, et Comes non ierit nec Nuncium ſuum miſerit, totum lucrum cedet Epiſcopo et aeque . . . . * In omnibus autem his Epiſcopo ſoli ſpiritualia omnia reſervantur.

Actum *Traiecti* in Palatio Epiſcopi.

Preſentibus R. Decano maiori.

W. Praepoſito S. Petri.

B. Praepoſito Embricenſi.

W. S. Salvatoris et S. Ioannis.

I. S. Mariae Decanis Traiectenſibus.

* Deest hic aliquid, quod *aeque* ad *Comitem* ſpectat.

W.

Opidis, recens a ſe conditis, additque: *Si post tempus huius Conventionis factae, ad praedicta nova Opida, vel alia, ſi quae nova fecerimus, libera, cauſa morandi* (1) *transire voluerint, niſi conſentiente praedicto Godfrido hoc faciant, bona eorum in poteſtate ipſius Godfridi erunt, et de eis voluntatem ſuam faciet: ita quod nos per hoc non offendat.* Sic enim erant tunc tempora; talis erat poſſeſſi territorii modus; haec iura Dominorum in ſubiectos ſuos vel terrae incolas. Erant terris quaſi annexi; non poterant decedere, ac Domino invito abire, niſi forte bona ſua relinquere in poteſtate Domini vellent.

(1) Sic emendo ex MS. DINTERI *Chron. Brab.* In Edito, ſine ſenſu, erat; *libertate commorandi.*

A. 1225. d. 26. Ian.

G. Comite Gelriae.

W.[f] Comite de Benthem.

Willem de Brunchorſt.

Henrico de Monte.

Frederico de Reden.

Gerardo de Rothem.

Alardo de Buren.

Theodorico de Valkenborch.

Alpordo de Iſelmuten.

Giſelberto de Amſtel.

Gerardo de Dolre.

Arnoldo Louff.

Theodorico de Wasſenair, et Philippo eius fratre.

Ottone Dapifero Zelandiae[g].

Theodorico de Raephorst.

Baldwino de Rodenburch, et Giſelberto Nigro.

Anno Domini M. CC. XXV. VII. Cal. February.

Nulli omnino hominum liceat praedictam compoſitionem infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et anatematis poenam ſe noverit incurſurum.

Et ne de forma Compoſitionis in poſterum dubitetur, praeſentem cartam ſigillo noſtro fecimus communiri. Ista autem com-

f legi oportet B. pro W. g V. L. *Zallandiae*, quod unice verum.

compoſitio ſervabitur ab utraque parte; et compoſitio, quae olim facta (2) fuit *ſuper Comitatu Friſiae*, inter WILHELMVM quondam *Comitem Hollandiae*, et THEODORICVM bonae memoriae *Epiſcopum Traiectenſem*, que eſt ſigillata ſigillo dicti Comitis, amodo ceſſabit et caſſa remanebit, ubicunque appareat ſive ſcripto ſive ſine ſcripto. A. 1225. d. 26. Ian.

Ego OTTO *Epiſcopus Traiectenſis* conſenſi, et ſigillum meum appoſui.

(2) *Olim facta*] Reſpicit ad Chartam ſupra memoratam a. 1204. p. 273. quae tria haec Argumenta, *Aggerem Zwammerdammenſem*, *Hominum permutationem*, et *Comitatum Friſiae*, etiam complectebatur: ſed quae ope huius Compoſitionis multum immutata ſunt. Vtrum vero his Capitibus Comes Hollandiae conſenſerit, non diſerte dicitur, et dubium iniiciunt, quae duntaxat de Epiſcopo ſtatim ſequuntur: *Ego* OTTO *Epiſc. Trai. conſenſi et ſigillum meum appoſui.* Quod an *Comes* fecerit, non liquet.

N. CIX.

A. 1225. d. 5. Febr.

INNOCENTIVS III. Papa confirmat bona Eccleſiae S. Iohannis Traiectenſis.

A. 1225. d. 5. Febr.

Ad Cod. Diplom. p. 290. not. (2)

(In Libro Rubeo Eccleſiae S. Iohannis Traiect. fol. XXIX.)

INNOCENTIVS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filijs, decano et canonicis *ſancti iohannis* traiectenſis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica pijs votis et honeſtis petentium precibus fauorem beneuolum impertiri. Eapropter dilecti in domino filij iuſtis precibus

A. 1225. d. 5. Febr.

inclinati, eccleſiam et perſonas veſtras cum omnibus que impreſentiarum racionabiliter poſſidet aut in futurum iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci ſub beati petri et noſtra protectione ſuſcipimus · ſpecialiter autem *quartam partem decimarum* in *ſcalden*, et de *fronacker*, de *Wail*, de *dubble*, de *hire*, et de *Edhe*, eccleſias et decimas, et de *boſinchem* de *balgoye* eccleſias, decimas et curtes, eccleſiam *de ſcorle* cum capellis et decimis, et in *Geishorne*, in *nodeke*, *affinchoue* [a], *lintuelde*, *dholre* in *tuenta*, *Dholre in velua* et *Euerikesdorpe* (1) Curtes, Ius quoque ac redditus que habetis *in nardinclant*, ſiluam *Wrs* [b], et villam videlicet *midrecht*, cum *eccleſia*, *terra*, *decima*, et iure alio quod habetis ibidem, ac omnium pertinencijs predictorum, ſicut ea omnia iuste ac pacifice obtinetis uobis, et per uos eidem eccleſie ueſtre auctoritate apoſtolica confirmamus · et preſentis ſcripti patrocinio communimus · Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmacionis infringere uel ei auſu temerario contraire ·

[a] Marg. *Alſinchem.* [b] I. e. *Vars.*

(1) *Euerikesdorpe*] Hodie vocatur *Achtienhove.* Vid. Chart. a. 1252. d. 29. Oct. ubi plura de his locis. Qui de iuribus regalibus et ſumma potestate *Praepoſiturae* S. Iohannis Trai. multa ſcripſit egregia, A. MATTH. *de iure glad.* p. 60. ſqq. et *de Nobilit.* p. 421. ſqq., ignoraſſe videtur hanc Chartam; nec non eas, in quibus controverſia his de terris inter *Praepoſitum* et *Wilhelmum* II. Regem ac Comitem nostrum agitatur, et per arbitrium componenda permittitur, quas hic adiicere, iccirco operae pretium duxi. Vid. a. 1252. d. 29. Oct. etc.

Digitized by Google

re· Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum· Datum lateranis · nonis februarii pontificatus noſtri anno octauodecimo· A. 1225 d. 5. Febr.

N. CX.

GILDVLFVS *Grutarius* Brugenſis Oppido Ardenburgo quadam conditione concedit *Ius grutae* in urbe. A. 1226. M. Ian.

A. 1226. Menſe Ianuar.

Ad Excurs. VII. p. 128.

(Ex Originali, in Archivis Oppidi Ardenburgenſis n. 65.)

Nos GILDVLFVS *grutarius* Caſtellanie Brugenſis · et WILGELMVS frater ſuus · Omnibus · Notum facimus Preſentes litteras inſpecturis' quod omne ius illud quod Habebamus uel videbamur Habere infra *ſcabinagium* de *Rodenbg* prohibendi uel defendendi' ne quis infra ſcabinagium oppidi de *Rodenbg* manens *grutam* faceret quitum clamamus · Pro nobis et pro ſucceſſoribus noſtris · et liberaliter et benigne conceſſimus · quod quicunque infra ſcabinagium dicti oppidi grutam facere voluerit libere et ſine contradictione eam faciat. Ita quod cuilibet infra ſcabinagium manenti vendere ei liceat Hoc appoſito quod nec vendens nec emens aliquod dampnum incurrat · Si uero aliquis infra ſcabinagium Manens alicuj extra ſcabinagium manen-

A. 1226. M. Ian. nenti grutam vendere preſumeret Penam decem librarum incurreret' Ita quod quinque libre illarum decem librarum erunt *Comitis* · et quinquaginta ſolidi erunt grutarij · et quinquaginta reſiduj (1) ſolidi erunt oppidi de *Rodenbg̃* · et dum grutarius vel certus Nuncius eius conquereretur ſibi iniúriam inferri de Predicta gruta · ſcabini ad ſubmonitionem ipſius grutarij uel certi Nuntij eius veritatem inquirere debent ſine dilatione niſi Manifeſtum Haberent inpedimentum et qui Inde Convictus fuerit Penam decem librarum incurreret vt predictum eſt.

Vt autem Hoc ratum et firmum permaneat et ne decetero ſuper Hoc aliqua Oriatur Calumnia Preſentes litteras ſigillorum noſtrorum Munimine fecimus communirj ·

Actum *Curtraci* · anno domini M° ducenteſimo vigeſimo ſexto · Menſe Ianuario (2) -- -- --

* * *

Prius Sigillum GILDVLFI ex vittis Pergam. duplicibus appendet integrum, cuius inſignia, *duae Alae aquilinae incurvae caudae appendentes*, et epigraphe:

✠ SIGILL. GILDVLFI GRVTARII DE BRVGIS.

Alterum, WILHELMI, ſigillum periit cum vittis. Vid. TAB. XVI.

(1) *Reſidui*] Si computum ineas, patet, ſingulas Libras XX. ſolidis computari, prout ab antiquis temporibus moris erat.

(2) *Ianuario*] Exſtat huius Chartae *Vidimus* (in iisdem Archivis n°. 102.) ab *Wilhelmo Abbate S. Bavon. Gandens.* a. 1439. 17. Iun. cui appendet Abbatis Sigillum. Nec non eius Apographum ibid. in Regiſtro Pergam. fol. XII. cum verſione vernacula ſatis vetuſta.

N. CXI.

Digitized by Google

N. CXII.

FERNANDVS Comes Flandriae, et uxor IOHANNA confirmant A. 1226. d. 15. Ian.
Ius grutae a GILDVLFO Grutario Brugenſi Oppido Ardenburgo conceſſum: quod conſtitiſſe dicitur *in defendendo et prohibendo*, ne quis intra Oppidi Scabinagium habitans grutam faciat.

A. 1226. d. 15. Ian.

Ad Excurs. VII. p. 128.

(Ex Originali in Archivis Ardenburgens. n. 79.)

Nos FERNANDVS *Comes Flandr.* et *Hain* et dilecta vxor nostra IOHANNA Notum eſſe uolumus vniuerſis preſentes litteras inſpecturis quod GILDVLFVS Grutarius Caſtellanie *brugenſis* fidelis noſter et WILLELMVS frater eius in preſentia noſtra conſtituti et hominum noſtrorum quitum clamauerunt pro ſe et pro ſucceſſoribus ſuis omne ius illud quod habebant uel uidebantur habere infra Scabinagium oppidi de *Rodenbg* * prohibendi et defendendi ne quis infra dictum Scabinagium manens *grutam* faceret · et liberaliter et benigne conceſſerunt quod quicunque infra Scabinagium de *Rodenbg* grutam facere uellet/ libere et absque aliqua contradictione eam faceret ita quod nec Emens uel uendens aliquod dampnum inde incurreret · Si uero aliquis infra Scabinagium manens alicui extra

Sca-

* In Vidim. Rodenborg.

A. 1226 d. 15. Ian. Scabinagium manenti grutam (1) uendere preſumeret' penam decem librarum incurreret · ita quod quinque libre illarum decem librarum erunt Comitis · et Quinquaginta ſolidi grutarij · et quinquaginta reſidui ſolidi erunt oppidi de *Rodenbg* · et dum Grutarius vel certus nuntius eius conquereretur ſibi iniuriam ſuper predicta gruta inferri' Scabini ad ſummonitionem ipſius grutarij uel certi nuntij ipſius ueritatem inquirere debent ſine dilatione niſi manifeſtum haberent impedimentum. et qui inde conuictus fuerit penam decem librarum incurret ut predictum eſt. Et quia predictus Grutarius ſepedictam grutam a nobis tenet in ſeq-

(1) *Grutam*]. Exſtat in iisdem Archivis (n°. 58.) huius Chartae *Vidimus* datum ab *Wilhelmo Abbate S. Baronis Gandav.* a. 1439. cui Abbatis ſigillum appendet, ſed mutilum. Item et alterum *Petri Abbat. Monaſt. B. Marie de dulci valle*, (n°. 26.) a. 1380. *fer. V. āe purific. B. Marie, vdƚ ultima die menſis Ianuarij.* Ipſa autem Charta in *Registro Pergam.* fol. XII. ibid. deſcripta habetur, unde facile conficias, quanti eiusmodi *ius Grutae* olim ſit habitum, et a quo pependerit. De hac *Gruta* multi multa. Occurrit vox iam ſeculo X. in Charta OTTONIS Imp. a. 998. qua Eccleſiae Traiectinae dantur *teloneum, moneta et negotium generale fermentatae cerviſiae, quod vulgo Grutt* (in MS. *Grut*) *nuncupatur*. In altera Regis HENRICI Charta a. 1002. (non a. 1013.) ib. HED. p. 101. legitur *Gruit*; unde nostrum *Gruitgeld*. De hac OL. VRED. *Hist. Flandr.* Prodr. I. p. 561. (qui hanc Chartam protulit) „ Videtur, inquit, „ *Gruta* priſcis illis temporibus, cum „ ſignificasſe potum, qui nunc *cereviſia* dicitur, e molita ſive deglubi„ ta zea, nunc *Spelte* nobis, tunc „ temporis decoqui ſolitus; et ſane „ quidem Brabantis, et Hollandis, de„ glubita *zea* non alio nomine, quam „ *Gort*, *Gorte*, nota habetur. *Grutarius* autem, ut hinc etiam liquet, „ erat is, qui ius illud faciendae *Grutae*, beneficiario nomine, a *Comite* „ obtinebat". Nimirum erat Comitum vel terrae Dominorum *ius illud Grutae*, quod isti cum reliquis aliis iuribus utilibus, vi Dominii vel territorialis posſesſionis, cum in agris tum in urbibus, posſidebant, et ad illorum Do-

feodum et ſine noſtro conſenſu hoc firmum et ſtabile eſſe non potest predictum ipſius grutarij et Willelmi fratris ſui factum approbamus · et ſigillorum noſtrorum munimine roboramus. A. 1226. d. 15. Ian.

Actum Curtracj anno domini Milleſimo ducenteſimo viceſimo ſexto fer. quinta ante feſtum beati vincentij ·

FERNANDI Sigillum periit; ſed IOHANNAE ex duplici pergam. appendet mutilum; equo illa conſidet; Contraſigillo tamen fere integro. Exſtat in OLIV. VRED. *Sigill. Com. Flandr.* p. 29.

Dominia (vulgo *Domeinen*) pertinebat; qui id aliis vel in feudum dabant, vel locabant, vel oppignerabant, vel penitus in alios transferebant. Hinc habebant *Grutarios* ſuos in Vrbibus; unde Florentius V. *Oppidano ſuo de Delft, qui* GRVTAM *tenet in dicto oppido*, mandat, ne ab *oppidanis ſuis* plus recipiat *de Gruta*, quam ab *extraneis*, MIERIS D. I. bl. 354. a. 1274. Interdum hoc Vrbes redimebant a Comite ſive Domino. Hinc eiusmodi *ius Grutae* etiam Nobiles nonnulli ſive Dynaſtae poſſidebant, uti de *Waſſenariae* Dominis in Rhenolandia, Delflandiaque, et de Naaldwici Dominis in Schielandia monet A. PARS *Katwijkſche Oudh.* Ed. VAN DER SCHELLING in Addit. p. 483. qui in genere de *Gruta* ibid. p. 476. ſqq. Qui plura deſiderat, adeat IVNG. *Cod. Dipl. Benth.* p. 85. MATTH. *Anal. Med. Aevi* T. III. p. 258-263. 4°. WAGEN. *Amſteld.* D. II. bl. 74. ſqq. 8°. quosque ibid. laudat ſcriptores; qui tamen quando ſcribit: *De Graaven van Holland vorderden, ten deezen tijde, onder andere laſten, zeker Gruitgeld van 's Lands ingezetenen, die bier brouwden*, veram eiusmodi iurium, Comitibus, qua terrae et Vrbium Dominis, competentium, indolem, haud ſatis perſpexiſſe videtur. Add. Chartas in MIERIS D. II. bl. 138. init. b. 156. III. bl. 220, 245. HED. *Epiſc. Trai.* p. 225. vocantur *proventus qui ex Gruta proveniunt.*

N. CXIII.

A. 1226. d. 21. Maii. BALDVINVS Comes de Benthem, THEODERICVS de Outena, THEODERICVS de Voorne, WILLELMVS de Teilingen, aliique primarii Hollandiae Vaſalli iureiurando promittunt, ſe ſervaturos Pactum et conventiones inter IOANNAM Comitisſam Flandriae, et FLORENTIVM Comitem Hollandiae, *de Zeelandia in commune posſidenda* initas.

A. 1226. d. 21. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 285.

(Ex Originali, in Archivis Camerae Rationum Inſulenſibus.)

Nos B...... *Comes de Benthem* TH...... *de Outene*, TH... *de Vorne*, WILLELMVS *de Theilinghen*, TH...... Dapifer frater ſuus, IACOBVS *Castellanus de Leide*, et OTTO Dapifer *Selandie*[a], notum fieri volumus omnibus preſens ſcriptum viſuris quod nos Iuravimus Bona fide promittentes quod *Pacem et Conventiones* inter IOANNAM *comitisſam flandrie* ex vna parte et FLORENTIVM *Comitem hollandie* ex altera ſuper *terra Zelandie quam Communem tenere debent* initas, ſicut in ſcriptis eorum ſuper hoc hinc inde Concesſis continetur, pro poſſe nostro ſervari faciemus.

a forte *Salandice*, ut p. 452.

Datum

Datum anno Dominice incarnationis M°. CC°. XX°. ſexto feria quinta post Cantate A. 1226. d. 21. Maii.

• • •

Collationné a l'Original en parchemin qui devoit etre ſcellé de ſept ſceaux, mais qui ne l'a été que de quatre, un peu rompus, pendant a double queue de parchemin, etant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy a lille par nous Ecuier Seigneur de Maillart directeur et Garde des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy a lille le 10. May 1776.

GODEFROY.

N. CXIV.

Digitized by Google

N. CXIV.

A. 1227. d. 16. Apr. N. I. FLORENTIVS IV. Comes Holl., et FERNANDVS Comes Flandriae Pactum ineunt, quo FLORENTIVS *communem* agnoſcit *Zeelandiae poſſeſſionem*, quemadmodum inter eorum deceſſores exſtiterat, mutata *de obſidibus* conditione; pro eaque FERNANDO Comiti Flandr. homagium facit; dictamque terram eodem, quo deceſſores, modo in feudum recipit, adiecto novo pacto de *arrieragiis* ſive pecuniae reliquiis nondum ſolutis, aliisque terrae reditibus.

A. 1227. d. 16. April.

N. II. GERARDVS Comes de Gelra, BALDVINVS Comes de Benthem, WILLELMVS de Thelingen, de pacto ſervando fidem interponunt.

A. 1227. d. 16. April.

Harum Chartarum Vidimus exhibent GVIDO Epiſcopus Cameracenſis, W. Tornacenſis et F. Atrebatenſis.

A. 1246. Decembr.

Ad Excurs. VII. p. 281, 285, 286.

(Ex Originali in Archivis Camerae Rationum Inſulenſibus.)

GVIDO Dei Gratia *Cameracenſis*, W. Eadem Gratia *Tornacenſis* et F. Eadem Gratia *attrebatenſis* Epiſcopi vniverſis preſentes Litteras Inſpecturis in Domino Salutem. Noveritis

quod

quod nos Litteras Illuſtris Viri FLORENCII quondam *Comitis* A. 1227. d. 16. Apr.
hollandie Sigillo ipſius ſigillatas, non cancellatas aut viciatas vidimus (1) in hac forma.

Ego FLORENTIVS *Comes hollandie*, notum facio omnibus preſens Scriptum inſpecturis quod inter Kariſſimum Dominum meum FERNANDVM *Comitem flandrie* et me Talis interceſſit Conventio.

[§. I.] Quod Ego Recognovi ei omnia Iura Sua que anteceſſores Sui habuerunt in *terra Zolandie Communia* cum anteceſſoribus meis.

[§. II.] Hoc ſolo excepto quod pro maiore pacis firmitate mihi conceſſit, ut *obſides pacis* quos ipſe habebit de Zelandia michi recredet ſuper Litteras meas patentes ſi quos voluerim, vel ipſi obſides fideiuſſores Inſitos conſtituent, vel penes ipſum remanebunt (2).

[§. III.] Et ſi de dictis obſidibus vel aliis agendis noſtris ei non ſatisfacerem, deberet me ſubmonere (3) *per homines ſuos*, et *pares meos Brugis* coram ſe et per Legem et Iudicium deberem ei emandare.

[§. IV.]

(1) *Vidimus*]. Autographam Florentii Com. Holl. Chartam ſe vidiſſe testatur V. D. DE GRIJPSKERKE *Deſcr.* MS. *Zeeland.* p. m. 128. Hoc autem homagium FLORENTIVM revera feciſſe, testatur eius filius WILHELMVS II. Comes Holl. Vid. a. 1248. d. 3. Aug.

(2) *Remanebunt*] Vid. Chart. d. 3. Aug. a. 1248. in fine.

(3) *Submonere*] In Apographo legitur *ſubmouere*.

A. 1227. d. 16. Apr. [§. IV.] Hiis mediantibus feci ei *homagium*, et dictam *terram Zelandie* ſicut anteceſſores (4) mei eam ab anteceſſoribus ſuis tenuerunt, ab ipſo recepi.

[§. V.] Et omnia *arrieragia* (5) et vetera que ei vel *Caſtellano* (6) ſive alicui alii ex parte ſua de dicte terre proventibus debebantur, usque ad hunc diem ſopita remanebunt per has *conventiones* et *alias* in Cartis nostris ſuper hoc confectis contentas.

[§. VI.] Has ſiquidem conventiones et pacem Bona fide iuravi firmiter obſervare et testes qui interſuerunt feci ſubſcribi.

S. Gerardi comitis de Ghelra.

S. Balduini Comitis de Benthem.

A. de aud.

S. Castellanus de Gand.

R. de Gavera.

W. de formeſell, B. de Harstmara, H. de Monte, W. de Thel. (7), H. de Ruet, I. de Mirlara.

Actum apud *Godehide* anno Domini milleſimo Ducenteſimo Viceſimo ſeptimo feria ſexta post paſcha.

Item

(4) *Anteceſſores*] Hi antecess. qui fuerint, ſatis patet EXCVRS. VII. C. III.

(5) *Arrieragia*] De his vid. EXCVRS. VII. p. 285. f.

(6) *Castellano*] Obſervent hinc Hiſtorici et Politici, quid t. t. *Castellanus* Zeelandiae fuerit, nempe qui, in omnibus negotiis, Comitis ſive Zeelandiae Domini vices ſustinebat.

(7) *Thel.*] i. e. *de Teilingen*.

Item Litteras Virorum nobilium GERARDI *Comitis de Ghelra*, BALDVINI *comitis de Benthem*, et WILLELMI *de Thelinghem* inſpeximus in hac forma. A. 1227. d. 16. Apr.

GERARDVS *Comes de Ghelra*, BALDVINVS *Comes de Benthem*, et WILLELMVS *de thelinghem*, omnibus preſentes Litteras Inſpecturis Salutem. Noverint vniverſi quod nos bona fide promiſimus Domino Comiti flandrie FERNANDO et firmiter creantavimus quod ſi FLORENTIVS *Comes hollandie* veniret contra conventiones (8) initas inter ipſos ſuper Dampnis et Rapinis factis ex vtraque parte ſecundum quod Littere eorum plenius teſtantur dicto FLORENCIO *Comiti hollandie* nullum Conſilium vel auxilium preſtaremus adverſus dictum *Comitem Flandrie* Immo dicto *Comiti flandrie* conſilium et auxilium preſtaremus donec diete conventiones plenius ſervarentur.

In cuius rei Teſtimonium preſentes Litteras Sigillis noſtris ſigillavimus.

Actum apud *Godehide* anno Domini milleſimo ducenteſimo viceſimo ſeptimo, feria ſexta poſt paſcha.

Nos igitur in teſtimonium predictorum preſentes Litteras fecimus noſtrorum Sigillorum appenſione Muniri.

Datum

(8) *Conventiones*] Erat igitur et alia conventio, de qua p. 464. l. 7. Cf. EXCVRS. VII. p. 286.

Digitized by Google

A. 1227. d. 16. Apr. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto menſe Decembri.

* * *

Collationné au vidimus Original en parchemin ſcellé des ſceaux en cire brune des Eveques de Cambray Tournay et Arras, étant dans la Tour des Chartes [ut ſupra p. 461.] le 10. May 1776.

GODEFROY.

N. CXV.

A. 1228. Conventio D. FOLPERTI de Lecka cum *Capitulo S.* MARIAE in Traiecto ſuper teloneo in *Smithuſen* et Curtibus *Ewijk* et *Malberge* (1).

A. 1228.

Ad Cod. Diplom. a. 1168. p. 198. et p. 424.

(Ex Origin. In Archivis Eccles. S. Mariae Traiect. Lade C. 4.)

IN NOMINE DOMINI. Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris. quod FOLPERTVS *de lecka* conuenit in hunc mo-

(1) *Malberge*] Est haec Charta *Chirographa*, cuius literae dimidiatae hanc ſententiam abſolvunt: SANCTA MARIA VIRGO INTERCEDE PRO TOTO MVNDO. Spectat eius argumentum ad Chartam a. 1219. ſupra p. 424. Succesſio autem hic memorata, quae in *Olhilda Machtildae* filia ſubſtiterat, nunc extenditur ad *Olhildae* maritum *Folpertum* et unum ex liberis, reliquis heredibus penitus excluſis; quo filio defuncto, vacabunt haec bona iterum Ec-

Digitized by Google

modum cum capitulo ſancte marie in traiecto de teloneo in ſmithuſen · et curtibus Ewik · et malberge · Cum MACTHILDA de ſmithuſen · et eius filia OLHILDA vxor prefati FOLPERTI uiam uniuerſe carnis ingreſſe fuerint · ſi OLHILDA nullam poſt ſe prolem ſuperſtitem reliquerit · predicta bona libere · et abſolute uacantia erunt eccleſie · ita quod capitulum ſine omni contradictione cui uoluerit · conferre poſſit · ſi uero predicta OLHILDIS prolem ſibi et FOLPERTO communem poſt ſe reliquerit · ſcilicet unum puerum uel plures · cuiuſcumque ſexus · quemcumque FOLPERTVS ex illis pueris elegerit · ſiue maſculum · ſiue feminam · ut predicta bona habeat · ille puer de communi conſenſu prefati capituli predictorum bonorum poſſeſſor erit · et habebit ea ſolummodo quo ad uitam ſuam · omni prorſus herede · aut hereditatis iure excluſis · Habebit autem predicta bona ſub annua et certa penſione ita...... ipſam penſionem certis temporibus fratribus ſoluat · uidelicet · xx[ti] · et unam libram in feſto palmarum · et totidem libras in feſto ſancti Iohannis baptiste · Item centum modios tritici in feſto Remigij · et alios centum modios in feſto Walbergis · preter ſeruitium A. 1228. l. quod.

Eccleſiae S. Mariae. Habeo plures Chartas, quae huc ſpectant, aliasque, quae familiam Nob. Dynastarum *de Lecka* illuſtrare poterunt. Praeterquam enim quod diſerte *Folpertus de Lecka* teſtis occurrat in ſocrus ſuae Charta ſupra p. 425.; occurrunt etiam VOLPERTVS *Dominus de Lecka et* HEYNRICVS *filius eius*, in Charta a. 1243. ex qua hi Domui Teutonicae aſſignant L. libras in *Potterstale*. Sic a. 1255. Decanus et Capitulum S. Mariae promittunt

A. 1228. uitium quod debetur *nuncijs* in aſcenſu ipſius nauis · ſcilicet dimidia marca · et in deſcenſu ferto · uel porcus ualens fertonem.

Si

Domino GISEIBERTO *de Ameſtelle* Canonico S. Mariae centum illas Libras, quas *Dom.* HENRICVS *de Lecka* ipſis debebat. A. 1261. HENRICVS *Dom. de Lecka* ab eodem Capitulo accipit *iurisdictionem ipſorum et cenſum in Lopeke, et in Bonrepois*, per vitam tantum ſuam pro 15. Libris ita tenenda, ut heredes eius ſe his non *intromittant, niſi a dictis Decano et Capitulo de novo ex ſpeciali gratia* haec obtineant. De *Teloneo* in *Smithuſen* HENRICVS *de Lecka primogenitus Domini* HENRICI *de Lecka Militis* a. 1271. promittit, ſe conditiones Chartae obſervaturum. Verum Henricus his postea non ſtetit. Exorta hinc inter eum et Capitulum quaeſtio est de hoc *teloneo in Smithuſen et Curtibus in Ewich et Malberge*, teste Charta a. 1274. Postea ob neglectam penſionem annuam ſacris ei interdictum est ab Epiſcopo Trai., qui a. 1295. deprecante FLORENTIO Comite Holl. isthanc ſententiam revocat. Habetur haec Charta apud A. MATTH. *de Iure Glad.* p. 467. Proximo vero anno 1296. rogavit HENRICVS Capitulum, ut uxori ſuae HELEWIGI, *filiae illuſtris Comitis de Benthem*, in *teloneo* ſuo *de Smithuſen*, *duarii* titulo asſignare liceret 200. marcas, cui rogatui adſtipulatur filius eius HENRICVS primogenitus. Denique exſtat Charta Donationis, qua HENRICVS *Dom. de Lecka* a. 1265. fratribus Domus Teutonicae Trai. reditus nonnullos asſignat *in decimis ſuis apud Krempen*, quos quum HENRICVS eius filius ſolvere detractaret, mandat FLORENTIVS Comes Holl. *Balivo ſuo Zuithollandiae*, ut HENRICVM ad ſolvendum compellat, a. 1274. d. 20. Iun. Reliquas Chartas alia dabo occaſione; nunc tantum exhibeo posteriorem hanc FLORENTII V. Chartam, quam ex Archivis Ordinis Equeſtr. Teutonie. Traiecti deſcripſi, ubi Loculo 7. n°. 3. habetur, hac ſententia:

„ FLOR̄ *Comes Holland̄* Dilecto *balliuo ſuo Zutholland'* cuicumque pro tempore exiſtenti ſalutem et omne bonum · Cum HENRICVS DE LECKE miles bone memorie fratribus Domus *theuton̄* beate marie traiecteñ Decem librarum redditus in elemoſinam asſignauerit in decimis ſuis apud *Krempen* (1) annuatim recipiendos ſicut in litteris dicti · H · militis ſuper hec confectis plenius continetur · et HENRICVS filius dicti · H · militis dictos redditus dictis fratribus asſignatos detinuerit minus iuſte per ſpatium

trium

(1) *Krempen*] In ipſius HENRICI Orig. *in crempen.*

Si uero predictus puer penſionem ſuam parate non ſoluerit. uel A. 1228.
quia noluerit · uel quia non ualebit · eccleſia pro uoluntate ſua libe-

trium annorum iam transactorum! ſoluere contradicens · *Mandamus* tibi firmiter uolentes quatinus dictum HENRICVM DE LECKE filium dicti · H · mſlitis · et eius procuratorem ſeu procuratores compellas ut ipſe · H · ſiue eius procuratores dictos fratres Domus theutonice dictis redditibus eisdem in elemoſinam aſſignatis gaudere permittant. Redditus uero dictorum trium annorum mimus ſuste a dicto · H · *de lecke* detentos et dampnum dictis fratribus illatum facias reſtaurarj · et dictos fratres quotienscumque ab eis ſiue nuntijs eorumdem requiſitus fueris in dictis cauſis prout expedit in iure ſuo conſerves.

Datum anno domini Mill. ducent. ſeptuag. quarto · feria quarta ante Natiuitatem beati Iohannis baptiste (2).

Appendet iuvenile Florentii V. Sigillum cum ave: his litt.

✠ S⁹ FLORENT · · · · COMITIS: HOL · · · · DIE·

Sine Contraſigillo.

Ad eumdem HENRICVM *de Lecka* refer Chartam, quam ad a. 1097. dedit MIERIS *Charterboek* D. I. bl. 175. procul dubio referendam ad a. 1287. pro eo quod in Charta est 1087. Ignoravit haec omnia S. VAN LEEUWEN *Bat. Ill.* p. 1000. ubi Dominos *de Lecka* recenſet. Origo autem poſſeſſionis huius Telonei *de Smithuiſen* repetenda est ex *Charta Concambii*, qua ANSELMVS Praepoſitus S. Ioh. CONRADO Epiſcopo Trai. pro bonis *Praepoſiturae* S. Iohannis dedit *teloneum in Smithuſen*, apud MATTH. *de Nobil.* p. 435.

(2) *baptiste*] Exſtat ibid. Loculo 7. n. 6. ipſa Autographa *Henrici* donatio; *Nos . H . Dominus de Leka* -- -- *Datum anno domini* M. CC. *ſexages. quinto in uigilia aſcenſionis domini · apud traiectum* --

Appendet ei rotundum ſigill. ex albo · luc. Eques cum gladio, galea et ſcuto, litt. evanidis,

✠ SI . . . . LECKA.

Contraſig. ſcutum evanidum, litt.

✠ SIGILLV̄ SECRETE.

Habetur praeterea eiusdem HENRICI a. 1265. *vidimus* Originale, quod dedere *Iohannes dei gratia Abbas Monaſt. S. Pauli traiect. et A. de Lochorst Officialis Traiect.* -- a. 1306. *die beate agnetis virginis.* Loculo 7. n. 6.

A. 1228. libere · et abſolute diſponet · et ordinabit de predictis bonis. Cum uero predictum puerum mori contigerit prememorata bona ſimpliciter · et abſolute uacabunt eccleſie · ita quod capitulum cui uoluerit ea conferre poterit · vt autem predicta ſeruentur · prememoratus FOLPERTVS iuravit in altari ſancte Marie · et idem iurabit prefatus puer · cum ad annos diſcretionis peruenerit · Et ne in poſterum ſuper predicto contractu aliquis ſuboriri poſſit ambiguitatis ſcrupulus · preſens ſcriptum eſt editum · eccleſie ſigillo roboratum ·

Nomina teſtium qui huic contractui interfuerunt ſunt hec ·

Andreas decanus ſancte marie ·

Bruno ·

Wicherus ·

fredericus ·

Chriſtianus ·

Iohannes de eika ·

Conradus ·

Iohannes de merlo ·

Gun-

p. 435. Quod *teloneum* in Eccleſiam S. Mariae contuliſſe, poſtea videtur Epiſcopus; ut conficio ex Charta quadam inedita Imperatoris Henrici *de teloneo in Smithuſen*, a. 1193. d. XVIII. Kal. Iunii. Illud vero deinde in HENRICVM et in uxorem *Machtildem* transtulit: vid. ſupra p. 423. De ſitu loci vid. ALTING. *Germ. Inf.* P. II. p. 162. Clarius tamen Epiſc. David *de Burg.* a. 1461. apud MATTH. *de Nob.* p. 436. *theloneum in Smythuſen*, *quod pro nunc est ſituatum in Embrica.* De *Ewijk* et *Malburg* in Betua ſuperiore ib. ALTING. p. 15. et 120.

Digitized by Google

Guntherus · A. 1228.

Gerardus decanus embricenſis ·

Otto ·

Salutarius ·

Theodericus ·

Nicolaus · canonici ſancte marie in traiecto ·

Milites uero Egidius de brvochuſen ·

Gerardus de merlo ·

Gerardus de pulbruch ·

Acta ſunt hec anno uerbi incarnati · M · CC · XX · VIII ·

* * *

Appendet Sigillum Capituli *S. Mariae* Traiect.

N. GXVI.

FERNANDVS Com. Flandr. et Hannon. et IOHANNA Vxor, *Burgenſes de Ardenburg* immunes declarant a teloneo ad Oppidum *Damme*. A. 1228. M. Maio.

M. Maio a. 1228.

Ad Excurs. VII. p. 129.

(Ex Registro Pergameno in Archivis Ardenburg. fol. x v i i j.)

Vniuerſis preſentes litteras inſpecturis / WALTERVS permiſſione diuina Abbas monast. ſancti bauonis Ganden̄ ſalutem

Digitized by Google

A. 1228. M. Maio. et noticiam veritatis. Notum facimus vniuerſitati veſtre nos anno Dni M. CCC. dominica poſt beati nichaſij litteras nobilis principis inclite recordationis domini FERNANDI quondam *Flandr.* et *hann. comitis* Et domine IOHANNE vxoris ſue quondam *Flandr.* et *hann. Comitiſſe* non abolitas non cancellatas omnique ſuſpicione carentes cum veris eorum Sigillis vt prima facie apparebat ſigillatas inſpexiſſe formam que ſequitur continentes.

FERNANDVS *Flandrie* et *hann.* Comes et IOHANNA vxor noſtra *Flandr* et *hann comitiſſa* omnibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem nouerint vniuerſi quod nos dilectos burgenſes noſtros de *rodenburgh* (1) quitamus et quitos clamamus pro nobis et ſucceſſoribus noſtris ab omni *theoloneo* quod ab eis accipi ſolebat hactenus apud *dam* ab inſtanti feſto natiuitatis dominj · in perpetuum Et ſi forte contingeret quod adusque modo apud *dam* accipi ſolebat alibi acciperetur *propter loci permutationem vel aque interclusionem* (2) volumus vt dicti burgenſes noſtri de *rodenburgh* eamdem ſemper optineant libertatem ſuper dicti thelonei ſolutionem et ut hoc ratum ſit et firmum et ſtabile permaneat preſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari. Actum anno dnj M · CC · XXVIIJ menſe mayo.

In

(1) *Rodenburg*] De nomine *Rodenburg*, pro quo a. 1201. et etiamnunc *Aardenburg*, vide not. p. 255.

(2) *Interclusionem*] Origo denominationis Vrbis *Dammae*, quae vox *aggerem* notat, hinc manifeſta eſt.

In cuius rei testimonium nos ad preces et inſtantiam quorumdam burgenſium de *Ardenb̄.* ad modum collacionis fieri fecimus et ſigilli nostri munimine roborari. A. 1228. M. Maio.

Actum anno domini M° · CCC° · dominica ſupradicta. —

N. CXVII.

FERNANDVS Com. Flandriae et Hannon. et IOHANNA uxor liberant urbem *Aardenburg* ab *annuo reditu*, *de denariis Manſurarum* ſibi perſolvendis. A. 1230. M. Ian.

A. 1230. Mens. Ianuar.

Ad Excurs. VII. p. 123.

(Ex Originali, in Archivis Ardenburg. n. 38.)

FERNANDVS *Flandr̄ et Haion̄ Comes* et IOHANNA vxor eius *Flandr̄ et Haion̄ Comitisſa* Omnibus preſentes Litteras inſpecturis indomino ſalutem· Nouerit vniúerſitas uestra quod nos dilectos nostros *Scabinos* et *Burgenſes*·nostros de *Rodengborg* quitamus et quitos clamamus imperpetuum de Septem Libris annui Redditus de Denariis *Manſurarum* (1) parum plus uel parum minús quibus nobis annuatim tenebantur · et quas ad

(1) *Manſurarum*] Etſi vox *manſura* interdum adhibetur pro *menſura*, vel etiam pro *manſo* ſive certo agri modo; hoc tamen loco accipi oportebit pro *manſione*, *domo*, *aedificio*, quemadmodum in alia *Iohannae* Com. Flandr. Charta a. 1232. apud MIR. *Opp. Dipl.* T. II. p. 1219. a. quam hunc in finem iam adhibuit DV CANG. *Gloſs.* Tom. IV. p. 434. nov. Ed.

Digitized by Google

A. 1230. M. Ian. ad *Breuia* (2) fidelis noſtri BALDVINI *de Ersbroch* ſoluere conſueuerunt. In cuius rei firmitatem preſentem paginam ſigillorum noſtrorum munimine fecimus Roborari.

Actum Anno domini · M̊ · CC̊ · Triceſimo: Menſe Ianuario (3).

* * *

Appendent ex vittis pergam. duplicibus duo Sigilla, adhuc integra; eadem, quae habet VREDIVS *Sigill. Com. Flandr.* p. 28. FERNANDI vero epigraphe partim, IOHANNAE vero, penitus evanuit. Contraſigilla ſana ſunt, eademque quae VRED. p. 28, 29. In IOHANNAE vero vox est MEVM, non MЄVM.

(2) *Brevia*] Quid ſint, docet idem DV CANGE in Voce. Adhibetur vox de omnibus iis indicibus ſive *Inventariis*, in quae coniiciuntur ea, quorum ſervari memoria debeat. A quo non abludit *Charta tributi* ſupra a. 1217. p. 396. nec non in *Chora Domburgenſi* apud MIER. *Charterb.* D. I. bl. 190. a. 1223. *nullus in Dumburg manens poteſt testimonium dicere, qui neque terram, neque domum in Dumburg habuerit, nec in* CARTA TRIBVTI *invenitur.*

(3) Exſtat etiam huius Chartae *Vidimus* a WILHELMO Abbate S. Bavonis Gandav., *datum apud Ardenborch*, a. 1424. d. 14. Iun. in iisdem Archivis no. 84. cum parte Sigilli Abbatis.

N. CXVIII.

Digitized by Google

N. CXVIII.

FLORENTIVS IV. Comes Holl. ratam habet donationem, quam MARIA Imperatrix, patris ſui WILHELMI vidua, fecerat Abbatiae Rijnsburgenſi. A. 1232. d. 28. Febr.

A. 1232. d. 28. Febr.

Ad Cod. Diplom. a. 1260. *d.* 12. *Octobr.*

(Ex Originali. In Archivis Rijnsburg. literis minutiſſimis ſcripto. Cf. MIERIS Charterb. D. I. bl. 209.)

Ego FLORENTIVS *Comes Holl.* Notum facio uniuerſis preſentem paginam inſpecturis quod gratam atque Ratam habeo donationem quām domina MARIA (1) *quondam Imperatrix* contulit abbatiſſe et conuentui ſancte Marie in Rinsborg· Videlicet ·v·lib. annuatim ·ii· ad pitanſam dominarum ·iij·lib. jn die pontianí· In miſſa animarum bone memorie patris mei *Comitis Holl.* WILLELMI · et predictas ·v·lib. in officio · de *dor-*

(1) „ Deeze Maria was de oudſte Dochter van Henrik den I. Hertog van Brabant, Loven, enz. en van Machteld van Boulonje, en trouwde eerſt Otto den IV. Keizer; welke in 't jaar twaalf honderd en achtien geſtorven zynde, is zy omtrent twee jaaren laater in den echt verbonden met Willem den Eerſten, Graaf van Holland, gelyk zulks nog nader door de volgende woorden onwederſpreekelyk bevestigd wordt":

Anno M. CC. XX. Maria filia Ducis Lovanii et primogenita, virgo ſpecioſa et omni probitate inſignita, Ottoni Imperatori in matrimonium iuncta, mortuo Ottone mirabiliter humiliatur, et Comiti Wilhelmo Hollandiae iterum in matrimonium copulatur. *Chron. Lamberti Parvi a Reinero Monacho Contin. ad Ann.* 1220. *pag.* 63." Haec MIERIS l. l. Cf. not. ad a. 1260. d. 12. Oct.

Digitized by Google

A. 1232. d. 28 Febr. *dordreg* · quod in wlgari vocatur *ſcrotambatch* (*ſic*) · annuatim recipient . preſenti teſtimonio litterarum . Datum anno gratie · M° · CC° · XXX°IJ aput *leydis* · proxima dominica . poſt Mathie .

* * *

Appenderat olim ex vitta pergamena fruſtum ſigilli FLORENTII Comitis Holl. nunc ſeparatum; quod repraeſento TAB. XIII. n. 3.

N. CXIX.

A. 1235 ALBERTVS *de Wulven* tradit Eccleſiae *S. Iohannis* in Traiecto quatuor iugera terrae cum decimis ſuis ſita in *Corelwade* · et decimas ſeptem iugerum ex altera parte; quam donationem OTTO Epiſcopus confirmat, commutans quoddam ALBERTI Alodium in feodum.

A. 1235.

Ad Cod. Diplom. p. 291. not.

(Ex Libro Rubeo MS. Eccleſ. S. Iohann. Traiect.)

OTTO dei gratia traiecteñ electus · vniuerſis preſens ſcriptum intuentibus ſalutem in omnium ſaluatore · ſcire volumus preſentes et poſteros · quod ALBERTVS *de wluen* ſperans recipere mercedem in patria · ſiquid boni egerit hic in via · pro remedio anime ſue · et MARGARETE vxoris ſue/ contulit eccle-

l. vita.

cleſie beati *iohannis* in *traiecto* per manus noſtras quatuor iuge- A. 1235.
ra cum decimis ſuis que ſita ſunt in *couelwade* · et *decimas* de ſeptem iugeribus ibidem ſitis ex altera parte vie publice perpetuo poſſidenda · Verum *cum hec bona esſent feodalia*, et ipſe ALBERTVS ea teneret a nobis in *feodo* · ne nobis preiudicaret (1) / quum alijs benefaceret · quedam bona de ſuo *allodio* videlicet duas · · · · · *vlnkenesſe* ſitas inter aream epiſcopi . et pomerium · et dimidium manſum in *bodengraue* · qui uocatur in wlgo *ſedelhoue* · in recompenſacionem istorum bonorum nobis reſignauit et ea recepit a nobis in feodo · ius et vicem eorum bonorum que per manum noſtram dicte eccleſie contulit ſuppletura · Quod vt ratum et firmum permaneat / preſentem paginam ſigillo noſtro fecimus communiri · In nomine domini amen · Ego ALBERTVS *de wluen* profitendo omnia ſic eſſe facta ſicut dictum eſt ſupra ſigillo meo ſimiliter eandem paginam ſigillaui · Teſtes

Reymarus ſancti petri in traiecto · et euerhardus thielenſis prepoſiti ·

Iacobus ſancti ſaluatoris · canon ·

balduinus nobilis vir comes de benthem.

amilius miles de inſula · et alij plures ·

Acta ſunt hec anno domini · M · CC · XXXV ·

(1) *Preiudicaret*] Non licebat igitur illi, haec *feuda* alienare, quia manebat dominium directum.

Digitized by Google

N. CXX.

A. 1235. d. [illegible] Maii. MACHTILDIS Comitiſſa Hollandiae, FLORENTII IV. vidua, largitur Monaſterio Affligemenſi x. Libras Lovanienſes, percipiendas e redditibus ſuis in *Graven.*

A. 1235. d. 19. Maii.

Ad Cod. Dipl. a. 1258 *d.* 22. *Febr.*

(Ex Archivis Monaſterii Affligemenſis T. III. p. 393.)

Ego MAGTILDIS *Comitiſſa hollandie* notum facio omnibus tam preſentibus quam futuris has litteras inſpecturis quod ob remedium anime mee et animarum omnium tam anteceſſorum quam ſucceſſorum meorum contuli Eccleſie *haffligenienſi* in elemoſinam post meum deceſſum ad vſus fratrum ibidem deo ſub regulari habitu ſeruientium decem libras louanienſes in perpetuum annuatim de redditibus meis in villa de *Grauen* ſingulis annis recipiendas· Vt autem hec mea donatio ſtabilis et inconuulſa permaneat preſentes litteras feci ſcribi et ſigilli mei munimine roborari· Actum Sabbato post aſcenſionem domini · anno domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo quinto.

* * *

„ Sigillum de cauda ex pergameno duplici integraliter auulſum erat.

„ Concordantiam cum ſuo Origiñ. atteſtor.

„ B. van Laethem nots. 1700. ”

N. CXXI.

Digitized by Google

N. CXXI.

ALEIDIS, Comitiſſa Holl. THEODERICI VII. vidua, donat Abbatiae Rijnsburg. II. Libras de decima novae villae *Schoondorp* quotannis recipiendas. A. 1237. d. 12. Mart.

A. 1237. d. 12. Mart.

Ad Cod. Diplom. p. 258. *in Sigillo.*

(Ex Originali, in Archivis Rijnsburgenſib. Habetur Belgica duntaxat verſio apud MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 213.)

Ego A· quondam comitiſſa *Holl̄n* relicta (1) bone memorie · TH· eiusdem *Holl̄n*. Notum eſſe úolo tam futuris quam preſentibus in Christo fidelibus· Quod monaſterio *Rinsburgenſi* tum pro remedio anime mee quam pro reúerentia *ſepulture* quam ibidem elegi · duas libras Hollandienſis monete contuli de decima *noue uille* que dicitur *ſconedorpe* annuatim accipiendas· Quod ne factum meum in hoc caſu decetero poſſit indubium reuocari uel aquoquam irritari · ipſum ſigillo meo roboraui · et testes ſubſcripſi · quorum nomina ſunt hec ·

Dominus TH· quondam abbas in berna·

G · ſacerdos in alsmer·

Dominus N· perſin de harlem·

Th. de alsmer monachus egmundenſis·

II.

(1) *Relicta*] Obiit eius Maritus a. 1203.; diu igitur ſuperſtes ALEIDIS, quippe cuius filia iam a. 1203. nupſit LVDOVICO Loſſenſi. Pro *blolant* mox *bloclant* legendum videtur.

A. 1237. d. 12. Mart.

H· miles de bIolant·

Hubertus, miles, et alii quamplures·

Actum dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo tricee-ſimo ſeptimo quarto idus marci·

* * *

Appendet Sigillum ALEIDIS equo phalerato inſidentis, ex vitta pergamena; literae perierunt, exceptis:

. . . . . L AL . . . .

Vid. TAB. IX.

N. CXXII.

A. 1237. d. 21. Mart.

MACHTILDIS, Comitiſſa Holl. FLORENTII IV. vidua tradit Abbatiae Rijnsburg. *gramina*, dicta *inthein.*

A. 1237. d. 21. Mart.

Ad Cod. Dipl. a. 1258. d. 22. Febr.

(Ex Originali in Archivis Rijnsburgens.)

Ego MAGTELDIS quondam *Comitiſſa Hollu* Notum facio omnibus hoc ſcriptum videntibus quod contuli dominae Abbatiſſe et conuentuj de *Rinsborg* usque ad terminum uite mee *gramina* que dicuntur · *intheyn* · pro quatuor libris annuatim michi perſoluendis · vt hoc factum meum ſtabile permaneat preſentem cedulam ſygilli mei atteſtatione Roborauj · Datum anno

Digitized by Google

anno gracie · M · CC · XXXVIJ · jn feſto beatj Benedicti abbatis · A. 1237. d. 21. Mart.

* * *

Appendet adhuc fruſtum ſigilli MACHTILDIS, Comitiſſae, in quo pars *equi* conſpici poteſt.
Vid. TAB. XIV. n. 3.

N. CXXIII.

WILHELMVS Comes Hollandiae et BALDVINVS Comes de Benthem componunt litem inter Abbatem de Middelb. et Nobiles Zeelandos ſuper decimis in *Meliskerke*. A. 1240. d. 10. Mart.

A. 1240. d. 10. Mart.

Ad Excurs. VII. p. 287.

(Ex antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. XVIJ. In Archivis Camerae Ration. Zeel. Loculo 116-117.)

Ego WILLELMVS *Comes Hollandie*, et Ego B. *Comes de Benthem* (1). Notum facimus omnibus tam preſentibus quam futuris, quod cum controuerſia eſſet orta jnter Abbatem et Conuentum de *Middelborg* ex vna parte, et HENRICVM et BALDWINVM, filios *Marinae* ex altera, ſuper decima de *Meilos-*

(1) *Benthem*] Quemadmodum *Balduinus* a. 1218. ſub WILHELMO I. in terram ſanctam profecto, *Hollandiae procurator* fuit (vid. p. 413.), ita poſt mortem FLORENTII IV. ſub WILHELMO II. ex ephebis nondum egreſſo, iterum occurrit, et principe quidem loco; unde prona eſt opinandi via, nunc *Tutorio* vel *procuratorio* nomine Hollandiae praefuiſſe. Addatur haec etiam Charta IVNG. *Hiſtor. Comit. Benth.* Vid. L. III. C. 4.

Digitized by Google

A. 1240. d. 10. Mart. *loiſkerca* (2), quam decimam filius fratris eorumdem tenuerat in feodum de predicto Abbate, et quia ſine herede deceſſit, prefata decima ad Abbatem et Conuentum de Middelborg deuoluta est, dictus Abbas et prenominatj HENRICVS et BALDWINVS compromiſerunt in me B. *Comitem de Benthem* et virum nobilem Dominum WILLELMVM *de Theilinga*, ratum habiturj, quicquid inter ipſos de prenominata Decima ordinaremus. Nos ergo de prudentium virorum conſilio, ita iudicavimus, quod dicti H. et B. filij *Marine* dictam decimam de *Meloiskerca* de prefato Abbate receperunt in feodum coram nobis et multis alijs probis viris. Et dicti H. et B. dabunt Abbatj quinquaginta libras Flandrenſium, ſcilicet viginti quinque libras infra natiuitatem Beate Marie proximam, alias vigintiquinque libras ante natale Domini, tali conditione quod ſi non ſoluerint dictos denarios ad terminos prenominatos, dicta decima ad Abbatem devolvetur libere et abſolute, Et vt hoc firmum et ſtabile permaneat, preſentem cartam Sigillorum noſtrorum appenſione, videlicet

Willelmj Comitis Hollandie.

B. Comitis de Benthem.

Viri Nobilis Domini Willelmi de Theilinga

roborauimus. Actum anno Domini Mill°. cc°. xl°. ſexto Idus Martij apud *Middelborg*.

(2) *Meiloskerca*] Hodie *Meliskerke* vocatur.

N. CXXIV.

N. CXXIV.

THOMAS et IOHANNA, Com. Flandriae, *Mudam* villam Francam faciunt, dantque Scabinagium ac legem villae Brugenſis, eamque liberant ab omni teloneo intra *Mudam*, *Dammum*, et undique *intra portum Sincyal*. A. 1241. M. Mart.

A. 1241. M. Mart.

Ad Excurs. VII. p. 129, 168. f. et p. 209.

(Ex Originali Confirmatione d. 14. Mart. 1316. in Archivis Inſulenſibus.)

* * *

Vide Chartam ad a. 1316. d. 14. Mart. (1).

— — — — —

(1) Meminit huius Privilegii P. D'OVDEGHERST Chap. CI. fol. 168. vs°. *Ils donnérent pareillement privilege à ceux* DE LA MVDE *pres de l'Escluſe, dont ils firent lors une france ville, leur baillant toute telle juriſdiction, qu'ont ceux de Bruges, — an date de Mars audict an* MCCXLI. *affranchisſants les inhabitants dudict* MVDE *du tonlieux du Dam, de la Mude meſme, de Nieuport & de Dunkercke.*

N. CXXV.

N. CXXV.

A. 1241. d. 1. Iun. Chora (1) *terrae Waſiae* conceſſa a *Thoma Flandr. et Hannon. Comite*, ac *Iohanna* eius uxore.

A. 1241. d. 1. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 208.

(1. VAN DEN KANE *Charten ende Wetten van Vlaenderen* T. I. post pag. 408. Append. p. 1, 2.)

In nomine Patris *cett.* Ego THOMAS *Flandriae et Hanno-niae Comes*, et IOHANNA uxor mea *Flandriae et Hann. Comitiſſa* concedimus omnibus hominibus *Waziae* tam praes. quam fut. ad noſtrum Dominium ſpectantibus legem, quae vulgariter dicitur *Chore*, praeſente pagina contentam, perpetuo et inviolabiliter obſervandam. — — — — —

(1) *Chora*] Loquitur de hac et de quatuor *Ambachtarum* Chora P. D'OVDEGHERST *Chron. de Flandr.* Chap. CI. p. 168. vso. *Ils mirent auſſi ordre au faict de la vierſchare du terroir de Waes, par leur lettres, qu'ils appellent la* KUERE *de* WAES, *datées de l'an* MCCXLI. *en jullet, par les quelles* — — — — *Ils renouvellérent la Keure, que feu le Conte* PHILIPPE *de Flandre et de Vermandois, avoit donné a ceux des quatre Mestiers.*

N. CXXVI.

N. CXXVI.

HVGO Castellanus Gandenſis benefacit Abbatiae de *Baudelo* in *Waſia*. A. 1242. d. 31. Oct.

A. 1242. d. 31. Oct.

Ad Excurſ. VII. p. 258.

(Ex Originali, in Archivis Abbatiae Baudeloënſis, Gandavi, B. 2. n. 9)

Ego HVGO *Castellanus Gandenſis* et Dominus de Hosdein notum facio vniuerſis preſentes litteras inſpecturis quod viri religioſi Dominus abbas et conuentus de *Bodelo* legitime et plenarie perſoluerunt michi ducentas libras et quadraginta unam in quibus mihi tenebantur de emptione terre mee que dicitur *Lamswert* et *Betſade* quam erga me legitime emendo acquiſierunt ſicut in cartula de illa emptione confecta plenius et diſcretius continetur. In cuius rei teſtimonium pariter et memoriam preſentem cartulam predictis contuli uiris Sigilli mej munimine roboratam. Datum in vigilia omnium ſanctorum anno gratie . M°. CC°. quadrageſimo ſecundo.

* * *

Appendet Sigillum *Equitem* repraeſentans; ſed literae fere evanuerunt.

N. CXXVII.

A. 1243. M. Ian.

THOMAS Comes Flandr. et Hannon. cum uxore IOHANNA concedit Oppido *Ardenburgo*, ut Aquaeductum ſibi fodiant *uſque in corpus maris*, facto inſuper ponte, etc.

A. 1243. M. Ianuar.

Ad Excurs. VII. p. 133.

(Ex Regiſtro Pergameno in Archivis Ardenburg. fol. xvi. Exſtat ibid. Verſio Belg. ſatis vetuſta.)

THOMAS *Flandr̄ et Hann̄ Comes* et IOHANNA *vxor* eius. *Comitiſſa* · Vniúerſis preſentes litteras jnſpecturis ſalutem · Nouerint vniuerſi quod cum ſcabini de *Rodenburgh* Aqueductum fieri petiiſſent a nobis qui dirigeretur a villa de *Rodenburgh* vsque *in corpus maris* hominibus quoque foris manentibus ſuper hoc prebentibus aſſenſum tandem ex mandato nostro STASSINVS *baillidus* noſter brugen̄ ex conſenſu Scabinorum de *Rodenburgh* et hominum foris manentium cauſamque tam ſuper Aqueductu quam ſuper *ſpeia* (1) et *Sluſa* inter Scabinos predictos et homines foris manentes vertebatur Arbitrio ſuscepit terminandam ita quod quicquid idem bailliuus ſuper hoc arbitrio proferret ratum haberent et firmum / quotquot arbitrium ſuum esſet / deberet ab eis jnuiolabiliter obſeruari vnde dictus bail-

(1) *Speia*] Est parvus elix vel canalis, vernacule *ſpuie*, cataractis vel *Sluſa* praecluſus.

baillivus ſic arbitrium ſuum protulit et pronunciauit inter Scabinos de Rodenburgh et homines foris manentes antedictos quod Scabini et communitas ville de Rodenburgh vsque in corpus maris quod *ten hoofde* dicitur *zeedam*, Aqueductum faciant et habeant in ſcabinagio ſuo et forefacta que in dicto Aqueductu vbique vel ſub pontibus vel ſub fluſa fieri contigerit per ſcabinos de Rodenburg habeant judicarj forefacta autem que ſupra pontes Aqueductus et fluſam fieri contigerit in virſcarnia franca brugenſ habebunt judicari / hoc tamen excepto, quod ſi aliquis dictam fluſam aliter quam eundo vel equitando / ſeu cum curru transeundo malicioſe leſerit ita quod inde asſerem vel lignum asportauerit / huiusmodi forefactum per dictos ſcabinos de Rodenburgh debet judicari · Item quocienscunque prefati ſcabini Aqueductum profundius fodere vellent / ex vtraque parte lutum ſiue terram eici et deportari cum ſuo *custu* facient nullo contradicente / et ſi ad opus fluſe vel alicubi in Aqueductu predicto terra jndigeant ad legem *virſcarnij* predicti illam ſibi acquirent / ſiquis ſpeiam vel fluſam fregerit vel lignum inde tulerit forefactum inde per ſcabinos de Rodenburgh debet iudicari · Item tanta debet esſe latitudo et altitudo inter iuga pilarum pontium quanta erit inter postes fluſe / vt naues per fluſam transeuntes ad pontes non jmpediantur / Preterea arbitratus est idem baillivus quod Aqueductus et fluſa post tercium diem arbitrij ſui prolati ſunt in custo-

A. 1243. M. Iun.

dia

A. 1243. M. Ian. dia et procuratione ſcabinorum de *Rodenburgh* qui de eadem ſluſa pro commodo ville facient quod eis viſum fuerit expedire / et ſi per negligentiam vel defectum custodie quam ipſi ſcabini habere debent ad dictam ſluſam mare inundauerit ita quod ſine violenta fluctuum tempestate terra circumiacens ſubmerſa fuerit et peiorata Nos ſuper hoc audita querimonia ab hominibus foris manentibus et reſpontione audita a ſcabinis de *Rodenburgh* faciemus de re gesta inquirere *veritatem*, et diiudicare quod viſum fuerit eſſe iustum Item ſi homines foris manentes exaquationem habere voluerint per Aqueductum predictum pro aquis de terra ſua educendis eis non poterit contradici Item ſuper illos qui manent apud *ſlepeldam* non licet ſcabinis de Rodenburgh facere talliam vel curam, niſi per *ſluſam* nauigio voluerit transire Et vt predicta rata maneant et inconcuſſa Preſentibus litteris ſigilla nostra duximus apponenda. Actum anno dominj millo ducenteſimo tercio / Menſe Ianuario. —

N. CXXVIII.

Digitized by Google

N. CXXVIII.

HVGO, Caſtellanus Gandenſis, terram et Moer, ſita iuxta Curtem de *Crailo*, vendit Monaſterio Affligemens. A. 1243. M. Iun.

A. 1243. M. Iunio.

Ad Excurs. VII. p. 258.

(Ex Archivis Monaſterii Affligemenſis Tom. I. p. 472.)

Omnibus praeſentes litteras inſpecturis HVGO *Caſtellanus Gandenſis* aeternam in domino ſalutem. Quoniam memoriam rerum geſtarum tenacius conſeruant indicia litterarum vniuerſitati veſtrae praeſentium tenore notum facio quod ego conſentiente vxore mea vendidi eccleſie *Haffligemen* omnem terram et moer iacentes inter duas vias quae terra et moer ſe extendunt a terra curtis de *crailo* usque ad locum in quo dicte vie conueniunt verſus occidentem. Et quia dicta terra et moer (1) ad meum feodum quod de *domino Comite flandrie* teneo pertinebant ipſas ſcilicet terram et moer per iudicium hominum meorum et ſcabinorum de *bornhem* prefate eccleſie ſollempniter et legitime tradidi iure hereditario in perpetuum ab eadem eccleſia, cum omni integritate ſua poſſidendas videlicet pro duodecim denariis flandrenſibus ſingulis annis michi et meis ſucceſſoribus nomine annui cenſus ad natale domini perſoluendis. preterea

(1) *Moer*] Est vox vernacula, quae ſignificat *terram udam, paluſtrem.*

A. 1243. M. Iun. terea firmiter promiſi ſuper hijs omnibus dicte eccleſie debitam et fidelem ſemper me facere warandiam nichil iuris uel ſeruitii in eisdem terra et moer michi et posteris meis reſeruans preter cenſum annualem. Vt autem predicta omnia rata ſemper permaneant et inconuulſa preſentes litteras memorate eccleſie tradidi ſigilli mei munimine roboratas. datam anno domini M°. CC°. quadrageſimo tertio. menſe iunio.

* * *

„ Appendet Sigillum in viridi cera, cui impreſſus erat eques, dextra
„ ſtrictum gladium, ſiniſtra ſcutum et frenum tenens, cum hac in-
„ ſcriptione orbiculari:

„ ✠. *S. Hugonis Caſtellani Gandenſis dni Huſ.*

„ In contraſigillo impreſſum erat caput cum his litteris in circuitu:

„ ✠. *S. H. Caſtellani Ga. /.*

„ Concordantiam cum ſuo Origˢnli atteſtor

„ P. van Laethem nots. 1699. "

N. CXXIX.

N. CXXIX.

WILLELMVS II. Com. Holl., et RICHARDIS Domicella, ipſius amita, conferunt Abbatiae *Rijnsburg.* menſuram *butiri* in *Delf.* A. 1243. d. 18. Nov.

A. 1243. d. 18. Nov.

Ad Cod. Dipl. p. 234.

(Ex Originali in Archivis Rijnsburg.)

WILLS dei gratia *Comes Holl*· et RIKARD eiusdem gratia *Domicella Holle*· omnibus preſens ſcriptum viſuris ſcire veritatem· Vniuerſitati veſtre ſignificamus· quod· nos manu et voluntate communi· pro peccatis noſtris propriis· et ob remedium et ſalutem animarum noſtrarum necnon pro animabus pie memorie FLORENTIJ Comitis· et WILLI fratris ſui· habita deliberatione ſufficienti contulimus conuentuj de *Rinsburg* in elemoſinam reditus de *menſura* butiri apud *Dilf* iure hereditario jnperpetuum poſſidendos· Ita ut ſupradictus conuentus de Risburg· dictorum FLORENTIJ Comitis· et fratris ſui WILLI· Anniuerſarium faciens· quelibet dominarum omnis . . . . . * feria habeat dimidium Mindel vini jnperpetuum. Cum Anniverſarius RIKARD Domicelle fuerit habeant integrum Mindelon· Si qua vero falſitas in menſura butiri ſuperius memorati apud *Dilf* reperta fuerit iuſticiam et emendam ipſius nobis reſeruamus·

* *Vox contracta, quae legi non poterat.*

A 1243. d. 18. Nov. Vt autem hec noſtra donatio firma maneat et integra et a nemine unquam violetur preſentem paginam Sigillorum noſtrorum munimine Roboramus· Datum et actum· Anno domini·M·CC·XLIIJ· In octavis Martini·

* * *

PRIVS modo Sigillum appendet, mutilum tamen, et ſine parte averſa. Conſpicitur in eo equus ſine cataphracta, cui inſidet iuvenis ——. Supererant in perigraphe hae literae:

· · MITIS: HOLL . . . .

ALTERVM RICHARDIS Sigillum erat avulſum; ſupereſt tamen alibi, bene conſervatum, figuram exhibens mulieris equo conſidentis et aviculam manu tenentis, his literis:

RICHA · · · DOMICELLE· DE HOLLANDI · · ·

Vid. TAB. XIV. n°. 6.

(1) Antiquiſſima Oppidi Delfenſis Chora ſeu Libertatis Charta, quam producunt ſcriptores, data eſt anno 1246. Vid. MIER. D. I. bl. 228. et *Beſchrijving der Stadt Delft*, fol. 1729. p. 22. ſed iam antea oppidi nomen geſſisſe, probatur ibid. p. 21. ubi ex quodam iſtius aevi MS. Belgico memoratur, *ti ſtede to Delft — tot Holtlant.* Ex hac Charta patet, iam a. 1243. illic exſtitisſe *Mercatum Butiri*, ex quo *menſura Butiri* (*de Botermaat*) conceditur Abbatisſae Rinsburg. unde lux affunditur Chartae ibid. *Beſchr. v. Delft* p. 575. a. 1329. de iure Abbatisſae in *Butiri menſuram* ex hoc Diplomate derivando. Erat autem urbs tunc adhuc Dominium *Richardis Domicellae Hollandiae*, quae *Domicella de Delft* vocatur, propterea quod a patre ſuo WILHELMO I. hoc Oppidum tamquam alodium ſuum in proprium accepit; quod icciroo apud I. A LEID. *Chr. Belg.* L. XXIII. C. 31. *fundus patrimonii ſui* vocatur, in quo fundavit Monaſterium feminarum, qui *Campus Regius* ſive *Koningsveld* dicitur. Hanc igitur WILHELMVS donationem, ſine amitae ſuae *Richardis* conſenſu, inſtituere non poterat. Plura de *Richarde* alibi.

N. CXXX.

Digitized by Google

N. CXXX.

MARGARETA Comit. Flandriae, ſecuta exemplum FERNANDI Comitis Flandr. *Burgenſes de Ardenborg* immunes declarat a Teloneo ad Oppidum *Damme.* A. 1244. M. Febr.

A. 1244. Mens. Februar.

Vidimus A. 1309. d. 3. Sept.

Ad Excurs. VII. p. 130.

(Ex Registro Pergameno Oppidi Ardenburg. fol. 1 x. ubi etiam exſtat Verſo Belgica, ſatis antiqua.)

Vniuerſis preſentes litteras Inſpecturis · A · permisſione díuína. Abbas monasteríj beate maríe *de dulci valle* / ordinis Sancti Augustíní / et NICHOLAVS · decanus Christianitatis *Ardenburgenſis* Tornacen̄ dyoces. ſalutem in domino · Nouerint vniuerſi nos litteras ſiue cartas · domne MARGARETE condam *Flandrie et Hanonye Comitisſe* non abolitas / non concellatas / non corruptas / nec in aliqua ſui parte viciatas ſigillo ſuo ſigillatas in latino conſcriptas / vidisſe / legisſe / ac diligenter Inſpexisſe prout prima facie apparebat / tenorem et formam qui ſecuntur continentes · ·

· · M · · *Flandrie et Haynonie* · *Comitisſa* dilectis ſuis *thelonearijs* de *dam* ſalutem et dilectionem · Intelleximus per cartam píe memoríe · FERNANDI · *Comitis Flandrie* et *Haynon̄* / quod burgenſes de *Rodenburgh* / tam preſentes quam futurí exempti

 ſunt

Digitized by Google

A. 1244. M. Febr. ſunt A theloneo apud *dam* Imperpetuum· Vnde vobis mandamus et volumus quatenus dictos·burgenſes tam preſentes quam futuros ſuper eodem theloneo quitetis/ et ſi quid ab eis pro dicto theloneo accepistis/ eisdem reſtituatis/ volumus enim ſuam libertatem plenius obſervare· Datum Inſulis anno dominj mill·cc·xLquarto Menſe februar.

In cuius Rei testimonium ſigilla noſtra preſentibus litteris duximus apponenda· Datum Anno Dnj/ M/ ccc/ nono/ die Mercurii post decollationem beati Iohannis baptiste·

N. CXXXI.

A. 1244. M. Sept. MACHTILDIS, Comitiſſa Hollandiae, largitur Monasterio Affligemenſi 100. libras Lovanienſes pro anniverſario ſuo, variis ſub conditionibus.

A. 1244. M. Sept.

(Ex Archivis Abbatiae Affligemens. T. III. p. 390.)

Omnibus has litteras viſuris· MATHILDIS *Comitiſſa hollandiae* aeternam in domino ſalutem· Nouerint vniúerſi quod ego pro ſalute anime mee et omnium parentum meorum eccleſie *haffligen* centum libras louanien in elemoſinam contuli·pro quibus tempore vitae quadraginta modios aúene ad menſuram bru-

(1) *Procurandos*] Durat adhuc haec Hospitum *procuratio*, quam ipſe a Rever. huius Abbatiae Praepoſito BEDA perhumane per tres dies noctesque expertus ſum. Officioſiſſimi autem huius viri humanitati debeo Affligemenſes quas promo Chartas.

(2) *Aleidis*] Fuit haec postea coniux

bruxellenſem a dicta eccleſia ſingulis annis recipere debeo · niſi dictos modios eidem eccleſie aliquando duxero remittendos · dicta vero eccleſia poſt mortem meam a ſolutione dictorum modiorum libera omnino erit · et abſoluta · hoc ſaluo quod de dicta penſione auenae in anniuerſario meo conuentui haſſligenienſi annuatim aſſignaui centum ſolidos ad ſolempnem refectionem faciendam · quadraginta ſolidos ad hoſpites procurandos (1) · ſexaginta ſolidos ad comparandum pannum pauperibus diſtribuendum · preterea ego et due filie mee · videlicet ALEIDIS (2) et MARGARETA (3) in dicta eccleſia haſſligenienſi ſepulturam noſtram elegimus ſi infra terram domini ducis (4) · mori nos contingat · orationibus fratrum ibidem nos tam uiuas quam mortuas humiliter commendantes · In quorum teſtimonium preſentes litteras ſigillo meo tradidi roboratas · datum anno domini M · C C quadrageſimo quarto menſe ſeptembri · A. 1244. M. Sept.

* * *

„ Appendebat Sigillum (*a*) Magthildis Comitiſſae Hollandiae in viridi cera de cauda pergamenica duplici.

„ Concordantiam cum ſuo Originali atteſtor

„ P. van Laethem nots. 1700. "

(*a*) Sigillum rotundum ibid. expreſſam repraeſentat *Machtildem* equo phalerato oblique inſidentem, dextra frenum tenentem, ſiniſtra avem geſtantem cum loro: Volat alſera ſupra caput equi avicula. Ipſum Sigilli Ectypon in aes inciſum vid. TAB. XIV. n. 3.

lux *Ioannis* de Aveſn., cuius filius *Ioannes* II. in Hollandiae terras ſucceſſit.

(3) *Margareta*] Nupſit haec *Hermanno* Comiti de Henneberg.

(4) *Ducis*] Non mirum hoc! Fuit enim *Machtildis* filia *Henrici* Ducis Brabantiae. Vid. ſupra p. 366.

N. CXXXII.

N. CXXXII.

A. 1245. M. Dec. MARGARETA Flandriae Comitiſſa recenſet atque confirmat poſſeſſiones Abbatiae Dunenſis, quae nunc Brugis eſt; in iisque, tamquam *ſuperior Zeelandiae Domina* confirmat bona et iura, quae habentur a Comitibus Hollandiae et Nobilibus Zeelandiae.

A. 1245. M. Dec.

Ad Excurs. VII. p. 210.

(Ex MIRAEI *Opp. Dipl.* Tom. III. p. 111.)

Ego MARGARETA *Flandriae* et *Hannoniae Comitiſſa*, notum facio univerſis tam praeſentibus quam futuris, quod dilecti in Chriſto Filii et Viri Religioſi Abbas et Conventus de Dunis Cist. Ord. mihi humiliter ſupplicarunt, ut Privilegiis et Inſtrumentis eorum inſpectis, poſſeſſiones, libertates, et alia bona univerſa, quae a Praedeceſſoribus meis, nec non ab aliis fidelibus per donationem, emptionem ſive alio iusto titulo acquiſierunt, cum iis quae ſine ſcripto in praeſenti poſſident dignarer confirmare. — — — —

Item apud Zandum et Noorthof et Franckendicke quae grangiae ſunt Eccleſiae de Dunis. In Officio de *Hulst* circiter 5600 menſuras terrae dicatae, et 2402 menſuras terrae non dicatae; et in eodem Officio morum cum fundo ipſius mori, qui continet 300 circiter menſuras in latitudine ad frontem, cum terra

quae

quae dicitur vulgo *Noort-Oest* ad eundem morum pertinente. A. 1245. M. Dec.

Item 60 circiter libras Flandrenſes in certis redditibus per Flandriam ſparſim iacentibus: item ad portas Abbatiae de Dunis et grangiarum eius 110 libras Flandrenſes in redditibus ad opus pauperum.

Praeterea poſseſſionibus et libertatibus et aliis iuribus, quaecumque dictum Monasterium de Dunis a *Comitibus Hollandiae et Nobilibus Zelandiae* vel ab aliis fidelibus in *Zelandia* iusto titulo acquiſivit, Ego SVPERIOR DOMINA TERRAE ZELANDIAE conſenſum meum adhibeo, et omnia dicto Monaſterio confirmo.

Ad haec, quia praefatum Monaſterium magnam patitur moleſtiam, et in brevi quaſi ex toto obrui poſse videtur a ſabulo, ſive arena volante de *dunis*, niſi aliquo occurratur ei remedio; concedo eidem Eccleſiae, ut ſpinas et runcos et nemora et virgulta plantare —— —— —— ——

Haec autem omnia -- -- -- -- confirmo: ſed nullam iurisdictionem temporalem in hominibus ſaecularibus ſuper terras ipſius Eccleſiae manentibus per hoc me conferre intelligo. -- --

Acta ſunt -- -- anno ab incarn. Dom. milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto, menſe Decembri.

N. CXXXIII.

A. 1246. M. Iul. Laudum LVDOVICI Regis Francorum, et ODONIS Epiſcopi Tusculani, Apost. ſedis legati, de dividenda hereditate MARGARETAE Flandr. Comitisſae, inter filios ex duplici matrimonio genitos; quo conſtituunt, 1°. MARGARETAM, ſalvo hoc arbitrio, quamdiu vixerit, plenam habituram omnium Comitatuum ac bonorum potestatem. 2°. IOANNI de Avesnis, filio Margaretae, deberi Comitatum *Hannoniae*, ſalva fratris BALDVINI cautione pro portione hereditaria. 3°. Asſignantur reliqua GVIDONI et eius fratribus. Ex quo arbitrio IOANNES de Avesnis cum fratre a. 1248. M. Ian. omni renunciant iuri in *terras Zeelandiae* (1).

A. 1246. M. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 212.

(Ex MARTENE *Theſ. Anecd.* T. I. p. 1092-1095. et hinc MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 321-323. Habet etiam BALVZ. *Epiſtol. Innocent.* III. T. II. p. 595.)

LVDOVICVS Dei gratia Francorum Rex et ODO eadem gratia Tuſculanus epiſcopus, apostolicae ſedis legatus, univerſis praeſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

No-

(1) *Zeelandiae*] Ad hanc ſententiam ſive Laudum multae ſpectant Chartae quaquaverſum diſperſae; de quibus vid. not. ad a. 1252. d. 26. Iun.

Digitized by Google

Notum facimus, quod cum inter liberos nobilis MARGARE- A. 1246.
TAE Comitisſae Flandriae et Haynoniae, quos de nobili viro M. Iul.
BOVCHARDO de Avesnis ſusceperat ex una parte, et eos quos de nobili viro GVILLELMO de Domna-petra eadem Comitisſa ſusceperat ex altera, mota esſet contentio ſuper eo quod utraque partium praedictarum Comitatus Flandriae et Haynoniae, et totam terram, quam tenet dicta Comitisſa, dicebat ad ſe post obitum ipſius matris eorum iure hereditario pertinere: tandem de voluntate et asſenſu praefatae comitisſae et utriusque partis amicorum conſilio ſupradicti liberi in nos duos unanimiter compromiſerunt tali modo, quod ſecundum formam iuris vel iudicii non esſet in hoc arbitrio procedendum, cum tota terra praedicta per viam iuris parti alteri debere cedere dinoſceretur: ſed de terra praedicta debebamus taliter ordinare, quod utrique partium de dicta hereditate partem asſignaremus, ſecundum quod nobis videretur bonum esſe; ita videlicet, quod ambo capita dictorum comitatuum uni eorum dare, vel alterum uni; et reliquum alii, vel partem alteri in comitatu altero, vel utroque, prout nobis bonum videretur, posſemus asſignare.

Condictum etiam fuit et concesſum, quod ſi comitatu Flandriae alteri parti per dictum nostrum asſignato, alii vellemus in eodum comitatu partem terrae asſignare; ille qui partem illam haberet, comitatum habenti de ea homagium faceret, et

 par-

A. 1246 M. Iul. partem illam teneret de eodem. Similiter ſi comitatu Haynonenſe per dictum noſtrum alicui eorum asſignato in comitatu illo alii partem asſignaremus; ille qui partem illam in comitatu haberet, comitatum habenti homagium faceret, et partem ſuam de illo teneret, niſi terrae conſuetudo in contrarium ſe haberet. Quod ſi esſet, homagium faceret, et partem ſuam teneret, ſecundum quod terrae requireret conſuetudo. Inſuper est ſciendum, quod partes in hoc unanimiter convenerunt, quod ſi ſine liberis de uxore ſua deſponſata procreandis contingeret aliquem praedictorum decedere: frater eius germanus, vel ſoror eius germana, ſi decedens fratrem non haberet germanum, eidem decedenti ſuccederet in tota terra quam haberet. Fuit etiam concorditer concesſum, quod ſi nos, ODONEM legatum, hiis exequendis contingeret non adesſe: vir nobilis ROBERTVS comes Attrebatenſis, frater domini regis, ad haec exequenda reciperetur ſine contradictione aliqua loco noſtri. Voluerunt autem partes et concesſerunt, quod illud quod ordinaretur, fieret, ſalvo honore utriusque partis: ita tamen quod propter hoc non remaneret, quin partes et diviſiones terrarum et totius hereditatis praedictae manerent ſtabiles et firmae, prout a nobis esſet ordinatum. Concesſerunt etiam partes, quod contentae esſent diviſionibus illis et partibus, quas eis asſignaremus, nec contra ordinationem noſtram venirent aliquo modo, nec unus in parte alii asſignanda, ſive in proprie-

prietate, ſive in posſesſione, aliquid per ſe, vel per alium A. 1246. M. Iul.
reclamaret; nec moveret quisquam eorum contra alterum ſuper hiis in eccleſiaſtica, vel ſaeculari curia, quaestionem aliquo modo, vel aliqua ratione iuris aut facti. Conceſſimus autem nos Rex, quod nos reciperemus in hominem de comitatu Flandriae, vivente dicta Comitisſa, ſi ipſa hoc petierit, illum qui per ordinationem noſtram dictum comitatum haberet, ſalva vita Comitisſae, et ſalvo in omnibus iure noſtro. Propter abſentiam autem utriusque partis, vel alterius, non dimitteremus, quin, ſi vellemus, in eodem arbitrio procederemus; et quidquid fieret vel ordinaretur per nos duos, tantum valeret, et ita tenerentur partes firmiter obſervare, ac ſi ipſis partibus praeſentibus factum esſet. Haec autem omnia facta fuerunt et conceſſa, eo ſalvo quod Comitisſa praedicta, non obſtantibus dicta compromisſione, vel arbitrio noſtro, aut ordinatione, quam ſupra his faceremus, plenam quamdiu vixerit habeat poteſtatem, et adminiſtrationem praedictorum Comitatuum, et totius terrae ſuae; et de ipſis posſit pro voluntate ſua facere, ſicut poterat ante compromisſionem praedictam. Salvo eo quod praedicta Comitisſa nulli praedictorum liberorum ſuorum posſit terram aliquam, ſeu redditum dare, praeter partes quae per nos eis esſent asſignatae, nec alicui eorum aliquid dare ſupra partem alteri asſignatam. Supradicta autem omnia et ſingula promiſerunt nobis et ſibi invicem dictae partes ſe firmiter ſervatu-

Digitized by Google

A. 1246. M. Iul. vaturas, et contra nullo unquam tempore quocumque modo venturas, praeſtito coram nobis ſuper his corporaliter iuramento.

Li dis à Paris.

Nos autem in nomine Patris, et Filii, et Spiritus-ſancti. Amen. In negotio praefato taliter ordinamus, et per dictum noſtrum aſſignamus IOHANNI de Aveſnis militi totum Comitatum *Haynoniae* cum omnibus pertinentiis: ita quod BALDVINO fratri ſuo militi tenetur de eodem Comitatu in portione hereditaria providere. GVILLELMO vero de Domna-petra militi aſſignamus totum Comitatum *Flandriae* cum omnibus pertinentiis: ita quod fratribus ſuis germanis, GVIDONI ſcilicet et IOHANNI, tenetur de eodem Comitatu in portione hereditaria providere. Hae autem proviſiones fient ſecundum conſuetudines Comitatuum praedictorum. Haec ſiquidem pronunciamus, retenta nobis poteſtate declarandi et exponendi ea quae in dicto noſtro continentur, ſi forte inter partes ſuper eo aliqua dubietas oriretur. Praenominatae autem partes dictum noſtrum ſicut prolatum eſt approbaverunt, et ratum et gratum habuerunt: promittentes ſe dictum iſtud fideliter ſervaturas, et nullo umquam tempore contraventuras; et ad maiorem ſecuritatem litteras ſuas ſuper his nobis dederunt ſigillis ſuis ſigillatas. In cuius rei teſtimonium, praeſentibus litteris ſigilla noſtra duximus apponenda.

Actum

Digitized by Google

Actum Pariſius, anno Domini MCCXLVI. menſe Iulio. A. 1246. M. Iul.
Tenor autem declarationis, quam ſuper praemiſsis alias fratres nostri dominus IOHANNES et BALDVINVS de Avesnis ſupradicti fecerunt in Gallico, talis est in Latino.

Li reclamations apries le dit.

Nos IOHANNES de Avesnis, et BALDVINVS, fratres milites, filii illustris dominae MARGARETAE Comitisſae Flandriae et Haynoniae, notum facimus univerſis praeſentes litteras inſpecturis et audituris, quod, quando dominus rex Francorum, et epiſcopus Tusculanus, tunc legatus in Francia, protulerant dictum ſuum de compromisſo facto in ipſos a nobis ex parte una, et fratribus nostris, GVILLELMO, GVIDONE, et IOHANNE de Domna-petra ex altera, nos post illud dictum poſuimus in calengia, ſive reclamavimus terram de *Wave-res*, de *Zubeveland*, de *Norbeveland*, de *Berſele*, et omnes inſulas Zelandiae cum pertinentiis earum; Quatuor etiam *officia*, *Waiſiam* et terram de *Alost*, Geraldi-montem, et omnes dictarum terrarum pertinentias, et omnes terras, quas domini Flandriae tenebant ac tenuerant de Imperatore, temporibus illis, in quibus Comites Flandriae non tenebant Haynoniae Comitatum, et dicebamus quod praedicta non pertinebant ad dictum regis et legati praedictorum, nec erant de pertinentiis Flandriae.

l. *Walcres.*

Li quitations.

Et nos post dictam reclamationem, ad preces et requiſitionem

A. 1246. M. Iul. nem Kariſſimae dominae ac matris noſtrae ſupradictae, dimittimus calengiam, ſeu reclamationem praedictam totaliter, et quitamus in perpetuum, pro nobis et heredibus noſtris, fratribus noſtris ſupradictis, et eorum heredibus terras antedictas et earum pertinentias tali modo, quod neque nos, neque alius ex parte noſtra de cetero poſſumus aliquid reclamare in dictis terris, aut earum pertinentiis, neque in feodis, neque in demaniis, neque in allodiis, neque in hereditatibus, de quibuscumque teneantur, et renunciamus expreſſe pro nobis et noſtris ſucceſſoribus, omnibus iuribus, et omnibus legibus, omnibusque conſuetudinibus, et uſagiis, quae valere nobis in his poſſent, aut noſtris heredibus, contra fratres noſtros praedictos, aut eorum heredes. Recognoscimus etiam, quod omnia ſupradicta, et feodum Angliae, atque catellania de Cameraco, et gavalus de Cambreſis, ſunt de pertinentiis Flandriae, et pertinent ad fratres noſtros praedictos, et eis debent ac eorum ſucceſſoribus permanere. Promiſimus inſuper, fide et ſacramento praeſtitis, quod numquam ab hac die, et deinceps contra hanc quitationem, et contra praedicta, per nos, vel per alium veniemus; ſed ea ſervabimus, et tenebimus bene et fideliter omnibus diebus. Et in teſtimonium et ſecuritatem praedictorum, fecimus praeſentes litteras fieri, et ſigillis noſtris ſigillari.

Actum anno ab Incarnatione Domini noſtri MCCXLVIII. menſe Ianuario.

N. CXXXIV.

Digitized by Google

N. CXXXIV.

WILHELMVS II. Comes Holland. confirmat Abbatiae S. Michaëlis Piscariam in *Winocsorde*. A. 1246. M. Mart.

A. 1246. M. Mart.

Ad Excurs. VII. p. 292.

(Ex Authentico in Abbatia S. Michaëlis Antverpiens. T. VII. fol. 5. n. 8.)

WILHELMVS, Dei gratia *Hollandriae et Zelandriae Comes* vniverſis praeſentem paginam inſpecturis ſalutem ac noſcere veritatem. Tam praeſentium quam futurorum transmitto noticiae quod ego piſſcariam de *Winocsorde* iuxta aggerem quae meae ſubiacet ditioni, quam Eccleſia Beati Michaëlis in *Antwerpia* plurimo tempore iam poſſederat, licet ipſam quandoque inpetiverimus, ob remedium animae meae et omnium praedeceſſorum meorum praedictae Eccleſiae recognovi, et quicquid iuris mihi in eadem piscaria competebat in manus venerabilium virorum Abbatis ſcilicet et Conventus eiusdem Eccleſiae in praeſentia noſtra conſiſtentium voluntarie reſignavi. Vt autem hoc ratum maneat et inconvulſum praeſentem cartulam duxi ſigilli mei munimine roborandam. Teſtes

Dominus Wolfardus.
Dominus Nicholaus Perſien.
Otgerus Nicholaus de Puthe.
Et alij plures.

A. 1246. M. Mart. Actum et datum *Antwerpiae* anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto Menſe Martio.

* * *

„ Et dictis litteris appendebat cauda duplex pergamena, cui apparebat „ annexum fuiſſe ſigillum.

„ Ex Origin. coll.

Nicolaus de Riemer ".

N. CXXXV.

A. 1246. M. Maio. EVSTACHIVS, aliique Zeelandiae Nobiles terram in Officio de *Alardskerke* vendunt ADAE Abbatiſſae in Rijnsburg, quam illis antea vendiderat WILHELMVS Comes (1).

A. 1246. M. Maio.

Ad Cod. Dipl. TAB. *XVI.*

(Ex Originali in Archivis Rijnsburgens.)

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Notum ſit vniuerſis preſentibus et futuris preſentem paginam inſpecturis quod ego. EVSTACIVS filius BOENEN. EVSTACIVS filius GERVLPHI. GOSVINVS de *Alartskerke*. et MONINVS filius CONRADI. terram extra aggerem que uulgo *ſcor* dicitur. quam Eccleſia in *Rinsborgh*. longo tempore poſſederat in Offitio de *alarts-*

(1) Hanc dedi Chartam, literis minutis eleganter exaratam, ut non modo cognoſcantur res geſtae et terrae iura, ſed etiam *Nobilium* nomina ac Sigilla, quorum ectypa dabo TAB. XVI. qui in ultima Charta nominantur:
Catharina Domina de Vorne et de Teilinge.
Theodericus Dominus de Brederode.
Henricus Castellanus in Leiden.

Digitized by Google

alartskerke inter terram *Copmans filii petri* · a parte orientali · et A. 1246. M. Maio.
terram *Goſuini de alartskerke* · a parte occidentali iacentem · cum
Comes WILLELMVS · eam ſibi vendicasſet nos ad petitionem
venerabilis Domine ADE Abbatisſe in *Rinsborch* · ipſi eandem
terram totam quam dicta eccleſia ante posſederat · ſicut dictus
Comes · W · eam nobis vendidit cum omni integritate et iure · et
incremento quod eidem terre verſus mare accreſcere poterit vendidimus · et coram prefato *Comite* · et *Scabinis de Middelborch* ·
in manus dicte · A · abbatisſe libere reſignauimus · Vt autem ·
huius rei veritas et huius emptionis firmitas in perpetuum rata
et ſtabilis perſeueret preſentem paginam ſigillis venerabilium
virorum · Domini NICHOLAI abbatis in Midd. Willelmi · Decani in Walacria · et Custodis fratrum Minorum in Holland. fecimus communiri ·

Acta ſunt hec anno gratie · M · CC · XLVI · In Menſe Maio.

* * *

* I. Appendent ex duplici vitta pergam. ex cera alba tria Sigilla mutila, quorum
1. Abbatem Middelb. erecta figura repraeſentat.
2. Duas Aves rostris in coelum ſublatis, cum linea intermedia et lilio.
3. Equitem gladio evaginato, adſidente manibus ſupplicibus puero.

II. Exſtat et huius Chartae Vidimus a. 1310. *fer. ſexta post Paſcha*, quod dederant: *Nos H. diuina permisſione Abbas Monaſterii beate marie in Middelburg ordinis premonſtratenſis*, *Traiect. dyoces.*, *Gardianus fratrum minorum in Middelb. ordinis beati Franciſci*, *nec non .W. decanus Christianitatis Wallacrie* —

Appendent tria Sigilla,

1. NICOLAI Abbatis erecta figura, cum piſce et rastro, ut alibi: his literis:
S: ABBATIS: ECCLESIE: DE: MIDDELBOR..

 2. Fi-

A. 1246. M. Maio.

2. Figura Monachi erecta, cui ad dextram muliercula, ad ſiniſtram viret frutex. Literae lectu difficiles.

3. Fere periit.

III. Exſtat et alterum a. 1312. *Dominica ante Ambroſij*, quod dederunt: *Nos bertoldus dei gratia abbas egmondenſis Prior fratrum ordinis predicatorum in harlem / katerina domina de voerne et de telinghe / Theodericus dominus de brederode / et heinricus caſtellanus in leyden /* —— —

Appendent 5 Sigilla adhuc integra.

1. Abbatis Egmondenſis, ſedentis, cum pedo, his literis ſuperſtitibus:
SIGIL · · · ·: ABBA · · · · · · · · · · · · NSIS·

2. Duorum colloquentium, his literis:
PRIORIS FRA· · · · EDIC· IN· HARL · ·

3. Sigillum Hollandiae *Leo*, cum Lambello per collum — ultimis literis · · · · VORN.

4. Sigillum Brederodiae, *Leo*, cum trabe obliqua, his literis:
· · · · TS' DNI THEODICI DE BREDERO · · · ·

5. Sigillum Caſtellani de Leiden, his literis:
✠ S· HEIRICI CASTELLANI DE LEYDEN.

N. CXXXVI.

A. 1246. d. 21. Maii.

WVLFARDVS Dominus de Maelſtedę donat Monaſterio *Ieruſalem* prope *Bieſelinge* in Zuidbevelandia XXV. terrae menſuras.

A. 1246. d. 21. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 296.

(Ex Originali in Monaſterio S. Victoris Antverpiae.)

Vniuerſis preſens ſcriptum viſuris WVLFARDVS dominus de *Maelſtede* (1) In perpetuum · ſcire et noſce · Quod ego vigin-

(1) *Maelſtede*] Vocatur in alia Flandr. a. 1252. (MIRAEI *Opp. Di-*
Charta MARGARETAE Comitiſſae *plom.* T. III. p. 113.) *dilectus et fide-*
lis

Digitized by Google

viginti et quinque menſuras terre iacentes infra hos terminos · viam regiam que ducit de *Byzelinge* uerſus *vlaka* ex auſtrali parte · aquemeatus qui dicitur *Muluht* ex orientali parte · viam que ducit de *Maelſtede* vsque *Sparth* · ex boreali parte · viam que ducit de *Maelſtede* vsque *Byzelinge* ex occidentali parte. contuli libere et abſolute clauſtro Sanctimonialium ordinis Ciſtercienſis · dicto *Ieruſalem* in eadem terra in preſcriptis terminis et in dominio meo edificato · Recongnoſco (*ſic*) etiam quod predicta terra · dicto clauſtro cedet libera · ab omni *exactione* · ſcilicet; *Scoti Comitis* ſiue qualibet alia · et decimarum frugum et Nutrimentorum ſolutione et vt hoc saluum ſit · et ſtabile dicto clauſtro et ne a GERARDO filio meo uel ab aliquo ſucceſſorum meorum poſſit hec mea donatio infirmari · preſens ſcriptum ſeci conſcribi in teſtimonium Sigillis meo · G · *decani Suthbeuelandie* et domini GODEFRIDI *de Cruninge* Sigillatum · Datum et actum anno . Domini · M · CC · Quadrageſimo Sexto · Menſe Maio . feria ſecunda ante Vrbani pape (2) . . . .

A. 1246. d. 21. Maii.

lis ſuus *Dominus Wulfardus Dominus de Waſtina et de Malſtede*, qui *Perſonatum de Hulst a Margareta* in feodum tenens cum *effeſtucavit ad opus Eccleſiae Curtracenſis*. Ingentes hic in Zeelandia et Waſia habuit poſſeſſiones. Plures ſervo huius et GERARDI filii Chartas, de quibus alibi oportunior erit dicendi locus. Nunc tantum confer Chart. a. 1248. M. Iul. et d. 21. Aug.

(2) *Pape*] Duplex huius Chartae exſtat exemplar autographum, quorum alterum ſolo *duntaxat Wulfardi* Sigillo eſt communitum; in quo etiam pro vocibus: *ordinis ciſtercienſis* varia lectione exſtat *ordinis ſancti victoris*; et in fine omiſſa ſunt *G. Decano Suthbev. et Dom. Godefr. de Cruninge*; quia illorum Sigilla huic aberant Chartae.

Digitized by Google

A. 1246. d. . Mart.

* * *

Appendent duo Sigilla ex vittis pergam.

PRIVS eſt Sigillum WVLFARDI, rotundum, ſed mutilum; ſcil. Eques cum ſcuto in pectore, his literis: ARDI: D....

Contraſigillum idem Scutum ab Aquila bicipiti ſuſpenſum his literis:

✠ WVLF.... TEDE .

ALTERVM eſt rotundum Comitisſae Hollandiae Sigillum, in cera alba, cum phaleris et avicula cum loris. His literis

...... DIS. S....... TIS: HOLE........

Contraſigillum Scutum Holl. literis: CLAVIS SIGILLI.

Hoc tamen Sigillum non huius eſt Chartae; quod poſtea animadverti, utpote quod ope aciculae Chartae erat annexum. Perierunt igitur duo Sigilla.

N. CXXXVII.

A. 1246. d. 9. Aug.

WILHELMVS Comes Hollandiae permittit Monaſterio Afſligemenſi, ut annua XX. vaſa vini deducant ſine exactione ex teloneo percipienda.

A. 1246. d. 9. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 287, 292, 330. not.

(Ex Originali, in Monaſterii Affligemenſis Archivis, quae adſervantur in Palatio D. Excell. Archiepiſcopi Mechlin.)

WILLELMVS *comes Hollandie et Zelandie* (1) Vniuerſis preſentes litteras viſuris/ ſalutem/ et cognoſcere veritatem. Noue-

(1) *Zelandie*] Obſerva *Zeelandiae* 1246. p. 505. occurrit: a quo tamen titulum, qui hac in Charta Originali, poſtea iterum abſtinuit; ut fidem faciunt, nec non praeced. Charta M. Mart. a. quae ſequentur Chartae.

Digitized by Google

Nouerint vniuerſi / quod nos ob remiſſionem noſtrorum peccaminum nec non anteceſſorum noſtrorum conceſſimus et induſſimus Viris religioſis et dilectis amicis noſtris abbati et Conuentui monaſterij *Haſſligeñ* quod viginti vaſa vini ad vſus ſuos proprios pertinentia vndique ante noſtra Thelonea deducere poſſint annuatim absque omni exactione thelonearia / libera et abſoluta / In cuius rei teſtimonium et firmitudinem ſigillum (2) noſtrum preſentibus duximus apponendum · Datum apud prefatum monaſterium menſe augusto et In vigilia beati laurentij · anno domini Milleſimo · ducenteſimo · quadrageſimo ſexto · A. 1246. d. 9. Aug.

* * *

De Sigillo vide not. (2).

(2) *Sigillum*] Obſervent Rei Diplomaticae amantes, duo eiusdem Chartae exſtare diverſa Exemplaria, *ambo Autographa*, in Archivis Palatii Archiepiſcopalis Mechliniae, et ambo ſigillis munita, quorum prius habet ſigillum mutilum, cuius in fruſto conſpiciuntur literae · · IGILLVM · · · · · L-MI, in altero frusto COMIT · · · Poſterioris Chartae ſigillum in viridi cera dimidia tantum parte integrum repraeſentat Iuvenilem faciem *Wilhelmi*, equo inſidentis, aviculam manu tenentis; postica equi pars periit, et legitur adhuc · · · · MITIS: HOL-LAND · · · Sine contraſigillo. Is autem Wilhelmus, quod tamquam Comes fecit, idem tamquam Rex Rom. tertia vice largitus est d. 9. Maii a. 1250. ubi vide notata.

N. CXXXVIII.

Digitized by Google

N. CXXXVIII.

A. 1246. d. 20. Aug

IOHANNES et BALDVINVS de Aveſnes tradunt HENRICO Duci Brabantiae Confirmationis literas, ſuper matrimonio inter IOHANNEM et ALEIDEM Hollandicam Ducis neptem.

A. 1246. d. 20. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 212. not. q.

(Copie tirée d'un Regitre répoſant en la Chambre des Comptes de S. M. en Brabant, ayant pour titre: *hic incipiunt diverſa privilegia Illuſt. Princ. Duc. Reg. et Imp. concess*, marqué de la lettre B. fol. 85. vo.

Vniverſis preſentes Litteras inſpecturis, IOANNES et BALDVINVS *de Aveſnes* fratres filii nobilis Domine MARGARETE *Flandrie et Haynon̄ Comitiſſe* ſalutem, Noverit univerſitas veſtra quod ob dilectionem quam gerimus erga nobilem virum HENRICVM *Ducem Lotharingie et Brabantie* occaſione matrimonii inter me IOHANNEM ex una parte, et ſororem *Comitis Hollandie* ALEIDEM neptem ipſius Ducis ex altera *perficiendi* (1) ſicut in Litteris ſuper eodem matrimonio confectis plenius continetur conferabim̄ ad coadiutoribus noſtris, ipſi

(1) *Perficiendi*] Hinc liquido patet, matrimonium IOANNIS de Avennis cum *Aleide* Hollandica hoc menſe Auguſto a. 1246. nondum fuiſſe conſummatum. Quum autem die 25. Octobr. a. 1246. in Bulla INNOCENTII iam vocetur *Vxor Iohannis:* hinc medium hoc tempus habendum videtur pro tempore initi matrimonii. Sunt autem voces vitioſae *conferabim̄ ad*; fortasſe leg. *confederabimur cum*. Hanc Chartam benigne etiam mecum communicavit Illuſtr. Comes NENY.

ipſi Domino Duci et ſuis coadiutoribus ſub tali forma, quod A. 1246. d. 20. Aug.
quitq̄d dilectus noſter Dominus EGIDIVS *de Estrees* miles pro parte noſtra et Dominus HENRICVS *de Honcort* ex parte Domini Ducis nec non Comes de Los et de Chini, ex utraque parte adſumptus, ad dictam Confederationem perficiendam et confirmandam ordinaverint et dixerint, inviolabiliter conſervabimus et memorata confederatione per dictos tres ordinatores prenotato modo perfecta; alias Litteras noſtras patentes de dicta confederatione inviolabiliter conſervanda in teſtimonium Domino Duci dicti tradere debemus, in cuius rei teſtimonium preſentibus ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum et Actum Anno Domini millo. ducenteſimo quadrageſimo ſexto, ſecunda feria post aſſumptionem Beate Virginis Marie.

N. CXXXIX.

WILHELMVS Comes Hollandiae confirmat venditionem Feudi factam Abbatiae Rinsburgenſi. A. 1246. d. 26. Sept.

A. 1246. d. 26. Sept.

Ad Excurs. VII. p. 278.

(Ex Originali in Archivis Rijnsburg.)

WILHELMVS *Comes holl.* Vniuerſis tam preſentibus quam futuris preſens ſcriptum inſpecturis· Salutem et omne bonum· Labilis hominum memoria et diuerſi caſus diuerſimode emer-

A. 1246. d. 26. Sept. gentes ammonent · vt facta perpetua confirmatione digna · fideli litterarum teſtimonio debeant ſtabiliri · ſciant igitur tam preſentes quam futuri quod FLORENTIVS filius REGENBOLDI · terram quam habebat in *Oyensidwendi* a feodo IOHANNIS ad centum et viginti duarum uirgarum menſuram ad orientem tendentem quam terram idem FLORENTIVS a nobis iure feodi poſſederat abbatiſſe et conuentui in *Rinſeburg* nobis ad hec conſentientibus vendidit · et ipſa de noſtra licentia emit · noſtri conſenſus auctoritate eidem pollicente quod dictam terram in ſupra nominato loco ſitam cum omni iure ad hanc pertinente ſicut prefatus FLORENTIVS eam a nobis habebat in feodo · Abbatiſſa et conuentus in *Rinſeburg* libere et abſolute in perpetuum debeant poſſidere · Vt autem hec rata et inconuulſa perpetuo permaneant preſentem paginam prefatis abbatiſſe et conventuj contulimus · Sigilli noſtri munimine roboratam · Datum apud *Rinſeburg* Anno domini · M · CC · XLVI · feria IIII. ante feſtum beati Michaëlis ·

* * *

Appendet ex filis ſericis coloris viridis Sigillum WILHELMI altera parte lacerum: repraeſentatur iuvenis nudo equo inſidens, manu ſiniſtra ingentem avem tenens, altera frenum; infra equi pedes *canis currens*; in perigraphe tantum S I G I L · · · · · ſiue averſa parte.

N. CXL.

N. CXL.

Papa Innocentius IV. matrimonium IOHANNIS de Aveſnis cum ALEIDE, ſorore WILHELMI II. Com. Holl., contractum approbat, etſi in quarto conſanguinitatis gradu. A. 1246. d. 25. Oct.

A. 1246. d. 25. Oct.

Ad Excurs. VII. p. 212.

(Ex MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1017. et hinc MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 239. (1))

INNOCENTIVS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio, Nobili Viro, IOHANNI *de Avesnis*, primogenito nobilis Mulieris, Comitiſsae Flandriae, et dilectae in Christo filiae, Nobili mulieri, *Aëlidi*, ſorori Nobilis Viri *Comitis de Orlandia*, *uxori* eiusdem IOHANNIS ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

——— ——— ——— ——— ——— ———

Datum Lugduni VIII. Cal. Novembris, Pontificatus noſtri anno IV.

(1) Ex hac Bulla concludit MIERIS bl. 240. errasſe VV. DD. BEVERWIJK *Beſchryving van Dordrecht* bl. 302. et BALEN *Beſchr. van Dordr.* bl. 715. narrantes, has nuptias magna pompa Dordraci a. 1241. celebratas. Hunc diſſenſum arripuit Vir D. HVYDEC. ad STOK. D. III. vs. 1228. bl. 91. ipſeque nuptias protraxit usque ad initium menſis *Novembr.* a. 1248. ſed fruſtra. Non aliter enim STOKIVS de his nuptiis loquitur niſi occaſione *Coronationis* fratris a. 1248. cui ſollemnitati adſtiterat *Iohannes* cum coniuge *Aleide*. Immo in hac *Bulla* ALEIDIS iam vocatur VXOR *Iohannis*. Quando nupſerit, vide in not. ad Chart. a. 1246. d. 20. Aug. p. 512. Quare autem Vir Ampl. has nuptias tamdiu diſtulerit, vide in eius *not.* ad STOK. D. II. bl. 174.

N. CXLI.

Digitized by Google

N. CXLI.

A. 1246. MARIA quondam Imperatrix (WILHELMI I. Com. vidua) decidit quaeſtionem ſuper curia de *Sterckſele* pro Eccleſia Everbodienſi.

A. 1246.

Ad Cod. Diplom. a. 1260. *d.* 12. *Oct.*

(Ex P. DINTER *Chron. Brab.* MS. L. IV. C. 13. Cf. BVTK. *Troph.* T. I. Probb. p. 75.)

MARIA Dei gratia *quondam Imperatrix Romana* filia Ducis *Lotharingiae* et *Brabantiae* uniuerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in domino. Cum inter Eccleſiam *Euerbodienſem* ex una et homines in dominio noſtro de *Helmont* conſtitutos ex altera, ſuper palude quae dicitur *Latbroeck*, iuxta Curiam de *Sterckſele* [a] et lignis et paſcuis eiusdem paludis a terminis dictis *hoege tenraede* usque ad *honrebon*, ab *Honrebon* usque ad *Schorcken*, a *Schorcken* usque ad *hogertenrade* et ſuper alijs bonis quae infra dictos terminos continentur, diſſentio orta eſt [b] ſuper premiſſis inquiſitionem fecimus diligentem et per litteras Capituli et Custodis [c] maioris Eccleſiae Leodienſis et Inclyte recordationis HENRICI dei gratia Ducis Lotharingiae et Brabantiae *patris noſtri* nec non et nobilis viri HERIBERTI *Domini de Heſe*, quas ſuper hoc confectas [d] fide vidimus oculata, et per *ſeniores* dominij noſtri predicti, et fide dignos ad hoc vocatos pari-

a Butk. curiam quae dicitur Sterckſele. b eſſet. c Custodiae. d Dinter conſcripta.

pariter et *iuratos* in rei inuenimus veritate curiam de *Sterckſele* cum omnibus bonis infra terminos preſcriptos exiſtentibus cum omni proprietate eſſe Eccleſiae *Euerbodienſis* allodialiter et abſolute, et nullum quidquam iuris habere in curia et bonis ſupra dictis preter Eccleſiam memoratam. In cuius rei teſtimonium patentes litteras Sigillo noſtro fecimus roborari Anno M. CC. XLVI. A. 1246.

N. CXLII.

OTTO Epiſcopus Traiect. concedit Abbatiae *Rinsburg.* decimas de 200. Menſuris terrae inter *Lemmel* et *Duunhoofde* in *Walacria.* A. 1247. M. Apr.

A. 1247. M. Aprili.

Ad Excurs. VII. p. 287.

(Ex Originali in Archivis Rijnsburg.)

OTTO dei gratia Traiectenſis Epiſcopus. Omnibus preſentia viſuris notum facimus. quod dilectis in Chriſto. Abbatiſſe et Conúentuj jn *Rinsburch* . ordinis ſancti Benedicti . noſtre dioceſis preſentium conſerúatoribus Nouam decimam Magnam et minutam noue terre vel Noualium vsque ad Menſuram Ducentorum *Gemet* . quam jn *Walacria* jnter *Lemmel* et *Dunhoúeden* jn Officio *Alardskindskerke* grauibus laboribus et expenſis ad culturam nouellam circumſeptis aggeribus redegerunt' jn noſtri

A. 1247. M. Apr. tri memoriam de Capituli noſtri conſenſu et fidelium noſtrorum conſilio · perpetuo duximus concedendam· Mandantes ſingulis et vniuerſis ſub debito obedientie et per penam excommunicationis quam impeditores in hac parte ipſo facto jncurrunt. ne quis dictam Abbatisſam et Conúentum jn Decima nominata turbet aliquatenus vel moleſtet· In cuius rei teſtimonium et munimen preſens ſcriptum ſigillo noſtro et Capituli noſtri ſigillauimus· Datum Anno domini · M°· CC°· XL· ſeptimo. Menſe Aprili (1)·

* * *

PRIVS Sigillum periit.
POSTERIVS integrum *S. Martini.* His litt.
STS MARTINVS · EPC.

(1) *Menſe Aprili*] Exſtat eiusdem *Scouts Scepene ende Rade der Stede van* Chartae Vidimus a. 1399. *op ſente leyden*; appendetque Vrbis Sigillum. *Matthijs dach apostels*, quod exhibent

N. CXLIII.

WILHELMVS Comes Hollandiae, ope *Chirographi*, teſtatur de *Decima in Weſtcappellis* donata Abbatiae Middelburgenſi. A. 1247. M. Aug.

A. 1247. M. Auguſt.

Ad Excurs. VII. p. 287. *et* 291.

(Ex antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. xxiiii. in Archivis Cam. Rat. Zeel. Loculo 116 • 117.)

W. *Comes Hollandie. W. Decanus Walàcrie*, et *Scabinj de Middelborgh* vniuerſis Chriſti fidelibus, preſentia viſuris ſalutem in Domino. Vniuerſitati veſtre volumus eſſe notum, quod BARTHOLOMEVS filius *Nicholaj* erga Eccleſiam beate Marie in *Middelborgh* pium habens affectum, et in preſentj ſeculo ſibj prouidens et in futuro, ad opus Abbatis et Conventus dicte Eccleſie redemit de manu laycorum, videlicet EGIDIJ HVGONIS filiorum HENRICJ et filij GEPPONIS fratris eorum decimam iacentem infra parochiam de *Weſtcappella*, quam predicti E. et H. hactenus tenere conſueuerunt a predictis abbate et Conuentu *homagium* ipſis debentes pro eadem, Vnde predicti E. et H. necnon et predictus B. filius Nicholaj omne jus, quod vsque tunc in dicta decima habuerant vel habere videbantur, et homagium, quod pro ipſa debuerant in manus dicti Abbatis reſignantes reddide-

A. 1247. M. Aug. diderunt, pro qua redemptione ſepedictus B. et M. eius vxor quartam partem borealis decime dictorum Abbatis et Conuentus quamdiu vixerint obtinebunt pro triginta libris Flandreñ duobus terminis, videlicet jn feſto Beatj *Martinj* hyemalis vna medietate, et jnfra *Maium* altera annuatim perſoluenda. Cum vero ambo defunctj fuerint, predicta quarta pars borealis decimae ad ſepedictos Abbatem et Conuentum libera reuertetur, hoc adiecto, quod liberi dictorum B. et M. post mortem patris vel matris vel vtriusque nullum habebunt reſpectum ad decimam memoratam.

In huius ergo rej teſtimonium preſens ſcriptum Sigillis nostris et dicti B. communitum et per *cyrographum* diuiſum, dictis Abbatj et Conuentuj est porrectum, Anno Domini M°. CC°. quadrageſimo ſeptimo, menſe Augusto.

APR 1 1921

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 00698 2469

B 489381 DUPL

Digitized by Google

Digitized by Google